

ADRIANI TVRNE-  
BI PHILOSOPHIAE, ET  
GRÆCARVM LITERARVM RE-  
GII PROFESSORIS, AD-  
VERSARIORVM.

TOMVS SECVNDVS.

AD C.V. ERRICVM MEMMIVM SVPLICVM LIBEL-  
LORVM IN REGIA MAGISTRVM.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Iohannis Latera-  
nensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXX X.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

2 400 40  
Gallea  
MADE IN FRANCE



(2)  
ADRIANI TVRNE-  
BI PHILOSOPHIAE, ET  
GRÆCARVM LITERARVM RE-  
GII PROFESSORIS, AD-  
VERSARIORVM.

TOMVS SECVNDVS.

AD C.V. ERRICVM MEMMIVM SVPLICVM LIBEL-  
LORVM IN REGIA MAGISTRVM.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Iohannis Latera-  
nensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXX X.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



## EXTRAIT DV PRIVILEGE

**L** est permis à Martin le Jeune, libraire & imprimeur en l'université de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé, *Adriani Turnebi Philosophia, & Græcarum literarum Regij professoris, Aduersariorum Tomus secundus.* Defendant à toutes personnes, de quelque estat qualité ou condition qu'il soit, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, autres que ceux que ledict le Jeune aura imprimé ou fait imprimer, pendant le temps & terme de six ans finis & accomplis, à conter du iour & date que ledit liure sera paracheué d'imprimer sur les peines arbitraires contenues aux lettres de priuilege. Donné à Bloys le 15. iour de Feburier 1571.

PAR LE ROY

Maistre Iean du Bourg maistre des requestes ordinaire de son hostel present,

Signé Langlois.



## C. V. Errico Memmio supplicum libello-

RVM IN REGIA MAGISTRO

ADR. TURNEB. S. P. D.

**D** VODECIM *Aduersariorum* libros subita & repentina opera confectos, & penè, immaturo abortu, antè in lucem editos, quàm sotos atque conceptos, ausi sumus consecrare ampliss. & doctiss. non tantùm huius ætatis viro, sed omnibus superioris memoria, & consequentis æui, qui honoribus & literis excellent, aut excellent, comparando, quos ille tanto fauore prosecutus est, tantæque beneuolentia complexus, ut nisi iam antè animo quanti essent percepissem, iudicium corrumpere meum potuerit, efficerèque, ut alicuius æstimationis esse censerem: sed cum & in ijs scribendis inornato genere dicendi mihi utendum esse putassem, neque stilo indulgendum censuissem, ne viles tanquam personas purpura coccoque vestirem, & intelligerem obseruatiunculas leues, tritas, vsitatas, de medio sumptas, in eos commentarios à me relatas esse, tanti viri auctoritate nihil deprauatus, non pluris istam (ut ita dicam) mercem quàm quanti est feci, quàm & à me inornatam & vilem esse profectam sciebam, & nonnihil aliorum etiam culpa inquinatam atque vitiatam. Nam præterquam quòd non satis liberata mendis & purgata in apertum prodierunt *Aduersaria*, tum enim imprudente me, ignaro, in scio eis præscripserunt titulum, qui arrogantia sui & stultitia, me perpetua traderet apud omnes ordines infamia: ut non tantum meorum peccatorum, quæ illis in libris nimis multa scimus esse, culpa præstanda esset, sed etiam alienæ stultitiæ & temeritatis luenda pœna. Eum ego titulum ut legi, deum immortalem, quàm acerbè grauitèrque tuli? ut propè animum despondi, vitæque renuntiani? & tamen cum eo nomine apud tanti mali auctores conquereretur, ultrò iniuriam exposulabant, quòd ingratus essem in eos, à quibus laudatus & ornatus essem. Vos, inquam, istam laudem ducitis, qua qui afficitur, turpius fœdiusque se contaminari putat, quàm vlla censoria nota? ne multa, ita sibi in ea inscriptione belli videbantur, ut vix tandem summis precibus & obsecrationibus impetrare potuerim, ut de libri principio tam fœda macula labesque tolleretur. Sed tamen, si in his offensionibus & incommodis liber ille nihilominus summi viri suffragio & fauore dignus est existimatus, qui nomen suum epistolæ appellatione conqueri debuit contaminatum, au-


\* 3 debo


EPISTOLA

*construxeris, idem etiam in omni disciplinarum liberalium & honestarum genere  
excellas, cuiam potius quam tibi se in clientelam commendaret auctoris sui & li-  
terarium patrono & benemerito? Hunc igitur librum ne iam meum, sed tuum putes  
esse, & ab obrectatorum, quos multo plures quam laudatores nostrum se-  
culum tulit, malignitate defendere velis & vindicare. Vale,*

*Lutet. Parisiorum 5. Kalend. Maias,*

*Anno Domini 1565.*





ADRIANI TVRNEBI AD-  
VERSARIORVM LIBER

DECIMVSTERTIVS.

10 *Ficus duplex, ager metatus, Iunonis sacra ferre, Io baccha.*

CAPVT I.



15 **A**MBIGITVR quæ sit apud Horatium duplex ficus in hoc versu, *Et nux ornabat mensas cum duplici ficu.* Satyræ 2. lib. 2.

& plerique sunt in hac sententia vt censeant duo genera ficus significari: ego verò ficum puto significari maiore, vt quæ marisca vocabatur. Vt enim Maro scripsit, 1. Georg.

*—duplici dentalia dorso, &*

*Duplex agitur per lumbos spina:*

3. Georg.

20 cum & crassum dorsum dentalis, & latam spinam equi demonstrare vellet: sic duplicem ficum ab Horatio appellari suspicor, quæ maior est & vberior, quæque formæ amplioris est. Sed ad testimonium veniendum,

& vt ita dicam, tabellare scriptorum suffragium. Vegetius lib. artis veterinariæ primo, *Addisq; nonem duplices ficus.* Iterum, *ficus duplexes viginti, rutæ fasciculum.* Vegetius artis veter. lib. 1.

25 *Plinius naturalis historiæ lib. xx. Diocles hydropicis cæ cent aurea, aut in duplici fico.* Marisca autem ficus vilior erat saporisq; farui. cap. 6. lib. 20.

Martialis, *Infanti melimela dato fatuasque mariscas.*

Lib. 7. epigr. 24.

Sic vilioribus bellarijs explicatam fuisse mensam secundam Horatius demonstrat. Est nihilo secius & in eadem ecloga intellectu difficile quod

30 ita scribitur: *Quam nunc accisis videas, metato in agello*

Satyræ 2. lib. 2.

*Cum pecore & natis fortem mercede colonum.*

hic intelligo Ofelli agrum diuisum & assignatū fuisse Umbreno, ipsumque eius agri, cuius antè dominus fuerat, factum esse mercenarium colonum. Nam in agrorum diuisione & assignatione, modum metiebantur,

35 quod est metari: sed & metis & limitibus solebant centurias & agrorum formas includere. vnde & metationem hac in re his verbis nominat Sicularius Flaccus,

*Et quanuis vna res sit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, quod,* Sicularius Flaccus

A vt su-

Virg. Diris. *ut supra diximus, una res forma. Et Maro in Diris,*  
*Pertica quæ nostros metata est impia agellos.*  
 Huic capiti agglutinabo & illud eiusdem poetæ,  
 saty. 3. lib. 1. *— persæpe velut qui Iunonis sacra ferret:*

vbi quibusdam quæ legendum videtur. Nam & Athenis virgines sacra  
 canistris in capitibus reposita ferebant, & à virginibus id fieri in Iunonis  
 sacris religionis ritus postulabat non à maribus, vel Ouidio teste libro  
 3. Amorum eleg. 12. tertio Amorum ita scribente,

*More patrum sancta velata vestibus albis*  
*Tradita supposito vertice sacra ferunt.*

Sed animaduerto qui retineri commodissimè posse, vt ad Tigellium sua-  
 uissima vrbantate & similitudine referatur, qui tam lento passu tardoque  
 incedebat interdum, vt Iunonis sacra ferre videretur. Consociabo & il-  
 lud ex eodem sermone,

saty. 3. lib. 1. *Usque ad mala citaret io bacche.*

In quo io bacchæ per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè  
 suspicor, cum & mensio syllabæ id flagitet, & imitatio videatur fanaticæ  
 exclamationis Liberalium ad bacchas, aut etiam ipsarum inter sese bac-  
 charum furore correptarum vociferatio. Plautus Casina. *St. Bacchæ er-*  
 go hercle uxor. *Cl. Bacchæ? St. hercle uxor. Cl. quid est? Au. Nugatur sciens.*  
 Nam eccastor nunc Bacchæ nullæ ludunt. *St. Oblitus fui, sed tamen bacchæ.*

*Explicatur Cicero lib. 6. de Rep. veterum opinio de lacteo circulo.*

## CAPVT II.

In somnio Sci-  
 pionis.

VERBA sunt Ciceronis lib. 6. de Repub. ostendebat autem Carthagi-  
 nem de excelso & pleno stellarum & illustri loco: quibus adumbrare mihi vi-  
 detur circulum lacteum, qui eximio candore multarum stellarum collu-  
 cet, vbi visus sibi est Scipio Æmilianus cum Africano maiore colloqui,  
 & vnde sibi putauit ostendi Carthaginem. Id ego hac de causa à Cicero-  
 ne fictum & excogitatum arbitror, quod antiquitas crederet animos for-  
 tium, sapientum, iustorum & piorum emeritis vitæ stipendijs in eum lo-  
 cum recipi solere: cuius opinionis cognitionem ad Ciceronem intelli-  
 gendum cum maximi esse momenti intelligerem, auctoritate confirman-  
 dam constabiliendamque credidi. Sic igitur scribit Manilius lib. primo  
 de lacteo circulo loquens,

Marc. Mani-  
 lius li. 1. astro-  
 nomicon.

*An fortes animæ dignatæque numina celo,*  
*Corporibus resoluta suis terræque remissa,*  
*Huc migrant exorbe? suumque habitantia celum*

*Aethereos*

*Aethereos viuunt annos cæloque fruuntur?*  
*Atque hic Æacidas, hic & veneramur Atridas:*  
*Tydidemque ferum, terræque marisque triumphis*  
*Natura victorem Ithacum, Pyliumque senecta*  
*Insignem triplici. nec multò post,*  
*Quique animi vires, & strictas pondere mentes*  
*Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis*  
*Census erat, iustusque Solon fortisque Lycærgus,*  
*Aethereisque Platon, & qui fabricauerat illum:*  
*Damnatæque suas melius damnauit Athenas.*

Damascius credit lacteum baltheum viam esse animorum Orcum cæ-  
 lestem peragrantium. Orcus autem ille cælestis quis tandem est, nisi fœ-  
 licium animorum regio sedes, & domicilium? nam Ioannes Grammati-  
 cus eius referens sententiam ita scribit

15 *λα τὸν ἄδην τὸν ἐν ἕρανῶ διαπορευομένων. Iterum ὁδὸς φησὶν, ὁδὸς τὸ γὰρ λα τῶν διαπο-*  
*ρευομένων τὸν ἐν ἕρανῶ ἄδην. Illic etiam animos purgari censuit: sed & eo*  
 ascendere & inde descendere: Vnde & Grammaticus scribit eius senten-  
 tiam refellens, *ἄτε ὁ αὐτὸς αἰετῶν ψυχῶν ἀεθμὸς ἀνεισὶτε ἔχεταισι.* Figmentum  
 autem Ouidij vel pueris notum est, hanc esse viam qua ad Iouis ædes  
 20 eatur. sic enim, inquit,

*Est via sublimis calo manifesta sereno,*  
*Lactea nomen habet candore notabilis ipso:*  
*Hac iter est Superis ad magni tecta tonantis.*

non est hoc commentum absimile Aristophanis ioco bellè & lepidè ca-  
 25 uillantibus traiectiones stellarum, quas interdum cælo sereno videmus, esse  
 laternas stellarum à cœna redeuntium.

*Furca expellere, extrudere furcilla, pellis, lasanum portantes & ano-*  
*phorum.* CAPVT III.

30 *QVIS non habet in ore versum illum Horatianum?*  
*Naturam expellas furca, tamen ipsa recurret.*

Non tamen vt notus omnibus versus est, ita & vis eius perinde intelli-  
 gitur, nec perinde eius gratia sentitur. Id eo fit quia non animaduertunt  
 35 furca expellere, esse vi maxima eijcere & exturbare, vt & in epigramma-  
 te bello Catulli,

*Mentula conatur pimpleum ascendere collem:*  
*Muse furcillis præcipitem eijciunt.*

Sed & Dionysius Lambinus vir eruditissimus, qui propediem emendata à

Epist. 20. se opera Ciceronis emittet lib. 16. Epist. ad Atticum planè aperteque scribi in antiquo libro mihi ostendit, *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brudun-*  
 Aristoph. Pa. *siura cogito.* Id ut alia multa Græcis acceptum ferendum est. Nam Aristophanes in Pace, furcis quoque eiectam ab Atheniensibus pacem queritur. eius verba subscribam. *τῶ δὲ μὲν δικροῖς εἰσθου τῶ δὲ δὴν κεράγματος.* & eruditus interpres ita explicat, *δικροῖς, δικράνοις. ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις δικράνοις. τῶ τῆσι διφύσιον:* & alia interpretatio, *ξύλοις ἀπώθου τὴν εἰρήνην καὶ ἐξέβαλον.* & apud Suidam ex historico quodam affertur, *περὶ σκυῖας δὲ καὶ δικράνα ὡς ἀποδείχθη τῶ τῶν λεγομένων σκυῶν περὶ σκυῶν.* Est igitur expellere furca, non manu sola eijcere, sed magno conatu sumpta furca extrudere. hic & alius à me locus explanabitur aliquando fortasse leuiter tactus,

Horat. Saty. 6. lib. 1.

*Cum Tiburte via prætores quinque sequuntur*

*Te Pueri, lasanum portantes œnophorumque.*

Saty. 5.

Hic fordibus & nimis parua comitatus & inelegante immundaque familia, & indignus præturæ honore significatur, qui vel ut mercator, quo minorè sumptum faceret, domesticum vinum secum portabat, vasa quoque coquinaria, ne pro his quicquam solueret, aut à coponibus quicquam sumeret. mercatores autem, qui ad quæstum sunt attentissimi, peregrè proficiscentes suis pueris imponebant œnophorum. Persius, *Iam pueris pellem succinctus & œnophorum aptas.* Atque, ut interea hoc dicam, pellem dicit Persius pro mantica & inuolucro vestis supellectilis aliorumque utensilium & sarcinarum. Id intelligi potest è Petronio viri clarissimi Memmij in quo ita scribitur, *Ego vos in duas iam pelles conijciam, vinclosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebō.* vel potius qui nullos lautiores in comitatu haberet, quàm vilia seruitia & sordidissima mancipia. neque enim honestis & lautis feruis œnophorum imponebatur, minus etiam lasanū quo venter exoneratur, què qui ferebat, *λασανοφόρος* à Græcis vocabatur: etsi interdum etiā lasanum podium ollæ significat, què chytropoda etiā dicebant ut ait Aristophanis enarrator, quo sensu si quis accipiat, etiam sordeshominis agnoscat: & primo ita acceperā, deinde discessionem in alteram & receptiorem significationem feci, ut aluo subseruiat.

Petronius.

*Spadices equi & glauci apud Maronem, & ferta procul apud eundem,*

*& quis caneret Nymphas.* CAPVT IIII.

3. Georg.

ILLVD à Vergilio est multo breuius quam facilius dictum,

*—honesti Spadices glaucique,*

cum generosorum equorum notas & colores demonstrat. neque enim si quis eius coloris sit, protinus sit probandus: Sed mihi videtur hoc Maro dixisse ex illorum locorum seminio, in quibus illius coloris præstantissimi

mi equi nascebantur, ut Mycenis & Pellæ. Ut enim ad Clitumnum boves eximie formæ hi que candidi nascebantur: ita Mycenis equi glauci nascebantur egregie dignitatis, & Pellæ spadices insignis formæ, atque illorum equorum species iactantior & formosior, &, ut Maro dicit, honestior quàm fortior & animosior laborumque tolerantior erat. Ut ita Maronis verba accipi debere putem, mihi Gratius, qui Maronis ferè æqualis fuit persuasit. Nam & de equis ita scribit,

*Consule Penei qualis perfunditur amne*

*Thessalus, aut patria quem conspexere Mycenæ*

*Glaucum, nempe ingens, nempe ardua tollet in auras*

*Cruta: quis eleas potior lustrabit arenas?*

*Ne tamen hoc attingat opus, iactantior illi*

*Virtus, quàm siluas durumque laceffere Martem.*

*Spadices vix Pellei potuere Cerauni,*

*Et tibi deuota magnum pecunaria Cirrhe*

*Phæbe decus nostras agere in sacraria thessas.*

Iterum,

10

15

20

25

30

35

His è Gratiij locis equos ad speciem & pompam potius sacraque curricula, quàm ad bellicum opus aut venatorium munus à Marone descriptos intelligimus, vel potius signatos. Etiam illud Maronianum,

*Serta procul, tantum capiti delapsa iacebant,*

6. Eclog.

aliter quàm ab interpretibus explicandum nobis est. Puto enim eū dicere procul à capite ebrij & somno obruti iacuisse ferta, quibus in compositionibus se redimire olim solebant: tantum tamen capiti fuisse delapsa, alioqui illæsa & integra, non rupta non fracta non pressa, etiamsi procul

iacebant. Illud autem, *— & cum solemnia vota Reddemus Nymphis,*

propriè & è ritu dictū est, cū & Nymphæ rusticorū deæ sint, & rusticæ,

& illis in agro res diuina à rusticis fiat. Itaq; apud Euripidem Ægistus rus exit ut in agro eis rem diuinā faciat, quod in vrbe earū dearum religioni opera dari nō soleret. Cæterum apud Maronem, *Quis caneret Nymphas?*

*quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?*

de carmine rustico in honorè Nympharū cōposito, quibus res diuina excitatis ad fontium capita umbraculis fiebat à rusticis & pastorib⁹, atq; adeo de Bucol. cātu dicitur: & alio loco, *Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello,*

Maro cū ait, rure sacella Nympharū fuisse ostēdit, quib⁹ & antra sacratur.

*Tument negotia, apud Ciceronem, hæresis Vestoriana, delector tumulis*

*prospectūque, impensum pretium, impenso, & quadam emendata.*

CAPVT V.

LIB. 14. ad Atticum, ut aliquid in eum librum elucubrem, leui tamen vt soleo opella, Cicero negotia tumere dixit, quæ in eo sunt, vt in tumultum

tum aut bellum erumpant: ut tumescunt arborum gemmæ cum parturiunt frondes: tument animalia cum in libidinem turgent: tument terræ cum parere aut gignere cupiunt, ut vere, quod dicitur ὄργην Græcè. *Tument*, inquit, *negotia*. Iterum, *ne deserere viderer hunc tumorem rerum*. Tumorem rerum dicit eum rerum statum eamque conditionem, quæ aliquid perturbationis & belli paritura sit. Sine controversia autem scribendum est, quoniam quidem ἠσθητικῶς, cum leuiter commotus esses, adhibuerat enim Atticus in ediam ad sanandam commotiunculam febriculæ: hodie ἰατρικῶς scribunt genere curationis inaudito: quin & illud quod protulimus antiquo in lib. scriptum est. Eodem libro ἑπιπτεῖν esse existimo quæ velut flabello quodam ventilata facile mouentur, & ad tumultuandum impelluntur. Neque enim vocabularijs ab Euripo eius originem deducuntibus assentior, quæ à ἑπιπτεῖν repetenda est. cum autem dicit, *Itaque γῶ πρὸς γῆς cogito*, se longissime à discordijs ciuilibus, quas gliscere & serpere sentiebat, profugere velle dicit, id enim verbum illud Græcum significat usurpatum AEschylo, γῶ πρὸς γῆς ἐλαύνομαι. quo fit ut illas editiones probare non possim quæ pro Latinè scribunt: nec verisimile est vnâ ob syllabam Ciceronem voluisse bilinguem esse. lego porro è veteri libro, *sed non sine inuidia, ne sine periculo quidem*. Obscuritatem penè hoc tempore ænigmatis habet illud, *Utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione ἀλιτεῖν delecter?* quod Attico & omnibus illis Romanis proceribus Ciceronis familiaribus eiusque villas cognoscentibus expeditum erat & planum. existimo autem hanc sententiam eorum verborum esse, delecterne magis Arpinate villa, quæ tumulos habet & colles, & ex eis ut speculis prospectum: an villa maritima quæ secundum mare ambulationes explicatas habet? Illud etiam sic explicandum arbitror, *minusculam vero villam utique Quinto traditurum, vel impenso pretio*. rumorem esse, inquit, scribis me ad lacum quod habeo venditurum: sin minus, omnino tamem me minusculam villam venditurum, quod eam sibi ut vendam mihi sit Quintus vel immanissimo pretio persuasurus. Immane enim pretium impensum pretium dicitur. Sed & impenso emere tacita pretij voce usurpauit Horatius cum dixit, *Lusciniæ soliti impenso prandere coemptas*. Lego etiam, *sin autem mansero fore me quidem video in discrimine*. Illud vero perquam festiuum & perfacetum, *de hæresi Vestoriana & de Pherionum more Puteolano visisse me satis nihil est necesse rescribere*. vbi vel Vestorium iocose sectam quandam foeneratoris aliam quam foeneratores Romanos Puteolis sequi significat, ut tanquam philosophorum, sic etiam foeneratorum plures sint disciplinæ: vel potius eius hæresin & sectam dicit esse foenus exercere ad sectas philosophorum alludens. Nam & alio loco Vestorium dicit iocans remotum à Dialecticis, sed in Arithmeticis esse satis exercitatum.

Epist. 5.

Epist. 5.

8. Epist.

AEschyl. Pro-metheo.

Epist. Nudius-testinus.

Epist. O mi Attice.

Saty. 3. lib. 2.

Epist. Proscif-cora.

Epist. iterandum.

citatum. Feriones autem vocantur hic ioculari voce foeneratores à feriendo. Feriunt enim eos vsuris, quos obæratos habent. Ex quo & Persius scripsit, *Si puteal multa cautus vibice flagellas*, Aut pheriones potius nomē proprium foeneratorum aliquorum intelligemus. perlibenter autem aliquando legissem, & de foeneratoris more Puteolano: si quis etiam multitudinem audet, de foenorum. nam quin bellè ad sensum quadret, vix quæquam tam cerebrosum fore puto, quin in re tam clara malit assentiri, quam pertinaciter rixari. Illud etiam non satis apertum est, *postridie apud Hirtium, & quidem πεντέλιπον*. Sed cum hæc 5. idus scripta sit epistola, puto cum dicere iduum reliquum triduum cum Hirtio acturum esse. id enim est quod quinque diebus iduum, qui effluerant iam, restat, ut octo dies expleantur: vel potius quinque reliquos cæsarianos intelligit, vel è quinque reliquos.

Saty. 4.

Epist. Cui pau-  
lo ante.

*Sermo ab summo, bibere ab summo, acinus vinaceus, claua, clauator.*

15

CAPVT VI.

VERSUS Enniani qui à Cicerone proferuntur in Catone maiore quidam habent, quod, ut in vino, nobis ipsa vetustate iucundum est & gratum: eorum tamen posterior vna curtior syllaba videtur, quæ excidit librario antiquitatis ignaro. Nam cum viai pro via dici solitum olim esse nesciret, nec videret quo referri hæc vox nisi ad verbum flexere posset, maluit verbum mutilare, quam in exquirenda structura orationis laborare. ego autem cum sciam quo viai rectè & antiquo ritu dici, scribendum existimo,

cic. Catone maiore.

*Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant  
Antehac, dementes sese flexere viai?*

Id est, in quam viam se flexere atque conuertere? Illud autem in eo libro mendosum arbitror. *Is sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo*. Nam magistro, quod in editijs omnibus patet libris, in nullis qui sub sera & claustris pro thesauro asseruantur reperi. Cumque veteres bibere quadam coniuuali lege solerent à summo ad imum vsque decurrente inuitatione, quendam etiam in illa computatione inter pocula sermonem adhibebant. Summus enim aliquis erat conuiuia, Horatius,

Satyra 8. li. 2.  
ibidem.

*Summus ego, & prope me Viscus Thurinus:*

& aliqui imi, Horatius, *Secutis omnibus imis.*

Et à summo, magisterio quodam coniuuali bibebatur. Plautus,

Afinaria. sc.  
Aintu meum  
virum.

35 *Da puere ab summo age tu interibi ab infimo da suauium.*

Ad eandem consuetudinem & illud Plautinum pertinere censuerim in menæchmis, *Standum est in lecto, si quid de summo petas.*

Menechmis  
sc. Iuuentus  
nomen fecit.

Non præmittam hic monere vbi legitur hodie in excusis libris, *Et contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum*, reperisse me in latebrosis bibliothecis,



bibliothecis, *contra inimicarum auium morsus*, quod si non est comparandum receptæ formulæ, non tamen fortasse dedignandum: ac mediisfidius, dignum habui quod in apertum proferrem, & à situ & puluere vindicari. Acinum autem vinaceum ea dici forma censeo, qua gallum gallinaceum & cunilam gallinaceam dicebant. Nā distinctionis gratia vinaceus ei velut appenditur, ne ambiguitate verbi fallamur, & acinum ebuli aut sambuci aut mali punici intelligamus. *Sibi, inquit, habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, sibi venationes.* Hæc exercitationum genera omnibus intellectu facilia sunt, præterquam quod claua ista nobis caput obtudit & cerebrum excutit. Sed militaris genus exercitationis commemorari existimo, quo se ad palum graui claua numeros omnes armaturæ implentes exercebant. itaque milites Romani seruos clauigeros habebant, qui apud Comicum Plautū clauatores appellantur. Illius exercitationis ita meminit Vegetius, *Itemque clauas ligneas duplicis æque ponderis pro gladijs tironibus dabant: eoque modo non tantum mane, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos.* Iterum, *contra illum palum tanquam contra aduersarium tiro cum crate illa aut claua velut cum gladio se exercebat & scuto.* Apud Festum quoque ita scribitur, *Calones militum serui dicti, quod ligneas clauas gerebant. Nam Græci ligna κλάρα vocant. Is quoque qui eiusmodi telo utitur clauator appellatur.* Eā porro ad palos exercitationem palaria dicebant: *Charisius, hæc palaria cum milites ad palos exercentur.* Verumenimvero in illo elogio Calatini, duo sunt Iābici catalectici, qui quinque pedibus & syllaba cōstant. quo fit vt cōsentiunt per synecphonesin pro tribus syllabis numeretur: & virum fuisse legendū sit, hunc in modū, *Vno ore plurimæ consentiunt gentes Populi primariū virū fuisse: aut vt in veteribus legitur, vni cui plurimæ.*

*Bonam spem præluere, uxoriam conditio, fata impendent, apud Ciceronem.*

## CAPVT VII.

IN libro de Amicitia editum est, *quod bona spe præluet in posterum*, vbi eruditi se in libris vetustis dicunt inuenisse bonā spem: quod ea forma dictum erit qua apud Plautum in Curgulione, *Tute tibi lucet cereum*, id est præfers tibi lucentem cereum: vt si lucē lucere diceremus. Sic præluere bonā spem erit, velut bonā spem prælucentē & præfulgentem gerere & ostēdere. non est igitur illa antiquitatis formula aspernāda, quæ & librorum testimonio & comici exēplo defenditur. Tamen quod receptum est etiam damnandum non est, vt locus iste accusandi & auferendi casui pro controuerso & litigioso relinquatur. Quod autem eo in libro scribitur, *dirimi tamen interdum contentione luxuriæ, conditionis, vel commodi alicuius, candorem non refert nec nitorem eruditi illius seculi.* Nam hīc luxuriæ nomen

nomen significationem quandam ostendere videtur, illi ætati ignotam. memini aliquando me in exemplari vel luxuriæ legisse, vt putem, in quo vitio frequentissimi sunt libri antiqui, literam disijctionis vltimam repetitam adhæsisse initio vocis sequentis, qua detracta commodissimè & elegantissimè legetur, *contentione vel uxoriam conditionis, vel commodi alicuius.* Distrahuntur enim amicitia adolescentium interdum cum eandem vel virginem vel mulierem uxorem proci petunt. conditionem autem in nuptialibus & meretricijs amorum foederibus poni, tam est omnibus notum quam solem lucere. *Hæc ita multa quasi fata impendere amicitijs*, etiam lego: vt amicitiarum calamitates & incommoda exprimat. nam fato nescio quid languidius & lentius minúsque significans habet. neque verò hoc comminiscor neque fingo: sed in cellularijs repertum libris, in apertum refero: in quibus etiam C. Blasius scribitur planè & dilucidè, vt & apud Plutarchum scribendum, *νό βλάστος*: in Gracchorum tamen vita scribitur apud eundem *βλάστος*, vt & in Ciceronis editionibus. Iam cum scribit non esse virtutem immunem, significat eam non sibi tantum consuleri, nec sui tantum rationem habere, sed in reliquos homines aliquid munificè solere cōferre, & eam sua velut munia facere, beneque de alijs mereri. Vbi porro scribitur, *quod si in scena, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est*, si emendata scriptura est, non est dubiū quin non de theatralibus spectaculis, sed concionalibus consensibus dictum sit. Sed docti narrant sine vlla varietate legi in obsoletis libris & fugientibus in *scamna*: nec ineptè profectò sic legeretur, *quod si in scamna, in qua rebus fictis.* Scamna autem significarent cōsensum concionis. illic enim multas sedes, multa subsellia fuisse verisimile est: & Tib. Gracchus concionans fragmentis subselliorum occisus fuit, quod alia, vt puto, locus ille tela non suppeditaret.

*Pater, mater, salij Herculis, gens truncis nata, Fauni, fatuarius, æternus, honor exors.*

## CAPVT VIII.

PATER nomen diuinitatis plerumque est, vt apud Maronem, *Huc pater ò Lenæ veni, & Tūque ò Tybri, tuo genitor cum flumine sancto.* nam de deo Tyberino hoc dicit. *& Da pater augurium,* eodem sensu accipio: tamen Macrobius exquisitius quiddam reconditumque magis affert. *rursum, Et fortia corpora volues Tybri pater?* est & dignitatis, vt apud eundem, *Cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe*

*AENEAS*

*cic. de amicitia. Plutarch. in vita Gracchor. cic. de amicitia.*

*2. Georg. 8. AENEID. 3. AENEID.*

*8. AENEID.*

*8. AENEID.*

*cic. in catone maiore.*

*Rudente Sc. Vtrum tu leno Mercatore Sc. Diuim atque hominum. Lib. 1. c. 11. Ibidem. Lib. 3.*

*Lib. 1. Gram. inst.*

*catone maiore.*

*cic. de amicitia.*

*Sc. 1.*

*cic. de amicitia.*

*Aeneas tristi turbatus pectora bello. &*

*Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta.*

8. AEned.

Sic & mater diuinitatis est, vt Lua mater, mater Matuta: & dignitatis, *—caste ducebāt sacra per urbē Pilentis matres in mollibus.* Significari enim

ibid.

puto senatorias, nobiles, patricias mulieres quæ sacerdotes erāt. & apud Lucretium, *Nanque ibi concessum caueai subter & omnem Scenai speciem patrum matrumque deorumque Insiciunt.*

Lib. 4.

hic patres & matres coniunxit, & à cauea cuneisq; populi separauit, orchestram significans, vnde spectabant senatores & senatorum vxores. & quia ex 8. Aeneidos pleraque huius capituli decerpta sunt, ne aliunde partes mutuemur, quibus hoc perficiamus, age, quæramus cur eodem libro Herculi salios tribuat, qui tamen erant Martis gradiui. Sic enim scribit,

8. AEned.

*Tum Salij ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt euincti tempora ramis.* Constat profecto è veteribus monumentis Saliorum auctorem fuisse Salium Arcadem, qui in Italiam cum Euandro venerat. Igitur cum ante Romam conditam ad aram maximam instituta fuissent ab Euandro Herculi sacra, verisimile est Salium tum ei choros instituisse. vrbe autem condita ad gradium Martem eos postea choros Numa, vt opinor, transtulit

cap. 12. lib. 7. Saturn.

Romanæ gentis auctorem. aliam affert etiam causam Macrobius longè repetitam, quam qui volet sequatur. fuere porro saliorum duo chori, vnus senum alter iuuenum. Maro,

8. AEned.

*Hic iuuenum chorus, ille senum,*

At Lacedæmone tres chori erant puerorum, iuuenum, senum. Cum autem Maro scribit,

8. AEned.

*Hæc nemora indigena Fauni Nymphæque tenebant:*

*Gensq; vitum truncis & duro robore nata.*

Ad Homericum respicit versum:

*Οὐ γὰρ ἐπὶ δρυὸς ἔσσι παλαιφάτους ἔδ' ἐπὶ πέτρῃς.*

4. Academ.

Vt & Cicero cum scripsit, *è saxo sculptus aut robore dolatus.* primos quoque Italiae cultores & habitatores Maro intellexit terrigenas fuisse: sed & aborigines ex eo vocatos aliqui narrant, quod nō aliunde orti sint, deosque putant eorum locorum & Nymphas ibi natas, & homines quoque non aduentitia stirpe ea loca tenuisse, sed ibi editos esse. certe in antiquo lexico aborigines exponuntur ἀυλόχθονες. In nemoribus autem Fauni ora-

Lib. 6. de ling. Latina.

cula canebant. Varro, *Fauni dij Latinorum: hos versibus, quos vocant Saturnios, in siluestribus locis traditum est solitos fari.* Faunus tamen à Græco deo qui πάλυ nominatur nomē duxit, & pro eo sæpenumero ponitur, vt in poetis obseruare licet, vt in Priapeis,

Vir. Priapeis.

*Fronte & comantes Arcadas vides Faunos.*

Fauni

Fauni autem vxor Fatua fuit, quæ furore correpta futura præcinebat, vnde & fatuarij appellantur qui inspirati futura ariolantur, vt Iustinus scribit. Iam æternum eo libro pro magno atque adeo immenso posuit Maro.

Lib. 43. 8. AEned.

*Tum pater æterno fatur deuinctus amore.*

Et Curtius libro quarto ferè eodē modo scripsit, *Ablue corpus illuue æternisq; sordibus squalidum,* quod fortasse non ita videbitur reconditum, vt notari debuerit. Extra sortem donari honorificentissimum & amplissimum erat: proinde ita libro octauo scripsit, *Ducunt exortem Aenea, quem fulua leonis Pellis obit totum:* & lib. 5. *Nam te voluit rex magnus olympi Talibus auspiciis exortem ducere honorem:* & lib. 9.

8. AEned. AEned. 5.

*—ipsum illum clypeum cristasq; rubentes Exciperem sorti.*

Nam in vulgo videtur numerari, qui pari cum alijs forte æquatur, & in casum conicitur: sed cui non fortuna aut sorte, sed iudicio & decreto egregium munus tribuitur, ei demum eximius honos defertur.

15

*Vncus impactus, fatum, mors fatalis.*

CAPVT IX.

IN prima in Antonium oratione scriptum est, impactum fuisse fugitiuo vncum: quo genere poenæ afficiebantur, qui ignominiosissimo supplicio interficiebantur, & vel in ignē, vel ad Gemonias scalas aut in Tyberim trahebantur. Infigebatur autem gutturi, vnde à Iuuenale scriptū est,

Philipp. 1.

*—qui fixo gutture fumant:* & à Propertio,

Saty. 1. Lib. 4. eleg. 1.

*Et bene cum fixum mento discusseris vncum,*

25

*Nil erit hoc, rostro te premet ansa suo.*

Vnco autem ad Gemonias trahebantur aut in Tyberim, vt honore sepulturæ priuarentur, quo carere acerbissimum antiquis erat. Eriam in Barathro vnci erant, & abiecta in id cadauera his adfixa hærebant in Barathro pendentia. Sic enim in Suida scribitur, Βάραθρον χάσμα πφρεατῶδες ἢ σκοτεινὸν

Suidas.

ἐν τῇ ἀτίμῃ, εἰς δὲ τὸς κακούργους ἔβαλλον. ἐν δὲ τῷ χάσματι τὸ ἄπῆρρον ὄγκινοιο, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω. Scribitur in eadem oratione & illud, quod multis negotium exhibet, & à Gellio verbosè tractatum est: à nobis facilè aperteque vno verbo prope expedietur. Nam cum ita scribit, *Multa autem impendere videntur præter naturam præterque fatum:* nihil diuersum naturæ & fati

1. Philipp.

nomine significari puto, sed vnum idemque declarari. Itaque mors naturalis, mors est fatalis, cum ætate quis confecta extrema senectute moritur. Quæ enim mors immatura gladio infertur, nec fatalis est, nec naturalis. Id ex oratione pro Cælio intelligi potest, cuius in peroratione sic scribitur. *Nolite Iudices aut hunc iam natura ipsa occidentem, velle maturius extinguere.*

Cic. pro Cælio.

tingui



*ringui vulnere vestro, quam suo fato.* En disertè morti naturali & fatali, opponit mortem vulnere illatam vel pœna irrogatam. Alexander quoque Aphrodisiensis palam non tam fateatur, quam profiteretur & clamat, fatum & naturam idem esse. Sic enim loquitur: *λείπεται ἄρα τὴν εἰμαρμένην μὴδὲν ἄλλο, ἢ τὴν ὀικεῖαν εἶναι φύσιν ἐκείνου.* Iterum, *Ἄσκη γὰρ εἰμαρμένη τε καὶ φύσις ἡ αὐτῆς.* Rursus, *ταύτων ἂν εἴη τῶ κατὰ φύσιν τὸ κατ' εἰμαρμένην.* Rursum, *φανερῶτα δὲ θεόφρατος δεικνύσει ταύτων ὄν τὸ κατ' εἰμαρμένην, τῶ κατὰ φύσιν, ἐν τῶ καλλιθέει.* Dion quoque fatum luculenta scriptura, minimeque ambigui sensus pro naturali morte vsurpat ita scribens, *ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ἀνάγκη σοι γένηται, μὴ τὴν εἰμαρμένην ἀναμείναι, ἀλλὰ τῶ προσυχόντι θανάτῳ χεῖρα δαί.*

Alexand. Aphrod. de fato.

De fato. Dion.

Agentes in rebus. CAPVT X.

AGENTES in rebus à iuriconsultis memorati & ab historicis, fatagere cogunt decurias Iuriconsultorum & literaturæ prudentum: & tamen cum se cruciarunt multum diuque quærendo, adhuc quærunt, nec ad verum coniectura euadere possunt. Vnum excipio Cuiacium, qui vt eximius, extra numerum est. Ego non is sum, qui putem alijs caligantibus me Lynceum esse: sed qui libenter in partem pro mea virili literas iuuare studeam: an autem sit irritum studium, malo alios existimare, quam meo suffragio prædamnare: quamquam ita de me sentio, vt conatum meum meliorem quam operam putem, cum voluntas libenter nitatur ad præclara, quæ præstare non potest industria. Sed vt vnde profectus sum redeam: Agentes in rebus arbitrari fuisse in militia palatina, & velut armata, qui per prouincias speciebus annonarijs, quæ fisco aut vrbibus præstabatur ex canone aut indictione, conuehendis importadisque prærant, vt canoni Romano, canoni Alexandrino, frumento militari, atque eorum etiam officiorum annonis, quæ in palatino erant comitatu præsidebant. itaque diuus Hieronymus eos interpretatur *πυροφόρους* frumentarios & veredarios: & quia locus insignis est, eum subscribam, vt tanti auctoris certa fide potius res stabilita confirmataque teneatur, quam nostra interpretatione dubia nutet & vacillet. *Hoc enim, inquit, quod LXX transtulerunt πυροφόρον, nos frumentarium vertimus, iuxta antiqui sermonis eloquium. eos enim quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant.* Et si autem erant in Palatinis officijs, vt indicat diuus Ambrosius in epistola ad Marcellum his verbis, *Palatina omnia officia, hoc est memoriales, agentes in rebus, apparitores diuersorum comitum:* tamen munus eorum etiam in prouincijs erat, cum & in Imperatoris aula frumentationibus & annonis præessent, & in prouincia eandem rem curarent: quin & à Palatinis in Theodosiano codice distinguntur his verbis, *Quicunque*

Hieronymus.

10

*cunque igitur inter agentes in rebus, vel inter Palatinos militia sacramenta sortiti sunt.* Iterum, *Sublimitatem tuam inuestigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in scrinijs vel inter agētes in rebus vel inter Palatinos cum legum nostrarum iniuria audeant militare.* latius tamen eorum fortasse officium munusque patebat: ac si quis de ijs plura cognoscere cupit, is Cuiacij iuriconsultorum principis nobilem commentarium in codicem legat. In peruerteri lexico legi agentes in rebus exponi *μαγιστράνοῦς*. *μαγιστράνοῦς* autem Suidas explicat *χετρεῖσιους* id est vt opinor castrenses. atque, vt hoc alienum additamentum adijciam, in eodem lexico cancellarium inueni *ἀντιγραφεῖα* exponi, quem contrarotulatore nostrum homines solent appellare. Hæc ego scripsi non vt me summis Iuriconsultis opponerem, aliud ista de re sentientibus, sed vt tantum sententiam meam interponerem, si quem fortè inuenire posset, cui si non vera, saltē verisimilis videretur.

Cod. Theod. lib. 16. l. 29. tit. 5.

Suidas.

15 Cænacula, habitare sub tegulis, tribus scalis habitare, cor, iecur, os pugilis, parastichis. CAPVT XI.

HOMINES Romæ mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis locare solebant, imam sibi retinebant: sed & erant qui cænaculariam faciebant. Itaque pauperes cænacula conducebant, cum in suo non habitarent. Iuuenalis, *—varus venit in cænacula miles.* Horatius, *—quid pauper? ride, cænacula mutat.* Prudentius, *Omnia qui celsa scandit cænacula vulgus.* Qui autem omnium tenuissimi erant, cænacula tegulis proxima conducebant. Iuuenalis, *Vltimus ardebit, quem tegula sola tuctur* A pluvia, molles ubi ponunt oua columbæ. Suetonius de Orbilio, *Namque iam per senex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur.* Et in epigrammate de Valerio Catone grammatico, *Quem tres coliculi & selibra farris* Racemi duo, tegula sub vna Ad summam propè nutriant senectam. Et scalis habito tribus, sed altis. & Martialis,

Saty. 10. Epist. 1. lib. 1. Lib. 1. contra Symmach.

3. Saty.

De illustribus Grammaticis. Suetonius de illustribus Gramm.

Lib. 1. epigr. 152. ad Luper cam.

Significat enim se vltimo cænaculo habitare sub tegulis. Cor esse Latinis prudentiam & sapientiam cognomen Corculi satis ostendit: & Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Cic. 1. Tusc. & 1. de Orat.

Iecur etiam in eadem significatione poni animaduerti in epigrammatis de eodem illo Catone grammatico clausula ista, *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.* sed nec, *Neque enim mihi cornea fibra est,* in Persio ab alia origine & mente est, cum in iecore fibræ sint. Ita alterum ab altero illustratur

Sueton. de illustribus grammaticis. Saty. 1.

B mutua

De illustr. gr. mat.

mutua quadam claritate. In eodem Suetonij libello extat in M. Pomponium Marcellum epigramma,

*Qui caput ad laeuam didicit, glossemata nobis  
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis:*

In quo pugillatus ei obijcitur. Solent autem pugiles cum dextra aduersarium petere soleant, caput ab ictu in læuam longius deflectere ne feriantur. Maro, *Abduxere retro longè capita ardua ab ictu.*

& quia tuber plagis & deformatum tumidumque redditur eorum caput,

Artemidorus lib. 1. Galenus in exhortatione ad bonas artes.

vt Artemidorus scribit libro primo: interdum etiam sic malè mulctantur, vt exoffetur eius aliqua pars, effodiaturque oculus, vt scribit Galenus in

exhortatione ad bonas artes, & libro secundo epigrammatum Græcorum lepidè exponitur: idcirco addidit, *os nullum, vel potius pugilis.* In quo

etiam ei obijcitur impudentia & inscitia literarum. Non dubitem autem

Suetonius de illust. gr. mat.

quin in eo Suetonij aliquoties hoc capite à me appellato libello, vbi differit cognomen Aurelij Opilij, ab ipso Opilio per duplex pscriptum fuisse,

cum alij per vnam literam p scriberent, Parastichidem libelli legere oporteat. Nam Parastichis, quæ inoleuit in libris, quid sit, consulendus

Suetonius ibid.

est Apollo, aut si quis est Apolline vates doctior: mihi quidem in eo aqua hæret, vt & in eo quod in eodem libello lego, *Librum etiam cui titulus est*

*Perialogos, edidit continentem querelas de iniurijs, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. ne tamen inconsultos à me rursus ad Apol-*

*linem dimittam, audebo scribere magno nominis periculo: vt & pro Sigida Ticida. Ioanni tamen Aurato literarum Latinarum &*

*Græcarum peritissimo videbatur scribi debere. hoc tanti viri iudicium prætermittere aut suppressere non debui, quod non solum sen-*

*tentiæ meæ, sed aliorum multo literatorum opinioni etiam antepone-*

*rem. Succurrebat & non inconcinne legi posse, cum eo libro conquereretur Orbilius de professorum stultitia, qui negligenter iniurias quas à parentibus acciperent: quem sensum &*

*Genius, Victoria pennata, dracones quibus sacri, hora lucina.*

## CAPVT XII.

GENII non solum erant hominum, sed etiam urbium, coloniarum

5. Æneid.

locorum: Maro, *Incerti Genium ne loci famulumne parentis Esse putent.*

Heroibus autem sacer erat draco, vnde serpentem famulum parentis vocat Æneas eo in Æneidos loco, & locorum genij, vt serpentes pingebantur, sicut ex eo Maronis loco coniectura est, & Persio,

Saty. 1.

*Pinge duos angues, pueri sacer est locus, extra Meijte.*

Quan-

Quanquam vt Artemidorus ait, sacer erat draco Ioui venerando, Soli, Cereri, Proserpinæ, Triuiæ, Æsculapio, heroibus, vt ex eo picto sacrum esse locum augurari possimus, qui tot numinibus sit consecratus.

*—serpentes atque videres Infernas errare canes,*

Saty. 8. lib. 1.

5 dixit Horatius veluti significans comitatum Triuiæ, vt & apud Maronē,

*—visa que canes volulare per umbram,*

6. Æneid.

*Aduentante dea:*

Nam & Dianæ quæ est eadem Triuia canes tribuuntur, & noctiuagæ

Triuiæ etiam nocturnæ canes, quas furias quidam interpretantur non in-

10 scitè. Apollonius quoque eius canes *χθονίους κύνας* vocat. Hecataæ canum

mentio quoque est apud Orpheum, *σαῖνον δὲ σκύλακες ἑσπῆποιοι,* & apud

Tibullum, *Sola feros Hecates perdomuisse canes.*

Apollonius. Lib. 1. eleg. 2.

Sed ad Genium redeo: urbium erant Genij, vnde Symmachus scribit,

*Varios custodes urbibus mens diuina distribuit.* In quo à Prudentio deliræ re-

15 ligionis propugnator meritò his versibus obiurgatur,

*Iam primum quid sit Genius, vel qui status illi*

*Competat, ignoro: & quid possit & unde oriatur.*

Lib. 2. contra Symmach.

Iterum, *At tuus hic urbis Genius dicas vobis, quando Cæpit adhuc parue pri-*

*imum se infundere Romæ? De genijs multorum etiam locorum sic idem*

20 *scribit, Quanquã cur genium Romæ mihi fingitis unum? Cũ portis, domibus,*

*Thermis, stabulis soleatis Assignare suos genios? pèrque omnia mēbra Urbis pèrque*

*locos geniorum millia multa Fingere? Rursus de genio urbium & populorum*

*idem ita tradit, Fataliter urbem Soritam quonam genio proprium exigat auis.*

25 *Cunctis nam populis, seu mœnibus inditur, inquit, Aut fatum aut genius nostra-*

*rum more animarum, Quæ sub disparili subeunt noua corpora sorte.* Victori-

deam vetustas pinnatam & aligeram pinxit, vt è cœlo deuolantem ad

eos, quos suis ornare successibus vellet, hinc Ansonius,

*Tu quoque ab æthereo præpes Victoria lapsu:*

*Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas*

*Explicit, & multis surgat formata talentis.*

De Augusto. epig. 1.

Lib. 2. contra Symmach.

30 Id eo scribit, quod aureæ aut auratæ victoriæ plerumque ponerentur, quas

& quædam etiã simulachra interdum suis manibus sustinebant, Cicero li.

3. de natura Deorum, *Idem victoriolas aureas & pateras coronasque, quæ simu-*

*lachrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat.* Puella au-

35 *tem formabatur, vt Prudentius ait, pennigera, pexo crine, nudo pede sus-*

*spēsa, strophio reuincta, sinu vestis fluitante.* Vt Lucina dea est Diana, quæ

pariētium nixus iuuare credebatur, & partus vitales in lucem producere:

ita & per adiectionem Lucina hora à Prudentio hora lucis & vitæ dicitur,

*Et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.*

Lib. 2. contra Symmach.

B 2

Quod

Quod annotare placuit ipsa nouitate admirandum & insigne. Certum esse senatorum numerum oportebat cōsentientium vt legitimū Senatūconsultum fieret. Cū enim ordo infrequens erat, nec numerum legitimū implebat, per infrequentiam Senatūconsultum fieri nō poterat, aut cū frequens, nisi ad certum numerum consentirent in vnam sententiam. ea de re ita scribit Prudentius, qui & trecentorum numerum definit.

Lib. 1. contra  
Symmach.

*Hic consulta patrum subsistere conscriptorum  
Non aliter licitum prisco sub tempore, quā si  
Tercentum sensisse senes legerentur in vnum.*

*Consilium, frumentum semisibus & trientibus, sitellam deferre, cistas disjicere, pœna parricidarum.*

CAPVT XIII.

Cornificius li.  
1. ad Herennium.

IN libris Cornificij ad Herennium de Translatione, legimus eam in iudicium non venire, sed in senatum, aut ante Imperatorem & in consilium: proinde solet quæri quod illud consilium sit. ego consilium illud intelligo, quod more maiorum Imperatori rem militarem administranti solebat adesse. Salustius in bello Iugurthino de Metello Imperatore, *Ita more maiorum ex consilij decreto per legatos Iugurtha imperat argenti pōdo ducenta millia. Iterum, Igitur Rex uti constituerat, in castra venit, ac pauca presenti*

Salust. in bello Iugurth.

*consilio locutus.* Eodem in libro lex de semisibus & trientibus erat, qua potius in magna vilitate annonæ ex horreis publicis frumenti modius triente dabatur: in arciore & grauiore annona, semisse: vel potius ex lege Gracchi populo modius semper semisse & triente dabatur, id est, non toto asse. Asconius, *ut frumentum populo, quod ante semisibus & trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur. Quod autem additur, Saturninus ferre cepit: Collegæ intercedere: Ille nihilominus cistellam deferre: vereor ne legendum sit sitellam deferre, vt lib. primo de natura Deorum, vt igitur T. Gracchum cū videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellam:* & apud Asconium in oratione pro Cornelio, *dum sitella defertur. Sitella enim significatur, qua qui legem ferebat, sortiebatur tribus, vt eas in suffragium mitteret. In cistas autem populus tabellas sui suffragij mittebat per pontes transiens. mox ergo scribitur, Pontes disturbat, cistas disjicit. Multi autem pontes erant multæque cistæ, cū multæ essent tribus. Sitellæ in fortiendo mentio est in Casina Plauti, & in vetustæ legis fragmento, cuius mihi fecit copiam Petrus Daniel, *Ad sitellam sorti veniet, is in eâ sitellam manum demittito. Iterum, Sortem ex hac lege apertam brachioque aperto literam digitis opertam.* Multis etiam minacibus Senatūconsultis solebat addi ad extremum clausula aduersus eos, qui quid contra decretum*

Lib. 1. ad Herennium.

Asconius pro Cornelio.

Cornificius lib. 1. de confirmatione.

Asconius pro Cornelio.

Cornificius lib. 1.

Sc. Tace Chalcid.

sum-

10

summi ordinis tentarent, vt & munitiora eius consulta essent, & detererentur audaces, & improbi, quæ in eo etiam loco posita est, *Senatus de creuit, si eam legem ad populum ferat, aduersus Rempub. videri eum facere.* Salustius in oratione Cæsaris, *Qui aliter fecerit, Senatū existimare eum contra Rempub. & salutem omnium facturum.* In lege duodecim Tabularum quæ ibi refertur, *Si furiosus exister, agnatorum gentiliumque in eo pecuniæque eius potestas esto.* Exister nimis ingeniosè & subtiliter nonnulli putant valere quod *ἔξιστα* Græci dicunt, quod est mente motum esse & de potestate exisse, cū sit, apparet, incipit esse, quod tertia Tusculana sic explicatur. *Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit.* Agnati autem sunt, qui sunt eiusdem stirpis, familiæ & cognationis: qui si desint, tum denique gentilium & aliorum propinquorum potestas est in eo. gentilitas enim agnationem cōtinet latiusque patet, & ad alias familias eiusdem tamen sanguinis & nominis porrigitur. Sic patrisfamilias intestato mortui familia pecuniæque agnatorum & gentilium est. Vt illis qui perduellionis damnati à duumviris fuerant caput obnuebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, vt eo in Cornificij libro scribitur, *Lib. 1. credo quod indignos censerent, qui communi spiritu luceque fruerentur: lupinum esse folliculum voluerunt, feritatem significantes eius, qui necem atrocem & acerbam sua manu parenti obtulisset. Sed & soleæ lignæ inducebantur parricidarum pedibus, ne communi hominum reliquorum è corio calceatu vterentur, neu calceamenta, quibus homines vti solerent polluerent, si ea pedibus suis calcarent: neu terram tangerent pedibus nudis, omnium parentem communem. Sed & sensus expers & omnis humanitatis & durus ac asper vereque ligneus eo ipso significatur parricida. licet & adsignificationem quoque aliquam habere simiam, serpentem & gallum gallinaceum. Neque enim sine causa cum parricida culeo infuebantur: & Cicero pro Roscio pœnam parricidarum interpretatur: locum petat qui cognoscere cupit: quanquam vix quisquæ est cui non sit notus. C. Pompilius à Gallis obfessus, qui eodem scribitur Cornificij libro, videtur esse C. Popilius cognomento Lænas. Itaque Popilius libentius legerim. Pauca ista velut prætereuntes ex eo libro annotabamus, quæ bonis iuuenibus vtilia esse optamus magis, quàm fore confidimus.*

Cornificius lib. 1. de confirmatione.  
Salustius in orat. Cæsaris.  
Cornificius lib. 1.

3. Tuscul.

Lib. 1.

libid.

Cic. pro Roscio.

Lib. 1.

35

*Catullus in Epithalamio Pelei explicatus, comitia urbana militaria, communia, decuriata, bolones, bolonæ, arulatores, cociones.*

CAPVT XIII.

CATVLLVS Nepoti Cornelio suum nuncupans libellum, eum dicit

B 3 tribus

Epig. 1.

tribus laboriosis chartis omne ævum explicasse, quod interpretor de Chronicis Nepotis, quorum Aufonius meminit. In chronicis autē suis etiam Catulli, ut optimi seculo suo poëtæ meminerat. Is mentione sui honorifica delectatus libelli nuncupatione officiosè gratiam retulit bene merito. Sed quoniam Catulli mentio incidit, venit in mentem mihi sæpenumero quærere, cur tam operosis & tam numerosis versibus in epithalamio Pelei vestem & eius argumentum descripsisset. Mihi enim ridiculum videbatur plus ab eo operæ consumi in accessione operis, quàm in opere ipso: cum nec vestem quidem magnopere ad nuptias pertinere putarem. Sed & mea calumnia Catullum, & me dubitatione omni liberavit Arnobius, apud quem animaduerti solenne fuisse morisq̄ antiqui, ut nuptijs lectus genialis toga sterneretur, quæ tamen consuetudo eius ætate iam pridem exoleuerat. Eius verba sunt, *Cum in matrimonia conuenitis toga sternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis?* Quanquã vestis stragula picta apud Catullum potius describitur. Placet ex arena funem necere, & supplementum huic capiti ex eo Arnobij libro petere. appellat comitia centuriata, militaria: quòd populus more militari centuriatus sit: urbana, curiata: Curia enim erant urbani populi. communia, tributa: quòd ex totius populi tribubus fiebant, erantq̄ non propria tantum

Arnob. eod. li. 2. *urbani populi, sed etiam rustici & suburbanii. Eius verba subiungã, Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, urbana, communia qua sunt*

Priscianus de comitia scitis? Apud Priscianum quoque in libro de ponderibus & mensuris decuriata comitia nominantur: sed ea esse existimo, quæ largitione &

Arnobius eod. lib. 2. *corruptela deprauata sunt partibus quibusdam populi decuriatis. Iuppiter supremus cum dicitur, summus ille deorum imperator, qui in arce cæli*

4. AEned. *regnat significatur, ad discrimen Plutonis, qui Iuppiter Stygius vocatur. Maro, Sacra Ioui Stygio qua rite incepta parauit. Arnobius,*

Ii. 2. aduers. gentes. *Iuppiter tam supremus quam Stygius. Christum quem Seruatorem nominatum & Saluatorem verbo ecclesiastico cognominamus, Arnobius sospitorem appellat: ut, inquit, ante horas quemadmodum dicitis pauculas sospitator ad vos Christus cali ex arcibus mitteretur? Corpusculum hoc, quo tanquam loculo animus inclusus tenetur, non ineleganter*

Eodem lib. 2. *ab Arnobio folliculus vocatur his verbis: Nec in caruncula huius folliculo constitutis opis aliquid sponsum est: id est in hoc corpore ut interpretor. Muccinium videtur apud eum esse linteum quo exceptatur nasi mucosus. Ut enim à vacca vaccinium, sic à mucco muccinium deduci videtur.*

Lib. 2. aduers. gentes. *Mithra, inquit, strophium, fascia, puluinus, muccinium. quanquam scio non deesse qui succinum, & qui faccinium me refragante vehementer emendent. Quod sacco vinum veteres eliquabant: quod & faccare dicebant,*

cebant, hinc per similitudinem non inamœnam, in re tamen parum honesta, factum est, ut cum vesica coli vinarij vel sacci speciem habeat, vrina liquoris transmissi, lotium faccatum diceretur: quod & è Lucretio alias annotamus, & nunc Arnobij auctoritate magis illustramus, si quis Lucretij emendationem fortè in dubium reuocet: eius verba sunt, *Inter stercoris hos utres, & faccati obscenissimas serias.* Sed qui in eo sint volones cum scribit, *Quid bigarios, salinatores, volones?* Scio volones vocatos bello punico voluntarios milites è seruis, quod exemplum postea retulit Antoninus philosophus. Sed ad hunc locum nihil ista notio pertinet. an potius sunt qui vltro ad gladium ferrumq̄ se locabant? putarem nisi salinatores antecederent. quid si bolones legamus à bolis piscium? nam sic tabernæ cetariorum dicebantur. Donatus in Terentium, *Cetarij, inquit, sunt qui cete id est magnos pisces venditant, & bolonas exercent.* Reperi & in antiquo Lexico, cuius iuuenis studiosissimus Petrus Daniel mihi fecerat copiam, bolonas disertè explicari *μεταπρεΐτας & καλισησθηλους* id est propalas. Nò admodum dissimilis est arulator vel arilator, qui *μεταβολεὺς* explicatur, nomenq̄que habet ab arula, id est foculo, quo cibos coquit, *ἐπιτηής* que & *περγματεωτής* explicatur in Lexico Latino Græco. Dicitur & coctio à coquendo: nam in antiquo quoque vocabulario cocionem arilatorem exponi reperi. Festo coctio dicitur quasi cunctio à cunctando, qui cunctanter emit, quod postea vendat, ut sit *πραγματεωτής & μετάβολος.* Igitur sic & cetarij vocabantur, qui bolos faciebant & veditabant. Sunt & boleones Græcis sterquilinia. Subnectit Arnobius, *Coquos, panchrestarios.* In quo panchrestarios legendum suspicarer, ab vnguento panchresto, nisi iam antè vnguentariorum mentionem fecisset: ego igitur libentius coquos, panifices, crustarios legerim. Nam à crusto & crustulo crustarius & crustularius artifex eius panificij vocatur. vel panchrestarios medicamentarios & pigmentarios acceperim, qui medicamenta & remedia omnibus valetudinū generibus accommodata conficiunt, splendido & magnifico promisso, si effectus responderet: tales sunt antidoti apud Nicolaū & Galenum. putem tamè potius per similitudinē intelligi artifices operis dulciarij, ut ad omnia utilis & cōmodi. Saluianus lib. 6. infantes quoque & omnes ferè paruulos, contumaces, quos morigeros minæ & ferulæ non efficiunt, interdum panchresta atque blanditiæ ad obedientiam trahunt.

35 *Vocatur in disquisitionem locus Curtij de Lyrnesso, umbone propellere.*

CAPVT XV.

IN nos acerbos plerumque censors experimur, si quid in antiquitatis literis à nobis humanitus ignoretur. nec nobis venia dari solet, quæ

B 4 tamen



tamen præsto est antiquis auctoribus, si quãdo quid tale eis obrepat quin & cum in manifesto errore à nobis deprehenduntur, nihilominus omnibus modis excusantur. Nec verò me ista falso criminari quis putet. ostendam enim, ut spero, elegantissimum & nitidissimum scriptorem Curtium grauitè deliquisse nominis communione & societate deceptum. Cùm enim Cilicia regio sit finitima Syriæ, & altera heroicis temporibus esset propinqua Cariæ ad Caicum vsque, quam postea tenuerunt Adramitteni Atarnitæ & Pithanei, in qua Homerus Lyrnessum urbem & Thebas fuisse scribit ab Achille euerfas, Curtius eas vrbes in illa altera Cilicia collocat quæ prope Amanum est, ita scribens: *Monstrabantur urbium sedes* 10 *Lyrnessi & Thebes*, Sic enim scribendum puto non cebesti, *Specus quoque & corycium nemus*. Homerus autem scribit, *Λυρνησὸν διαπορρήσας ἔ τείχεα Ἰθβης*. quod si quis Curtium ab errato vindicare velit, necesse est culpam conferat in diligentissimum Geographum Strabonem. Stephanus Lyrnessum in Troade collocat, Plinius vbi & Strabo ad Euenum flumē: *Flu-* 15 *men* inquit, *Euenum, cuius in ripis intercidere Lyrnessus & Miletus*. quanquã idem ad Cataractem in Pamphylia Lyrnessum etiam urbem metatur: quã vereor ne ipse conderit. Certè non est ea quam scribit Homerus significatque Curtius: cùm præsertim eam cum Thebis coniungat, quæ sitæ erant in Cilicia hypoplacia prope Troiam, ut Stephanus & Strabo aucto- 20 res sunt: & earum urbium vestigia sedesque ostentatas fuisse Curtius dicat, ut delectarum, & à Plinio urbem constet ut superstitem tradi. Fabio sententia vitiosa videtur quæ nimia est, ut de viro forti, bella umbone propellit: parum tamen abest quin eodem genere sit vsus Curtius: sed hoc interest, quòd nec de vno dicit, nec bella propelli scribit, sed aciem. Bel- 25 lum enim propelli umbone affectatè dictum est & superlatè, præsertim ab vno. Proinde quod in Fabiano exemplo vituperationem meretur, laudem meretur in Curtio ita scribente, *Totam aciem suo pauore fluctuantem umbonibus posse propelli*: & in Valerio de quodam Cæsaris milite quod scribitur, *Ad ultimum destriçto gladio audacissimum quenque modo umbonis im-* 30 *pulsu, modo mucronis ictu depellens*: & in Martiale, *Cunctos umbone repeller*: meritò laudi ducendum est. Id eo dico, ne quis temerè & ambitiosè, quod mirandum sit, ingenio indulgens suo & ostentationi reprehendat, & ut intelligant homines me non libentius reprehendere quàm defendere, cùm vnum accusarim eodem capite, & tres defenderim. 35

*Ast ego quæ diuûm incedo, firmare omen & augurium, Stant terræ defixæ hasta.* CAPVT XVI.

*AST ego, quæ diuûm incedo regina, Iouisque, Et soror & coniunx à Marone*

ne cùm cantatur, semper arbitratus sum plus aliquanto latere, quàm statim à nobis animaduertetur: tandem autem ex Athenæo cognoui insigni quadam maiestate incessus veteres existimasse Iunonem procedere, quo respexisse poëtam iudicauim. Nam Athenæus *ἡρατὸν βασιλίσσιν* id est Iunonio *Athenæus.* incessu ambulat, pro gravitate quadam & magnificentia incessus dixit: ut 5 & Propertius, *& incedit vel Ioue digna soror*. eum fortasse incessum etiam imitabantur qui eius sacra ferebant: vnde & Flaccus scripsit, *Sape velut* 10 *quæ Iunonis sacra ferret*: quod tamen propter dignitatem sacrorum tantæ deæ, & propter pompam potius fiebat. ea porro sacra ferebant puellæ ut ait Ouidius, *More patrum sanctæ velatæ vestibibus albis, Tradita supposito ver-* 15 *tice sacra ferunt*. Quanquam & aliàs sacra etiam omnia tardo gressu ferebantur, & ut ait Cicero fercula pomparum. subijciemus & alium Maronis locum, quem à Grammaticis excussum, quid vetat etiam à nobis explicari, præsertim cùm exemplis idoneorû scriptorum id confirmaturi simus, quod Grammatici nobiles pro suo velut iure sumunt? Omen vnû & au- 20 guriû non videbatur Romanis hominibus satis habere ad persuadendû fidei. proinde ad confirmationè prioris augurij, secundû poscere solebant: hinc à Marone scriptum est lib. 2. *Et si pietate meremur, Da deinde auxilium* 2. *AEned.* *pater, atque hæc omina firma*. Cicero in Mario, *Sic aquila clarû firmanit Iuppiter omen*. Silius, *Adsis ô firmesque tuæ pater alitis omē*. Nam in Cicerone antecedit, *Partibus intonuit celi pater ipse sinistris*. in Marone mox sequitur, 4.

*Vix ea fatuus erat senior, subitòque fragore Intonuit lauum.*

Hincigitur satis intelligi arbitror quid sit firmare omen, quod tamen in Silio videtur esse non alio omine confirmare. nullum enim præterea succedit: sed euentu factisque id quod augurium portendit promisitque, 25 præstare. Ne illud quidem tacitum prætermittendum, *Stant terræ defixæ* 6. *AEned.* *hasta*, lib. 6. *Aeneidos* scriptum, quod ex antiquorum consuetudine intelligendum est, qui posteriorem partem hastæ etiam præpilabant ad defigendum humi, quam *ἑλαχόν* Græci, & *πέλακα* & *καυρωτήρα* appellabant. Homerus *ἑλαχά δὲ σφιν ὄρθ' ὄπι' Καυρωτήρας*, quod Aristoteles sic explicat, 30 *ὅτι τὰ γὰρ τότε ἐνόμιζον ὡσπερ ἔ νῦν ἰλλυριοί*. Ita Aristotelis ætate iam ille mos exoleuerat: sed poëtæ studiosi vetustatis & rerum non perinde vsitarum, ad admirationem talia captant & in vsum reuocant. Quo fit ut ista diligenter plerunque conquisita à Grammaticis & callidè obseruata magno labore homines liberent.

35 *Ficus pingues, sicæ, luto plantam euellere, cæna deum, & quadam in* *Horatio emendata.* CAPVT XVII.

MERVS ostentator erat & mendax insolensque iactator Horatianus ille

ille Nasidienus, qui cum pessimas ad poneret epulas, eas tamen immodicè impenseque laudibus efferebat. Is cum iecur anseris ficis pasti, quod *σκαλίδον* à Græcis, ficatum à Latinis vocatur, sciret in delitijs haberi, quod apposuerat, ut aliorum delicias & lautitiem superare videretur, mentiri est ausus non quibuscunque vulgaribus ficis, sed pinguibus faginatam 5

saty. 8. lib. 2. fuisse. Sic enim Flaccus scribit,

*Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.*

lib. 23. c. 7.

Fici enim pingues & pluris sunt, & succi melioris & abundantioris, de quibus apud Plinium est mentio libro xxij. his verbis, *Carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguis simam ficum imponi penè singulare remedium est.* Vulgares autem fici & caricæ, siccæ sunt minorisque pretij. Siccarum meminit Plinius his verbis, *Siccæ fici stomachum lædunt.* Et ut ex Horatio suum hoc caput velut syrma spatiosum trahat, cum scribit, *Iam mæchys Romæ iam mallet doctus Athenis Vivere,* si sileam quod in araneoso situque pleno legi libro piaculare videatur, *Iam mallet doctor Athenis:* ut eum dicat tam

cap. 7. lib. 23.

saty. 7. lib. 2.

inconstantem incertumque sententiæ fuisse, ut modo mæchari, modo docere vellet. Equidem *doctus* illud non moueo loco, puto tamen mihi

ead. saty. 7.

saty. 7. lib. 2.

saty. 6. lib. 2.

ibid.

fraudi non futurum, quod aliud quiddam me reperisse dixerim. Vertumnis autem legendum arbitror, non Vertumnis, ut Portunus, Saturnus, Neptunus dicitur. In eodem libro scriptum est disertè, *ac prior illo:* non ut publicatum est, ille: nec mehercule inepto sensu, quod dicitur illi anteponendus. hoc etiam monentis tantum non statuentis more dico. hoc autem elegantius & verius fuerit, *Romæ sponsorem me rapis:* non Roma. etenim quibus Romæ negotijs implicatus & impeditus soleat esse scribit: quibus ruri quod careat, se foelicem & beatum putat. etiam pari constantia & adseueratione illud affirmandum,

*Neprior officio quisquam respondeat urges.*

Quis enim hoc non malit, quam vrge: neque tamen hoc excogitatum proferimus, sed ex antiquis libris prolatum edimus. Cæterum cum ait,

saty. 7. lib. 2.

*Ne quicquam cæno cupiens euellere plantam,*

ad prouerbium Græcū allusit, *ἐκλὸς πηλὸν ποδὸς ἐχέει:* quod est, extra lutum pedes habes, de his qui alicunde se expedierunt, & è molestia euaserunt.

saty. 6. lib. 2.

Exclamat Horatius, *O noctes, cœnæque Deum.*

suas frugi modicasque sed iucundas & suaues cœnas comparans epulis, quæ in honorem Deum in templis Romæ apponebantur tenues & par-

Dionys. halicarn. lib. 2.

biles, non sumptuosæ neque splendidæ. Dionysius Halicarnassæus. *Ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην ἐν ἱερῶν δικαίαις δέιπνα ποικίλιστα θεοῖς, ἐν ἱεραῖς ἑυλίνοις ἀρχαῖαις, ἐν κρηνοῖς καὶ πινάκιοις κεραμέοις ἀλφίτων μάζαις καὶ πόπανα καὶ ζῆαι καὶ κερπῶν πινάκων ἀπαρχαῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λίβα καὶ εὐδάπανα, καὶ πάσης ἀποφοικιλίας ἀπηλλαγμένα.*

*Fi cogni-*

*Fi cognitor ipse,* è chirographis exemplis repetitum aliquanto concinnius erit, quàm ut peruulgatum *sis cognitor:* nec verò si inusitatum est in imperandi modo, eoque comicus Plautus utitur.

Horat. saty. 5. lib. 2.

In Liuiio quadam emendata, *munire rupem, saxa putrefacere, promuntorium.* CAPVT XVIII.

EQUIDEM illud nullo modo concoquere possum, quod à Liuiio de Afrudrale scribitur, eum rem Carthaginensem auxisse, plura consilio quàm vi gerentem, auspicijs regulatorum magis conciliandisque per amicitiam principum nouis gentibus, quàm bello aut armis. quid enim verifi mile est vel auspicio vel ductu regulatorum eum vnquam gessisse? quid quod conciliationis & amicitiae, non armorum neque belli hic significatio postulatur? Itaque cum hospitium apud antiquos arctissima necessitudinis lege homines deuinciret, & pro sanctissimo foedere inuiolatoque censeretur, sine ampliacione primo coetu primaque actione non verebor pronuntiare legendum hospitij esse: & profecto perfacile fuit in tam vicinam vocem deerrare, vna tantum eaque eiusdem soni syllaba differentem. Vrbs autem Helmandica, ea videtur esse quæ hodie Salmantica vocatur, quæ gymnasium celeberrima in Hispania floret. Etiam vbi *diruptæ* utrinque angustiae scribitur, deruptæ, verum sincerumque puto: atque multis locis penitus inoleuit error iste, ut di pro de vicaria quadam opera subierit per obreptionem. Deruptæ autem sunt deorsum ruptæ. sic *degressos multos* non digressos integrum incontaminatumque credo, id est de tumulis gressos. promuntoria cum prominentes sint in mare rupes, vnde per v scribi hæc vox debet, ut veriloquium demonstrat. non enim à monte, sed à prominendo deducitur: idque & libri præferunt antiqui, & me docuit Gulielmus Pelisserius Montis pessuli episcopus: in Liuiio tamen eminens & editissimum in Alpibus iugum promuntorium appellatur. *Prægressus,* inquit, *signa Annibal in promuntorio quodam, unde longè ac latè prospectus erat, consistere iussis militibus Italiam ostentat.* Illa quoque sic libetius legerem, *lumentorumque incessu dilapsa, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquefcentis niuis ingrediebantur: tetra ibi luctatio erat:* ut nondum absoluat *Ingredebantur* sensum, sed porro transmittat pendentem. lego item, *Secabant interdum etiam, dum in firmam ingrediētia niuem, & lapsa, iactandis grauius in continendo unguis penitus perfringebant.* Nam & firmam illam niuem dicit Polybius: sed & infimam. Itaque vtrunque legi potest. Auguror autem continere, esse se à prolapsione in lubrico retinere & cohibere conari. Secabant autem est, quod *δέκοπλον* Polybius dicit. Lego mox, *Inde ad rupem muniendam,* non ut solitum est, minuen-

lib. 21.

lib. 21.

lib. 21.

lib. 21.

lib. 21.

lib. 21.

lib. 21.

dam. Polybius enim scribit τὸν κρημνὸν ἐξωκοδόμηται: & μοχ οὐκοδομίαν appel-  
 lat. Interpretor autem munire, per rupem viam aperire, viamque in ea  
 munire, & tanquam struere: eam cædere & in ea opere laboreque mili-  
 tari complanare & æquare iter, aut deorsum deprimere & decliue redde-  
 re quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem iaciunt, fossas aperiunt, &  
 vias muniunt militiae, munitores vocantur. esse autem ita legendum ex  
 eo etiam apparet, quod non longè hinc scribitur, *Et quies muniendo fessis*  
*hominibus triduo data.* Saxa autem putrefacere aceto, est aceto saxa soluere  
 & frangere. Saxorum enim torridorum & candentium infusum acetum  
 compages & nexus resoluit & laxat, quod putrefacere appellat. 10

ibid.

*Bustuaria mæchæ, semitarij mæchi, denium scortum, Phædrus, asino pi-  
 grior.* CAPVT XIX.

CVM à Martiale lepidissimo poëta ( nec enim illis assentior, qui scur-  
 ram ineptum cum appellant, neque satis elegante musa libros Epigram-  
 matum scripsisse autumant ) canitur, *Admittat inter bustuarias mæchas:* ani-  
 maduerto id explicari de mulieribus ad funus deplorandum conductis  
 quod nequaquam verum esse arbitror: cum potius significari vulgaria &  
 diobolaria scortilla existimem, inter busta atque monumeta penè in pro-  
 patulo profantia: de quibus & alio loco sic scribit, *Abcondunt spurcas &  
 monumenta lupas.* Sic à Catullo semitarij mæchi pro scortatoribus vilissi-  
 mis in agrorum semitis sub diò scortilla subigentibus dicuntur. contra  
 deuium scortum, non prostitutum in propatulo omnium libidini, sed ho-  
 nestius minusque vulgare ab Horatio dicitur. At verò in illo eiusdè epi-  
 grammate, *Meiere vis iterum, iam Palinurus eris.*  
 Non tam ad nomen Palinuri allusum esse arbitror, vt doctissimorum fe-  
 natus decernit, quàm ad eius casum. cum enim Paulinus minxerit semel  
 corrente carina, auguratur futurum vt submergatur, si iterum meiat. Apud  
 Maronem autem lib. A Eneid. quinto Palinurus somno correptus vndis  
 mergitur. Scribit idem Martialis,

Lib. 3. epigr. 51.

Lib. 1. epigr. 91.

Ad contuber-  
nales epigr.  
35.

Od. II. lib. 2.

Lib. 3. epigr.  
36.

A Eneid. 5.

Lib. 5. epigr.  
95.

In Iul. Cæs.  
cap. 68.

Lib. 3. epigr.  
20.

*In turbam incidetis, cunctos umbone repellat.*

Id de his dici solet, qui velut umbone clypei, obstantes reiiciunt nisu cor-  
 poris aut laterum firmitate: Suetonius de Acilio Cæsaris milite, *Transili-  
 uit in nauem, umbone obuios agens.* quo sanè in loco de clypei orbe simpli-  
 citer accipiendum est. atque hoc genus dicendi paulò antè attigimus. An,  
 inquit idem, *emylatur improbi iocos Phædri?* Hoc ego de Epicureo Phæ-  
 dro, cuius apud Ciceronem mentio non infrequens est, audiendum ar-  
 bitror, non de eo Philosopho de cuius nomine nobilissimum sermonem  
 inscripsit

inscripsit Plato. Illud autem *Veterno resinâque pigriores*, de mendacio do-  
 loque compertum quidni eradatur? Nam & veterni nomen primam cor-  
 rigit, cum hac religione phalecum scribat Martialis, vt à procerâ semper  
 syllaba incipiat: duæ autem in resina literarum compræhensiones quæ  
 antecedunt, tendi etiam non corripi solent. Itaque quidam non inscitè re-  
 moram subijciunt. ego propius ad scripturam antiquam, Veientone asi-  
 noque vel asinâque pigriores, scribendum arbitror. Tarditas autem asi-  
 narum nota est: & de Veientone scribit Iuuenalis,

Lib. 3. epigr. 25.

*—hic Sergius idem Accepta rude cœpisset Veiento videri.*

Saty. 6.

10 Iterum.

*Vt te respiciat clauso Veiento labello.*

Saty. 3.

erat iste obesior fortassis, aut certè natura pigrior & deformior. in Iuue-  
 nale eodem modo scribendum est.

Saty. 8.

*—quid resinata inuentus,*

Non quid enim, ne duæ syllabæ natura lōgæ inuitis omnibus corripiatur.

15

*Circuncæsurâ, arte madere, in Lucretio, empeneticam facere in Cicerone.*

CAPVT XX.

IN Lucretio, vbi amatorum increpatur stultitia in amicarum vitijs cæ-  
 cutientium, vel ea ipsa extenuantium, aut etiam amplectentium, scribitur  
 in editionibus, *ισχυδὸν ἐρωμενιον cum sit, cum viuere non quit.*  
 sed scriptorum librorum antiqua literatura vtique placet, *ισχυδὸν ἐρωμένιον*,  
 vt sit amicula tenuis & gracilis: vt enim à Glycerâ fit per diminutionem  
 Glycerium, sic ab ἐρωμένη quæ est amica, eromenion blandimento dimi-  
 nutione accersito: quod & Lambino viro imprimis erudito placet. eodem  
 autem in loco iam pridem emendatum à me fuerat *χαρίτων μίαι*: & eodem  
 libro iam pridem obseruaram circuncæsuram esse quam græci *ἄεροντιω*  
 vocant, id est formam, figuram, circumscriptionem. vt & apud Arnobium  
 lib. 3. *Et quod indignius multo est, terrenorum corporum circuncæsurâ finitis.*  
 emendandum quoque reor, *quocunque obuerrimus eris.* nam è Plinio &  
 Aristotele scimus antiquorum specula ærea fuisse. Illud etiam sic lego, *fit*  
*quasi vt ad tornum saxorum structa tuantur*: quod antiquis libris acceptum  
 ferimus. *Scilicet arte madent simalachra & docta vagantur.*

Lib. 4.

Lib. 4.

Arnobius li. 3.

Lucretius lib.

Lib. 4.

Lib. 4.

In integris librorum monumentis conseruatum reperimus, non vt in de-  
 generibus editionibus, *arte valent*: vt enim arte imbui dicimus, sic & ar-  
 te madere honesta eademque translatione Romanos veteres dixisse de-  
 fendimus. Sed vt illud græcum in Lucretio verbum subsidio librorum ve-  
 tustorum emendamus: ita in græco quodam apud Cælium reponendo  
 coniecturæ nostræ liberius indulgebimus: tantum precamur, vt venia  
 tribuatur audaciæ. Id eò dicimus, quia vt coniecturam nostram nobis ve-

lib. 8. epist.

fam. 1. epist.

C luc

lut inuitis foras erumpentem retinere non possumus: ita ei non perinde confidimus. scribit igitur Cælius, *Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis embeneticam facere, & usque eo, ut ego misereretur eius esuriei, non sum commotus.* huic vocabulo *embenetica*, nullus est nec in latina nec in græca lingua locus: etsi græcam refert originem, sed deriuatione falsa. non enim huiusmodi nomina à verbis orta formantur à præsentibus: & alioqui hoc sententiæ parum conuenit. Ego igitur vna litera commutata empeneticam lego: ut eum dicat esurientem esuritionis artem Baulis facere, & usque eo, ut esuriei eius miseretur: ut enim græcè dicitur ἐμπαγῆν, pro παγῆν at tico more, & ἐμπειν pro πειν, & ἐμπαγῆν pro παγῆν: quidni dicatur etiam ἐμπεινῶ pro πεινῶ? præsertim cum etiam in verbo quæsitæ sit arrisio fortasse è vicinitate vocis, quod non faciat embaticam, sed empeneticam. nos tamen ista foras exire gestientia quodam pruritu titillati potius perscripsimus, quàm ut magnopere probata nobis, alijs commendata esse vellemus. nos enim cum videremus Protei ferè modo in varia miracula hunc locum conuerti, multiplices etiam quàm prius species nostro commento reddidimus, ne de alijs queri ipsi possemus, qui plus nobis iuris sumpsissemus, quàm alios vsurpasse insimulare possemus. legi etiam posset detracta prima syllaba peneticam. Addam & quiddam, quod perpussillum est, è Cælij epistola, sed quia non obseruatum fortasse rudibus sensus iacturam afferret, leuiter tamen attingendum: scribit igitur, *Bonos & Senatū mallet, totus ut nunc est hic scaturit*: hoc verbi scaturit desiderandi significatione, ut esurit, intelligendum arbitror, ut sit, hic scaterere cupit, & cupit in huius ordinis velut campo fluere. Dionysius tamen Lambinus, cuius ego & eruditioni & iudicio plurimum meritissimo tribuo, *senaturit* legendum esse putat. dolo non dixi, nec expectationem hominum fefelli: hoc etiam quàm dixeram, minus esse declaratum est.

*Fundat naues, semina flammæ, circumferre aqua, felix oliua, carpere fetas.*

CAPVT XXI.

6. AEneid.

Paulinus in epist.

ibid.

QVOD apud Maronem anchora fundare naues dicitur, id ita sentendum est dici, quod stabiliat nauigia, eisque pro quodam firmamento subiecta sit, ut fundamenta esse solent, deorsum iacta. hoc dicendi genus in epistola posuit Paulinus, *Huius nauem in quodam insula loco, quem ad puluinos vocant, ne similiter illideretur, anchoris fundare conati sunt.* atque multa eiusdem generis minuta & friuola persequar. semina enim flammæ vocat Maro, scintillas, quæ excutiuntur, quæ fomentis exceptæ & cremijs flammam excitant, ut meritò eius semina dici debeant. Gregem etiam intactum

tactum appellat, quod opus non fecit, neque iugo subiectum fuit. Nam tale pecus ad rem diuinam purum esse putabatur: aliter non putabatur. Procumbunt piceæ, quod arbor illa pingui abundans resina & pice flammam facile concipit, & reliquam pyræ materiam facile succensura sit. aduolunt ornos montibus, quod propter ingentium illarum arborum magnitudinem & pondus ad pyram volentes trahere cogentur, cum ferre non possent. & alio loco, *aduoluere focius vltimos, ignique dedere.* Circuntulit autem vnda, est aqua purgavit, ut περιπαγίζεν & περιπαγῆν græcè dicitur, & περιμολῆεν, quia circumferrebantur lustramina ei qui expiatur. Sed & περισταρχος dicebatur, qui domum aut concionem urbemque lustrabat, in quo nomine inest & circuitus quædam & ambitus significatio.

*Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ,*

cum scribitur, à quibusdam explicatur aspergo, ac tum legendum videtur quibusdam, è ramo felicis oliuæ: sed sine immutatione sparsionem aquæ ramo factam intelligemus, quo ramo aspergebantur. à quibusdam rosmarinus, ut in Georgicis,

*Vix humiles apibus castas roremque ministrat.*

& quanquam ad sensum accommodatius est aquæ asperginem & rorem intelligere: tamen aspergillum partim è rore marino, partim ex oliua felici fuisse factum non incertum omnino sit existimare. aspergillum tamen potius è lauro fieri solebat, ut apud Iuuenalem,

*—lustrari, si qua darentur*

*Sulphura cum thedis, & si foret humida laurus:*

id est aqua perfusa & madens ad aspergendum & purgandum. felicem porro oliuam ad oleastri discrimen, qui infelix est dicit, ut,

*Infelix superat folijs oleaster amaris.*

ea enim infelix oliua est. aspersione autem aquæ fieri solitam illam purgationem sic docet Pollux, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν οἰκῶν τοῦ πενήτουτος ἀφικνοῦσθαι πολλαὶ ὁμοίαι ἐξίστοντες ἐκαθάριοντο, ὕδατι περιπαγῆνόμενοι. τὸ δὲ περιπαγῆν ἐν ἀγείῳ κεραμέῳ ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισθῆναι. τὸ δὲ ὄσπρακον ἐκλεῖτο ἀρδάνιον. Apud Maronem tamen non tantum aqua mundantur eluunturque, ut quidam censent, sed etiam lustramine februantur expurganturque, ut theda, ouis, sulphure, aut exuerris: cum addit, *lustrauitque viros.* sed Donatus *lustrauitque domos*, legit, & aquæ purificationem hominum & domorum fuisse dicit. Nam ante Maro de hominibus, *Idem ter socios*, scripserat: & ut, *lustrauitque viros*, retineas, nihil est necessè nouam purgationem excogitare. Cum autem ait,

*—frontique inuergit vina sacerdos,*

id ad probationem hostiæ ritu antiquæ religionis retulit, quæ auctore Plutarcho ita fiebat. ἐδὲ γε περιθούμνοι καὶ καταπέφοντες ἱερεῖα καὶ καταπέφοντες Plutarch.



ἐναντία τῷ λόγῳ τῆ τῶ πρὸς Ἱομῶν. οἱ γὰρ ἱερεῖς καὶ ὄροι θύειν φασι τὸ ἱερεῖον καὶ κλισίαν  
δειν, & reliqua. Rursus, τῶ δὲ ψυχῶ δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἀλφια, τοῖς δὲ  
καὶ πρὸς ἐρεβίνθας παρατηρήεις. τῶ δὲ αἴγα διελέγχει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. atque hunc  
locum antea nos adscripsisse recordamur. Quod autem mox sequitur,

6. AEnēid.

Et summas carpens media inter cornua setas:

5

id est quod Græci κατάρχεσθαι dicunt, quod est post immolationem & ma-  
ctationem, quæ κατάρχεσις dicitur, sacrificium incipere. mox, hoc à sacer-  
dote factò, iugulabatur hostia à victimarijs vel popis. sequitur ergo, *sup-*  
*ponunt alij cultros*, id est iugulant. hæc leuia annotavi, quæ dupondio non  
constabunt: aliquos tamen, qui etiam parabilia amant fortasse delecta-  
bunt, quibus hæc opera impenditur.

6. AEnēid.

Porro Quirites, latuias, de Sileno quiddam.

CAPVT XXII.

CVM Iacobus Cuiacius Iurifconsultorum nobilissimus mihi indica-  
set apud Turtullianum porro quirites, vocem fuisse quiritantium & auxi-  
lium populi implorantium, nouitate dictionis percussus vereri cœpi, ne  
degener aliqua vox esset ibi, *porro*, quæ in vicem interiectionis prohi men-  
daci larua eluderet: sed cum in obscœnis versibus genus idem sermonis  
repererim, atque in versibus non possit esse suspicio falsi, obsoletum &  
nostris temporibus ignotum sermonem reuocare volui. sic autem scribit

15

Tertull. in Va-  
lentinian.

Tertullianus, in Valentinianos, *ut etiam inelamauerit in eam id id, quasi por-*  
*ro quirites, aut fidem Caesaris.* auctor obscœnorum versuum,

In Priapejs.

Porro (nam quis erit modus?) quirites!

Sic ab obliuione temporis vindicatur locutio, quæ in ecclesiastico scri-  
ptore suspecta est, in obscœno certa: in quo contra consuetudinem alio-  
rum auctorum, qui larualem dicere solent, non dubitabo laruaalem scri-  
bere, non tantum flagitante, sed etiam cogente versu. non enim probare  
possum, quod alij remedium afferunt, qui in eo vocabulo v, vocalem  
reddunt, atque ita multiplicant syllabarum numerum ad explendum ver-  
sum. scribo igitur, quod & facile me puto eruditis probaturum,

25

Ibid.

Pallorem maciemque laruaalem.

Lib. 2. & li. 5.

Sic principale à Lucretio principale effertur, & cõiugale ab Ouidio con-  
iugiale. in illis autem opusculis extat vox, quæ nihilo plus hominibus no-  
stris significat, quàm verba, quibus apud Catonem luxus excantatur: sic  
autem scribitur, *Huc alibida veni*: & vidi, qui, *Huc ad liba veni*, emen-  
daret: sed cum subsequatur,

35

Virg. copā.

—fessus iam sudat asellus:

& asello vehi pando, vt poëticè loquar, soleret Silenus, eo nomine ap-  
pellari

pellari videtur: exauget suspicionem prologus, qui Plauti Bacchidibus  
prætexitur, non ille quidem à Plauto scriptus, apagesis illum à tam ele-  
gante latinoque comico: veruntamen à veteri aliquo scriptore profectus,  
non recenti memoria natus, in quo Silenus ita de se loquitur:

5

Asibidam Ionij me vocitant greges,  
Quod vecturio senex vebat asinario.

prolog. Bac-  
chid.

Vt ferè vtrobique corruptum vocabulum esse videatur, legendumque sit  
vel asinida, vel multò potius asiniga ab asino agendo. Sed nec asuecta le-  
genti deerit suffragator: quod tamen non ita vltima comperendinario-  
ne decernimus, vt à nobis prouocare non liceat. Nos enim, tantum abest,  
vt nobis hoc arrogemus, vt vel legem Valeriam de prouocatione ad po-  
pulum contra nos valere velimus. omnes igitur ista de re pro suo arbitrio  
& sensu & captu statuant sciscantque.

15

Carænum, carænarîa, parabolani.

CAPVT XXIII.

NUMERATUR in generibus vini dulcis carenum, atque ita vocatur  
cum multi vna parte decocta deperditaque relinquuntur duæ: sed voca-  
buli origo ita obscura est, vt à grammaticis nullis sit perscripta, cum ta-  
men auctores multi huius vocis meminerint, vt Palladius, & Græci rerum  
rusticarum scriptores, etiam in medicina Nicolaus Myrepsus, & Apitius  
coquus. ego autem vinum velut caricum esse ferè crediderim: etsi nihil  
præter coniecturam afferre possum. Nam siue carenum per se scribatur,  
suspicioni nostræ suffragabitur etymologia, siue per e singulare carenum  
reperitur, quo recentiores scriptores, quorum proximis seculis nomen  
vini careni natum erat, vtuntur, & melius scribi quidam censent. Cassio-  
dorus in tripartita historia, *Isauria quoque latrones maxima multitudine con-*  
*gregata usque ad Carenos & Phœniciam venientes, vrbes & vicus in medio po-*  
*sitos populati sunt.* Græcè autem scribitur μέγρη καρῶν καὶ φοινίκων γὰρ ἐν μέσῳ  
πύλῳ καὶ κόμας ἐκκαύρησαν. genus ergo tale vini, vt credibile est, primi Ca-  
res decoxere, & nomine de se affecere. Carenarîæ inde videntur apud  
Palladium appellatæ corrinæ & vasa, in quibus coquitur carenum. sic  
autem scribit, *& diligenter per carenarias diuisum quinque horarum spatio con-*  
*tinuo per inuestes pueros curabis agitare vasa ipsa concutiens.* Isidorus carenum  
à carendo deducit. Quæritur etiam lib. 1. Codicis qui sint parabolani: &  
sunt qui à βῶλος quæ gleba est deducant, vt tanquam quidam ascriptitij  
glebæ sint: quam ego interpretationem magis adeo ne prætermitterem,  
quàm quod eius vllam rationem habendam esse putarem commemorari  
ui. aliquando existimaui à parabola euangelica nomen habere, in qua qui-

Cassiodorus in  
histor. tripart.

Lib. 8. c. 7.

Isid. lib. 20.

cap. 3.

I. placet no-

stræ & l. para-

bolani c. de

episc. & cler.

dam à latronibus vulneratus à leuita neglectus, à viatore Samaritano fo-  
 uetur & curatur, præsertim cùm Honorij & Theodosij cõstitutione sex-  
 centi parabolani curandis debiliu corporibus deputentur, quasi æmuli  
 illius Samaritani: neque dum me istius coniecturæ & opinionis pœnitet.  
 possint tamen dici parabolani inclinatione Latina vocabuli Græci, homi-  
 nes qui se in periculum maximum conijciunt, vt qui ægrotos publicè in  
 Alexandrina ciuitate curabant in nosocomijs. grassante enim, vt non ra-  
 rò affolet, peste & ipsi rapiebantur, & id muneris contempta vita susce-  
 perant. Itaque à Cassiodoro scribitur historiæ tripartitæ libro xi. *Dum*  
*aliquo tempore in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare popu-*  
*lus crudeli bestia artifex parabolus pugnet:* quod Græcè scribitur à Socrate  
 κωνήγια δὲ ποτὲ ἐν τῷ ἀμφιθέατρῳ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἑπιτελέσθαι αὐτῷ, ὁ δὲ ἄνθρωπος  
 κλειβόλα δὲ ἐῖν ἕνα τῶν εὐφυῶν τῶν κλειβόλων μάχεσθαι. Nam κλειβόλος homo est au-  
 dacix proiectæ, & ad pericula adeunda præceps & temerarius.

*Cestrotæ, corybantia apud Plinium.*

CAPVT XXIIII.

DE cornibus Plinius scribit, *nunc tincta, nunc sublitera, nunc quæ cestro-*  
*ta picturæ genere dicuntur.* Hic ego existimo non magis cestrotæ à pictu-  
 ræ genere dici posse, quàm lithostrotæ: nec tamen Plinium culpæ, sed  
 libros falsi insimulare debemus: vel potius primam editionem, quæ ab  
 emendatore corrupta, reliquum gregem emendatorum, velut ostensus  
 termes oliuæ aut vitis palmes capras, ad se traxit. Nam in libris vmbra-  
 ticis nec in solem prodeuntibus reperio, cestrotæ: quæ vox vnus syllabæ  
 additamento insincerum reddidit sensum. Quod si illi librorum mali ge-  
 nij, quid cestrotum esset intellexissent, manus suas à contaminando op-  
 timo auctore continuissent. Sunt autem cestrotæ, quæ cestro, id est, veri-  
 culo per inustionem picta sunt. Plinius, *Encausto pingendi duo fuisse anti-*  
*quitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est, vericulo.* Ebur autem, vt  
 opinor, non ineptè nec inscitè in cornuum genere reponemus. Est & al-  
 ter non dissimulandus error eodem libro, vel Plinio vel editionibus ad-  
 scribendus, cùm ita de oculis scribitur. *Quin & patentibus dormiunt lepo-*  
*res, multique hominum, quod corybantian Græci dicunt.* Nunquam, quod  
 sciam, id valere corybantian apud Græcos, quod Plinius dicit, legi, apud  
 quos hoc verbum insanire & corybantas desiderare significat, quod est  
 furere, vt apud Aristophanem,

Ἄλλ' ἢ τῶν ἀφρονῶν ἐπεὶν ἢ κορυβαντιῶν.

An igitur Plinium inscitix accusabimus? minime gentium: sed emenda-  
 torum perfidiam aliud quàm repererunt edentium, cùm in autographis  
 scriba-

scribatur, quos corybantia regrediunt, id est quos corybantia in pristinum  
 habitum reuocant, & restitunt pristinx sanitati, cùm esse sani nõ videan-  
 tur, qui apertis dormiunt nec conuiuentibus oculis. nec verò quisquam  
 debet offendi hac voce regredio. Nam & vsurpata fuerat ab Ennio, &  
 Plinius antiquarum interdum auceps est vocum. Nonius Marcellus, *Re-*  
*gredere, reuocare: Ennius Achille, Quo nunc incerta re, atque inorata gradum*  
*regredere conare.* Sunt autem corybantia loca sacris & initiationibus cory-  
 bantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua psychomantia & necroman-  
 tia. Strabo, τὸ, τε κορυβαντιῶν τὸ ἐν τῇ ἀμαξίτιᾳ τῆς νῦν ἀλεξανδρείων χῳεγῆς ἐγγυῆς  
 σμινθίς. Corybātum porrò sacris multos morbis liberari diuinitus immif-  
 sis opinio erat. Itaque apud Aristoph. senex iudiciali morbo insanum in  
 modum laborans, à filio corybantum initiatur sacris. sic enim scribitur in  
 Vespis, μετὰ ταῦτ' ἐκορυβαντιῶν. Hæc cùm ita sint, in Plinio potius coryban-  
 tia, quàm corybantian, legerim. Nec me mouet editionum consensus  
 nam ab vno erroris capite deriuati sunt omnes riuus, vt multarum editio-  
 num testificatio, vnus tantum testimonij auctoritas sit. Nos tamen hæc  
 ita affirmamus, vt doctorum iudicio & censuræ libenter summittamus,  
 quibus plus deferimus multò, quàm nobis arrogare ausimus. quod si in-  
 solentia vocis regredio homines offendit, quid si quos corybantian Græci  
 dicunt, legamus, & corybantas desiderare intelligamus, à quibus ea va-  
 letudine sanentur?

*Raua frumenta, in Festo, excodicare, Icadius, rodus, catapirateria, re-*  
*gliscit.*

CAPVT XXV.

QVIDAM hac tempestate ita studiosi sunt vetustatis, vt suæ memoriæ  
 sui que propè obliuiscantur: & antiquarij illi tam perditè ruinas literarum  
 antiquarum scrutantur, vt si quid ex illis eruere possint, sibi videantur  
 triumphatores & augusti esse. Itaque rudera rimantur auctorum erorum  
 & vetustate fugientium, & putria saxa & marmora exesa peruestigant, &  
 si quid inueniunt, urbem aliquam sese bello cepisse subegisseque existi-  
 mant. eodem ferè & morbo ipse laboro, vt vineta egomet cædam mea.  
 Itaque cùm in manus sumpsissem Festum Pompeium in litera R, sic late-  
 bras eius tineosas, & lacunas inanes peruestigauit, vt penè cerebrum per-  
 diderim, vix que tandem quicquam repererim: sed quod reperi sine inui-  
 dia communicare alijs malo, quàm sinere vt se in eo, in quo à me fortasse  
 leuari poterunt, miserè conficiant. Vt igitur exclamare solent pueri se in  
 faba midam reperisse: sic in eo inueni raua frumenta esse frumenta, arida  
 & sicca. Nam cùm, vt è fragmento suspicamur, declaret raucos ab aridi-  
 tate vocis & gutturis appellatos, ab eadem ariditate nominatas subiunxe-

C 4 rat

rat spicarum aristas, & frumenta raua, nimium sicca, torrida, & arida: nisi quis stramenta legat, eodem sensu: quanquam alterum magis mihi probatur. In faba refriua, quam referuiam Plinius integro verbo vocat, sic scribitur: *quæ ad sacrificium referri solet domum ex segete auspicij causa, quasi reuocent fruges, ut domum datantes te virtico ad rem diuinam faciendam.* illud te virtico homini Latino nihilo plus significat, quàm Æthiopum stridor, aut strepitus aquæ, aut murmur apum: sed putem scribendum è tritico, hoc sensu: cum obseuerant segetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauspicatum videbatur domo eas exportasse, ut non redituras, solebant è segete aut statim sementi facta, aut postea referre auspicij causa domum pro tritico & frugibus. retulisseque fabam perinde erat ac retulisse fruges, & auspiciari earum reditum, ominarique eas domum reuersuras, non in agro semper remansuras. in verbo autem remeare videtur ex Afranio senarius afferri cum hemistichio hunc in modum,

*Venit me sine mercede prorsum Paucius*

*Remeare in ludum,*

Id eo moneo quia quibus vnus esse videtur perpetuus versus, ludum eludunt, aliudque subrogant. In repastinare sic integrabitur Afranij versus,

*Repastinare sero tu senex fugis.*

Observandum autem in Festo excodicari esse arbores & virgulta effodere, cum in auctoribus rei rusticæ sit circum codices & stipites arborum ablaqueare: *Aut silvester, inquit, excodicatur.* at ubi scribitur, *Réque apse bene meritis rem,* haud equidem dubitem emendare, *bene meritis siem,* ac ut opinor candidum emerebitur calculum ista correctio. Cum repotia explicat, locum Pacuij affert, haud sanè repotijs & conuiuio tempestiuo dignum: sed quo pro pedica ferarum, venatores: aut laqueo auium, aucupes: aut compede Grammaticorum, auctores vti possint: sic autem emendandum reor, *Ab hoc Depulsum mamma pedagogandum accipit Repotialis liber:* Ac repotialem credo vocat qui ad repotia ventitare so-  
leret, aut in repotijs liber factus esset. At in restat,

*Impetus haud longè medijs regionibus restat,*

credo non malè lectum iri. sic autem etiam scribitur ex Lucillio nænia penè magica, *Rhonde sicadionque cum dixit Lucillius, quo nomina riparum posuit, tam infestum sibi corpus & valetudinem referens, quàm leuis sed saluti nauigantium.* Ego cum Icadij latronis mentionem apud Ciceronem esse sciam, & in horum verborum latebra delitescere videam, non dubitabo legere: *Rhondon Icadionque cum dixit Lucillius, nomina piratarum posuit, tam infestum sibi corpus & valetudinem referens, quàm illi essent saluti nauigantium.* Rodus autem modo ut adiectio est, ut, *alius saxum rodum:* modo substantiuum,

tium, ut & rudus in architectura: & cum molem, glebam, massam significat: ut, *hinc rapere manibus rodus saxum grande & graue:* & apud Lucilium in bolidis descriptione, qua vadum maris tentatur.

*Hunc catapiraten puer eodem deferet vinctum,*

5 *Plumbi pauxillum rodus linique mataxam.* hic rodus est pondus, & catapirates est, quæ à Græcis *καταπιρατα* vocatur, à pertentandis vadis. regiescit à Festo exponitur crescit: sed cum glires indidem nomen habere in fragmento significare videatur, regiescit esse scribendum affirmo, pro regliescit, à gliſco.

10 *Rustaria falces, tertijs diebus, ob vagulationem, autem capere antestati, antestatus.* CAPVT XXVI.

DIU multumque quæsiui quæ sint apud Varronem falces rustariæ: & dici non potest quàm mihi molesta vox ista fuerit: modò ruscarias somniabam à rusco, modò rustarias, quasi rusticarias dici fingebam, & vanus ineptusque semper ariolus eram. Nunc ad veram tandem euasisse coniecturam videor. Cum enim apud Festum reperiam, *rustum ex rubus,* neque amplius præterea quicquam: edax enim illa temporis vetustas reliqua eo in loco consumpsit, haud dubiè rustarias falces interpretabor, quibus ruri secantur rubi, qui per agros serpunt. Cum autem à Festo explicatur res comperendinata iudicium in tertium diem constitutum, magno id adiumento est ad intelligendam & illustrandam duodecim tabul. legem, quæ his verbis est concepta, *Cui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum ob vagulationem ito.* scio equidem hæc à Iurisconsultis doctissimis huius memoriæ variè exponi, & magno studio ab illis semisepultas legum earum reliquias effodi: quosdam etiam quadam decemuirali potestate leges scribere & rogare: tentabo tamen hac in lege sensum, qui mihi probabilis videatur, explanare: neque verò debeo excludi ab hac interpretatione, quæ velint nolint tota coniecturæ est, ut sagacis sit hominis & mediocriter eruditi eam captare, non solius Iurisconsulti. Puto igitur significari si testis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinationis die, id est die tertio, ante eius ædes liberè conqueri & implorare eius testimonium, conuitiumque recusanti facere. Nam à vagio vagilo & vagulo deducitur, vnde vagulatio, quod conquerentis & plorantis est: nec assentior ijs, qui à vago deducunt, nec qui obuagulatum legunt, cum vagulationem Festus planè aperteque legat, & interpretetur, sitque ob vagulationem dictum antiquo more pro ad vagulationem. Et quoniam verba 12. tab. modis omnibus video interpolari atque mutari, nec per nostram licere eorum sepultis manibus inscitiam quiescere (nam quæ non intelligimus,

gimus, protinus ad nostrum captum scribimus atque formamus) ipse quoque pari ac reliqui in eas temeritate ac vesania grassabor: lex est apud Porphyrionem interpretem Horatij, sed ita balbutiens, ut à nemine intelligatur, & tamen loquatur quicquid cuius collibuit: *Si vis vocationi testamini igitur rem capito antestari.* Ego eius verba sic concipienda puto. *Si in ius vocat, ni it, antestatus manum iniicito, aurem antestati capito.* & , ut opinor, non longè recedunt ista à vestigijs depravationum vetustarum. Nam in illo, *mi ni igitur*, mihi latitare videtur manum iniicito cum priore auri syllaba: & nominatim diserteque monent interpretes pròdità lege actionem iniuriarum in eum fuisse, qui sine antestatione manum iniicisset. Etiam alia in lege, *Si pater filium ter venundabit, filius à patre liber esto*: non ut editur *venundavit*, legendum credo. non enim possum credere, decemviros *davit* scripsisse: & animadverti non infrequenter in futuro leges loqui solere. Aliam etiam legem aduersus nos vindicem assertoremque postulare cogamus: ea est apud Gellium, sed valdè corrupta: quam sic lego, *Qui si erit testatos libripensue fuerit, ni testimonium fateatur, improbus instabilisque esto*, alij pro fateatur, fariatur edunt, alij feriat, non malè etiam ferat legeretur: restatus autem est antestatus, quo pacto & scribenti non repugnabo: in Gellio, testator peruersissimè scribitur.

*Vindicia, iunctum tignum.*

CAPVT XXVII.

20

3. Georg.

CVI non dictus Hylas puer, & Latonia Delos? quis non sibi de vindicijs esse dicendum aliquid purat, & ex hoc tanquam mustaceo lauream petit? nos quidem semper auditores non erimus tantum, aliquando etiam reponemus, & ista de re loquemur. neque tamen ab alijs dicta repetemus omnia, hucque conijciemus: sed quod in Pompeio animadvertimus scribemus. *Vindicia*, inquit, *appellatur res eade quibus controuersia est: aut potius dicuntur vindiciae inter eos, qui contendunt*: sic ferè sensum in eo constitendum crediderim, cum mihi nescio quid tale proloqui voluisse videatur: & sententiæ nostræ exemplum Catonis conuenit, quod ipse profert, *Prætores secundum populum vindicias dicunt.* sed & vindiciæ dicebantur, quæ ex agro afferebantur in ius vindicandi causa: etiam vindiciam in singulari dicebat rem Seruius, de qua controuersia erat, ab eo quod vindicabatur. Vindiciam ferè est sententia decretoque obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias, qui rem obtinebat: sed si vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnum luebat. lex enim erat, *Si vindiciam falsam tulit, rei siue litis arbitros tres dato, eorum arbitrijs fructus duplione damnum decidito.* Significant & vindiciæ manus correptionem, *καρπιτης* à Clemente vocatur, à Charisio *καρπιτης*, quod manus

nus brachiale caperetur, qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat scribens, *Vindiciæ correptione manus in re atque loco præsentis apud prætorem fiebant.* Ex eo etiam adfertor *καρπιτης*, & ad fertio *καρπιτης* vocatur, ut in lexico Latino Græco reperi. Sunt & vindiciæ libertas Charisio auctore, qui *ἐλευθερία* explicat. Est & in Gellio lex, ante meridiem causam conscito, cum perorant ambo præsentis: hinc ego eis facillè assentior, qui *causam conijcito*, legunt: nam hoc fieri lex non vult, nisi vtraque parte præsentis. neque tantum rei causam conijciunt: sed eam quoque iudex conijcere dicitur, cum audit. conscire autem causam pro cognoscere latinè dici non posse reor, vitiososque Gellij codices arbitror. Nam in Cornificij antiquis libris conijcito indubitanter sine vlla vitij aut lituræ suspitione scribitur. *Post meridiem*, inquit, *præsentis litem addicito, si ambo præsentis*: hic lis, res est de qua controuersia est, quæ addicitor alteri, præsentis tamen aduersario. Nam eo absente non temerè statim adiudicare præsentis rem solebāt, sed comperendinabant. Itaque de Claudio ut nouum scribitur, *absentibus secundum præsentis facillè dabat.* legere tamen quidam malunt, *Litem adijcito*, ut eodem die coniectioni lis adijciatur. Quod autem additur, *Sol occasus suprema tempestas esto*, significat post occasum solis cognoscendas causas non esse nec iudicandum: sed tum iudicium esse dimittendum. Igitur occasus solis est supremum tempus diei vltimumque iudicantibus. Alia est lex de iuncto tigno xij. tab. verbo nescio quo concapu contaminata, aut, ut alij emendant, capulo capularis facta: quam ego sic scribendam puto, & fortasse turpius inquinabo foedaboque *Tignum iunctum adibus vineaque, copula ne soluito*, ut lex veter tignum vindicari & extrahi ex adibus, & vinearum maceria, aut aliquo earum compluuiio aut iugo. nunquam putavi capulos egere tignis: fauet emendationi, quod iurisconsulti tantum de tigno in vinea & adibus legem xij. tab. loquutam scribunt, nec capuli meminerunt, sed nec Festus ipse: verum quia in antiquis libris partim concapet, partim concapu reperitur, neque eorum negligenda est auctoritas, fortasse hac formula lex sit edenda, *Tignum iunctum adibus vineaque cum capite, ne soluito*: nam capite iunguntur tigna, & vineis cum alligantur innectunturque vitibus, & adificiorum parietibus cum inferuntur indunturque: vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite: nam capita vitium stirpes dici non ignorat, qui scriptores rei rusticæ legit. sed & Maro ita vsurpat,

*—supereft deducere terram, Sapius ad capita:*

atque hanc interpretationem veriore puto, posterioremque scripturam legis certiore existimo: sed omnium sincerissimam, *Tignum iunctum adibus vineaeve ne vindicato, ne soluito*. huic quidem fauet Vlpiani interpretatio,

Porphyr. in sa  
ty. 9. lib. 1.

Gell. lib. 15. ca.  
13.

Fest. Pomp. lib.  
19.

Festus ibid.  
Lib. 1. instit.  
gramm.

Lib. 1. instit.  
gramm. c. 2.  
lib. 17.

Cornificius li.  
2. ad iter.  
Gellius lib. 17.

Sueton. in  
Claud. c. 15.  
ibid. Gell.


Fest. Pomp. lib. 18.

2. Georg.

Lib. 1. ff. de ti-  
gno iuncto.



tio, qua dicit legem duodecim tabul. neque soluere permittere furtium tignum iunctum ædibus vinæve, neque vindicare. Non deerit fortasse qui, *Néue capito, néue soluto*, scribat.



ADRIANI TURNEBI AD-

VERSARIORVM LIBER

DECIMVS QVARTVS.

*Subulo, subuerbustus, subscudes, strigones, sueris, offa suera.*

CAPVT I.



BLIVIA, vt Varronis vtar voce, linguæ Romanæ mihi videor tractare, cùm Festi epitomen lego : quia tamen magno adiumento est latinè cupientibus scire: & quo quicque antiquius est fumosumque magis, vt in imaginibus nobilitatis, vehementius admiramur: operæ non parcam meæ quædam interpretari. Sucrotillam vocem tenuem & altam dicit esse: sed origo vocis ignorata enodationi notionis explanationique officit: eam sepultam conabor tanquam effodere: equidem à crotalo, aut voce Græca κρότος deductam puto, cum diminutionis formatione, vel certè vt Græca vox est fictitia, sic de sono Latina fuerit efficta. Subulo est Festo tibicen Etrusca lingua: hoc etiam vocabulum soni imitatione esse puto factum, vt sit subulo, tanquam sibilo. Subuerbusta est sub verberibus vsta, licentia & petulantia comica vocabulo è multis coagmentato: sic, *vri virgis ferroque necari*, dixit Flaccus, quanquam in eo vri per se etiam commodè intelligi, vt antè dixisse me recordor, potest: alio loco, *Ibericis peruste funibus latus*. sed & subuerbustum apud Septimum Florentem in libro de Pallio reperimus. sic enim scribit *Enimvero iam dudum censoriæ intentionis episcynio disperso, quantum denotatui passivitas offert, libertinos in equestribus, subuerbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, scurras in forensibus, paganos in militaribus*. In explicandis subscudibus, quæ sunt cuneatæ quædam tabellæ quibus immixtis tabulæ inter se coniunguntur, puto legendum, quia quo immittuntur succuditur

Sext. Pomp. li. 17.

Saty. 7. lib. 2.

Od. 4. Epod. Tertull. in lib. de pallio.

Fest. Pöp. li. 17.

auditur. Nam à succudendo, mihi nomen videntur potius habere, quam à succidendo. Etsi enim locus cui inseruntur, excauatur, succiditurque inde aliquid vt immittantur, cùm tamen id fiat cudendo scalpris malleo percussis, & immittantur ictu mallei, non video cur non debeant potius à succudendo quam succidendo deduci. Quod si Festus à succidendo scripsit, vt & fortasse fecit, næ ab eo libentissimè dissentio. sed & qui strigones dicuntur ab eo, explicanturque *densarum virium homines*, vereor ne strigones potius nominandi sint: quanquam hoc in medio relinquo nec affirmo. In strige explicanda versus adhibentur Græci valdè deprauati, quibus reconcinnandis prodesset fortasse Hesychius, nisi & ipse pari calamitate læsus esset: sed quid vetat eius audire balba verba? *στρίγλος τῶ ἐν τῶς τῆ κέρτος, νυκτιφοιτον. κελύται δὲ τῆ νυκτιοβόα: δίδετῆ νυκτικόροχα*. Hic profectò nemo dubitabit quin de nocturnis strigibus loquatur, quas & à quibusdam dicit existimari nycticoracas, id est, nocturnos coruos. Fortasse autem vt aliquid conemur, etsi non adspirabit studio forsitan fauens deus, sic versus non absurdè restituentur,

στρίγ' ἀππέρασεν νυκτιβόαι, στρίγ' εὐπίχε λαόν, ὄρνι ἀνόνημον ἐνθεῖ δ' ὠκυπόρος, ὅπι νῆας, στρίγα φθορόλαον.

vel

In eas aues credebant mulieres sagas magica cantione mutari, Ouidius, *Naniæque in volucres marsa figurat anus*.

In spectili, siue etiam sperile est, sument sueris legendum arbitror, vt apud Varronem in obsoletis scribitur exemplaribus, *perna, à pede: sueris, à nomine eius*. sed & suera pro suilla dicebatur. Varro in reconditis libris: non enim in popularibus eodem modo scribitur: *Offula, ab offa minima suera*.

Equidem scio ista visum iri multis inepta & falsa: sed si veritas antiquæ linguæ asserenda est, eam existimo integrius sinceriusque seruata in libris scriptis quam publicatis: quia qui editionibus præfuerunt, quæ vera iudicabant, aut percipiebant, euulgare maluerunt, quam quæ vel non intelligebant, vel aspernabantur, edere.

*Præsepes, falisca, frons occipitio prior, bona salute, cadere frondem, cadere saginam, defrudare segetem.*

CAPVT II.

MULTA sunt in Catone verba, quæ per diligentem grammatici operam & curam desiderant: neque is ludat operam, qui in eis explicandis studium ponat. ne longè abeas, quænam sunt apud eum scriptoré faliscæ cùm scribit? *bonas præsepeis, faliscas clarratas*. Ego præsepeis apud eum interpretor, vbi pabulum bobus ponitur quod minutum est, vt hordeum, lupinum, eruum, vitia, frons: quæ in canali obijcere solemus iumentis: faliscas

cap. 4.

D liscas

liscas interpretor, in quibus ponitur pabulum gramineum & herbaceum, ut foenum, farrago, reliqua, quod quidē præsepis genus rastellatum vulgò vocamus. Itaque apud Catonem præsepes hibernæ sunt, faliscæ æstivæ, quia legumine & fronde, quæ in canali ponēda sunt, non enim faliscis cōtinerētur clatratis, iumēta aluntur hyeme: foeno & reliquo pabulo, quod 5 in clatrīs ponitur, æstate: non me fallit tamen vtrunque genus præsepiorum nomine comprehendī posse, cūm apud alios scriptores præsepeis tantūm & præsepias reperiamus, faliscas nō reperiamus: sed & præsepes stabula significant. Faliscæ autem nomēne habeant per diminutionē à falis, an quod potius reor à Faliscis populis? nondum mihi satis liquet. Sērentia 10 Catonis est instar oraculi frōntem occipitio priorem esse: cuius sensus est præsentiam esse potioem absentia. Nam præsentia respondet frons, absentia occipitium. *Si quid, inquit, bona salute usus venerit, benignè defendet: hīc bona salute quomodo tandē accipimus? & putē verbum esse quo bonam valetudinem & salutem ominabantur, contrariaque deprecebantur: 15*

Plaut. Mercat. Sc. Hera quomē misit. Cato c. 5.

argumento est quod comicus Plautus in Mercatore scribit his verbis,

*Sua quidem salute ac familia maxima.*

Est enim bona salute, tanquam salute propitia. *Fronde, inquit, populneam, ulmeam, querneam cadito, ego cadere frondem existimo esse eam colligere, quod cūm faciebant, eam stringebant, & ferramento plerunque velut 20 deradebant ex arbore: & quia fronde saginabatur pecus, existimo comicum Plautum per translationem dixisse in Mostellaria,*

Sc. Exi è culina.

*Este, effercite vos, saginam cadite.*

C. 5.

Cæterum in eo Catonis capite, quid est *segetem ne defrudet?* defrudare veteres pro defraudare dixerunt: defrudat autem genium suum homo, & se, 25 qui sibi non indulget, & miserè vivit, & tanquam demenso suo detrahit: quod idem facit, qui segeti & agro culturam & opera iusta nō tribuit, sed vel de aratione, vel lætamine vel semente deducit: tamen in Plinij codicibus, ne quid dissimulem, segetem defrugare non defrudare legitur: quod Budæus de frugibus terram extenuantibus accipit. 30

*Chrysendeta, vespertilio, viriola, viria, admissionum liberti.*

CAPVT III.

CHRYSSENDETA vasa doctissimi viri explicant crustis aureis illigata 35

Li. 2. epig. 43. & exornata ut in Marziale,

*Immodici tibi flava regunt chrysendeta nulli,*

ego vasa gemmata esse puto, quorum gemmæ auro confertæ & contextæ tenerentur: Plutarchus in Lucullo id satis indicat, ἐδωρεῖτο χρυσένδετον σιδή- 40

Plutarch. in Lucul.

cūm

εργον των πολυτελων. Plinius hoc genus vasorum mihi innuenerere viderur cūm initio libri 33. sic scribit, *Turba gemmarum potamus & semaragdis textimus calices, ac temulentia causa tenere Indiam iuuat, & aurum iam accessio est: sed & illud Maronis,*

2. Georg.

5 *Vt gemma bibat & farrano dormiat ostro.*

ad chrysendeta referri posset, nisi veteres vasa potoria è gemmis absque auro etiam habuissent. Vespertilionem viri eruditissimi explicat apud iuriconsultos qui interdium exiliter videt, noctu acris sit acie: ego potius pu- 10 tem eum esse, qui interdium more vespertilionis latitet, noctu prodeat:

L. Qui decem ff. de solut. & liber.

quod fugitios quosdam fecisse olim non dubium est. ne enim in domum, vel in notos inciderent, interdium sese abdebant, cūm foras exirent noctu, ut vespertiones. alijs tamen in libris vespillo legitur. reperi in antiquo lexico vespillonem esse sepulchrorum violatorem, quem Græci 15 τυμβωρύχον vocat, quod intelligetur per antiphrasin, quasi non sepeliat sed

nudet, cūm vespillo funerare soleat. in Latino Græco lexico reperi vispello & vespillo: vbi etiam exponitur ille νεκροθάπτης hic νεκροφόρος. ita ille funerator est, hic cadauera portat. legunt in Plinio liberalissimis doctis 20 ornatissimis viri, *Viria celtica, viriles celtibericae*: ego viriolæ celticæ: viriæ celtibericæ, codicibus Plinianis vindico asseroque: sunt autem viriæ

C. 3. lib. 33.

armillæ virorum inquit Isidorus, quanquā muliebres etiam armillæ viriæ appellari cœperunt. Septimius Florens, *utique sicut vestigia cestuum viria* 25 *occupavit: ita & endromidis solocē aliqua multitia synthesi extrusit.* Planè in antiquo lexico viriæ, viriolæ exponuntur brachiales. Sententiam probare nullo modo meam possum, qui leui adductus coniectura libro tertio de

Isidorus li. 19. cap. 30.

natura deorum pro victoriolis aliquando viriolas legendum credidi. Nam victoriæ à simulacris manibus eorum insistentes gestari olim sole- 30 bant. Cicero in Verrem, *Insistebat in manu Cereris dextra simulachrum pulcherrimè factum victoriæ*: Eum autem Plinij locum non leuiter læsum existimo, quantum quidem è libris scriptis conijcere possum. obiurgat

Cic. lib. 3. de nat. deor.

Cic. in verr. 6.

enim tristis censor mores. Itaque per concessionem dixerat, *Habeant in lacertis iam quidem & viri*: deinde paulò post, *habeant fœmina in armil- 35 lis*: nec multò post, *& in secreto margaritarum sacculi è collo dominarum auro pendeant*: sequitur mox acerba increpatio, quæ grauius mores sauciat, *etiāme pedibus induitur?* Quod non longo subijcit interuallo Plinius, vereor ut satis emendatum sit, *fuit, inquit, & alia Claudij principis* 40 *differentia insolens his quibus admissionem liberti eius dedissent imaginem principis in annulo ex auro gerendi. nec euariant tamen scripti libri. hīc, nisi vanum augurium meum est, putem Plinium scripsisse, quibus admissionum liberti ius dedissent. libertos enim gratiosos principis intelligit, qui*

C. 3. lib. 33.

C. 3. lib. 33.

D 2 homines

homines ad eum admittebant, admissionibusque præerant. Huius me certe coniecturæ nondum nec poenitet, nec piget: quanquam sensum aliquem è superiore lectione elici posse non eo inficias, qui si cui probatur, aduersarium me pertinacem non habebit.

*Pelagus, obliquare sinus, solitaurilia, triremis, interior, ambiguum relin-  
quat, cestus, melior victima, flaua oliua, tardus fumus.*

CAPVT IIII.

*Virg. 5. AEn.* VT *pelagus tenuere rates*, inquit Maro lib. 5. *AEnid.* quod explico, ubi altum tenuere procul à littore prouectæ: id enim pelagus est: argumen-  
to sunt pisces pelagij, qui opponuntur littoralibus.

*Virg. ibid.* Olli, inquit, *cæruleus supra caput adstitit imber:*  
hîc crediderim cæruleum Græcorum more pro atro poni.

*Homerus 1. Iliad.* Ἦ δὲ κυανέησιν ἐπὶ ὀφρύσιν ἔϋσε χρονίων.  
id est cæruleis supercilijs, quod valet nigris, consensu Græcorum Gram-  
maticorum: sic, — *cærulea subuectat corpora cymba,*

*6 AEnid.* *5. AEnid.* interpretor, atra & nigra. Obliquare sinus est, velum obliquum tendere, quod fecit necessariò Palinurus, cum transuersi venti flarent: sequitur enim, *Mutati transuersa fremunt.*

*5. AEnid.* *5. AEnid.* *Hic duo rite mero libans carchesia Baccho,* 20

cum scribit Maro, inferias fundi & mitti significat, quas Græci *ῥοὰς* ap-  
pellant: fundere autem dijs manibus placamina solebant vinum meracû,  
mel, lac, aquam, sanguinem, aliaque eiusdem generis, ut è Persis Æschyli  
cognosci potest. Anguë dicit Maro exiisse è sepulchro Anchisæ, non sine  
antiquitatis significatione. Veteres ut scribit Plutarchus in Cleomene, at-  
tribuerunt & dicarunt heroibus serpentes: cuius rei etiam causam afferre  
conatur. Sacra quædam solitaurilia veteres appellabant ab immolatione  
suum, ouium, boum. hoc genus sacrificij Maronem putem significasse,  
cum scripsit, — *cædit quinas de more bidentes,*

*Ibid.* *Totque sues, totidem nigrantes terga iuuenos.* 30

Acherontem autem latinis esse non tantum inferorum flumen, sed interdum inferos etiam ipsos, quæ etiam Acherontia templa vocat Lucretius, & iam antè dixisse me cõmemini, & hîc non abs re repeto. *Manes*, enim, *Acheronte remissos*, animam Anchisæ ab inferis reuersam intelligo.

*Ibid.* — *triplici pubes quam Dardana versu* 35  
*Impellunt, terno consurgunt ordine remi,*

Cum Maro dicit, triremem describit, quam tamen nullam belli Troiani tempore fuisse ex historia notum est, cum triremes primus edificauerit auctore Thucydide Amynocles Corinthius multis postea seculis: sed poë-  
tæ

*Lib. 1.*

tæ non perinde historiarum fidem exequi solent: & apud eos crebri sunt *ἀνα-  
ρρητοί*. Cum exponeret Seruius illud Maronis,

*5. AEnid.*

— *dum proam ad saxa suburget interior,*

Id est sinisterior, locum Ciceronis in Verrem affert, quem omnia intus canere  
re dicebant, quod est sinistra carmen peragere: sed interiorum illic credi-  
derim, qui cursu breuiore ad metam tendebat, ut apud Ciceronem, *Nam*  
cursu interiore breui conuertitur orbe, cui tamen ut sinister esset eueniebat: er-  
si non ex eo interior dicitur, sed quia propinquiore spatio & breuiore ad  
scopulum, qui pro meta constitutus erat, pergebat. intus autem canit, qui  
10 sinistra carpit chordas tacita quadam musica nec foris audita, sed artificii  
tamen intellecta. Dextra enim, quæ modos facit, foris auditur, carmen-  
que non tantum artificii, sed etiam auditori canit, cum sinistra auditori car-  
men fuffuretur. ita cum sinistra intus canerent, & ad furtum vterentur, ut  
ex illo Catulli patet loco,

*In Phænom.  
Arati.*

*Epig. 12.*

15 — *manu sinistra Non bellè vteris in ioco,*  
Cicero citharœdum illum à Verre superatum artificio dicit, quod Verres  
melius intus caneret, id est furaretur. Cum scribit Maro,

*3. In Verr.  
5. AEnid.*

*Victori chlamydem auratam, quam plurima circum  
Purpura Maandro duplici melibœa cucurrit,*

20 vestem prætextam significat, eandemque Phrygiam. Nam acu pingere  
Phryges inuenere, ut Plinius refert.

*Lib. 8. c. 48.*

*Transseat*, inquit Maro, *elapsus prior, ambiguumque relinquat,*  
hîc ego ambiguum interpretor parem & ambigentem de cursus palma  
cum eo & victoria: & relinquere existimo esse præterire: qui enim quem  
25 præterit, eum post se relinquit. plus, inquit, si spatij superesset, eum præ-  
teriret, qui cum eo iuris in cursu ambigui fuit, cum simul ad metam per-  
uenerint. Cestus lora erant, quibus pugilum brachia & manus innecte-  
bantur, ut si qui hoc tempore pugillatu decertare vellent, chirothecis ma-  
nus munirent, quo & firmiorem ictum inferrent, neque manum læde-  
30 rent, & sine noxa sustinerent aduersarij petitionem. Cestus ex eo vocatus,  
quod, ut opinor, lora illa suta essent, quasi sit *κετόσι μὲν*, id est futile lorum,  
ut Græci loquuntur, vnde & nomen etiam cingulo Veneris quod futile  
sit. cestus significat Maro cum dicit,

*5. AEnid.*

*Et paribus palmas amborum innexuit armis.*

*5. AEnid.*

35 Rursus, — *Et euinctis attollat brachia palmis.*  
Iterum, — *duròque intendere brachia tergo.*  
Rursus, — *tantorum ingentia septem*

*Terga boum plumbo insuto ferròque rigebant.*

*Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,*

D 3

Id est,

- 42  
 Cic. in Catil. Id est, quod Cicero in Catilinam dicit, & ut dicitur corpore effugi, estque  
 verbum gladiatorium. Cùm prima hostia non litabatur, aut effugerat, &  
 succidaneæ hostiæ immolabantur, ad deos placandos, meliores, vt opi-  
 nor, dari dicebantur, ad quem ritum Maro respexit, cùm scripsit,  
 5. AEnceid. *Hanc tibi Erix meliorem animam pro morte Daretis* 5  
*Perfoluo.*
12. AEnceid. sic & lib. 12. *Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis.*  
 quo & prouerbiū Græcum pertinet δευτέρων ἀμεινόνων. respexit & Maro  
 ad hostias eas quæ animales dicebantur, ad consultatoriarum discrimen,  
 vt critici dicunt. 10
5. AEnceid. *Custodem ad sese comitemque impubis Iuli*  
*Epytiden vocat,*  
 Epytiden lege, vt supra Cysseus non Cisseus: huius rei Homerum aucto-  
 rem laudo, qui Iliad. p. scripsit,  
 5. AEnceid. *Κήρυκ' ἠπυτιδῆος διὰ δὲ παῖσι γέροντι.* 15  
 —flauaque caput nectentur oliua,  
 5. AEnceid. AEschyl. Per- dixit, AEschyl. epitheron secutus: nam in Persis ait,  
 5. AEnceid. *Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς ἐνώδης πάρα.*  
 vbi interpret Græcus flauam dicit oliuam vocari, quod posterior pars fo-  
 lij videatur porracei esse coloris. 20
5. AEnceid. *Nullane iam Troia dicentur mœnia? nusquam*  
*Nectoreos amnes Xanthum & Simoënta videbo?*
3. AEnceid. *Coloni & profugi solebant effingere simulachra patriæ maioris, eiufque*  
*nomine, urbem quam condere & incolere parabant, afficere: sed & am-*  
*nes eius repræsentare iisdem nominibus: vt in 3. Aeneidos,* 25  
*Procedo, & paruam Troiam, simulataque magnis*  
*Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum*  
*Agnosco, Scaæque amplector limina portæ.*  
 5. AEnceid. *—vdo sub robore viuit*  
*Stupa vomens tardum fumum, lentusque carinas* 30  
*Est vapor.*
2. Georg. *Quis est hîc obsecro tardus fumus? An amarus & acerbus? vt,*  
*—tardumque saporem Fœlicis mali.*
- Et non putem: an potius qui non celeriter emicat præsertim densior, & ex  
 materia vda, qui que diutius durat cûctaturque & diuturnior est? & verius  
 putem. sed & vapor, id est ignis lentus erat. Nam etsi naues erant vnctæ,  
 tamen vda materia nō nihil officiebat igni. Iamque vale, torquet medios, ad-  
 uentante die discedit ab Aenea Anchises. noctu enim solent dij, in quorū  
 numero manes ponuntur, inuisere terras, interdium relinquere: Papinius,  
 -huc

- huc & sub nocte silenti,  
 Dum superis terrena placent, tua turba relicto  
 Labetur caelo.  
 Deponunt animos nil magna laudis egentes. 5. AEnceid.
- 5 Sic loquitur Maro, quasi onera de nauibus deponantur, & quasi ijs naues  
 exonerentur. — & tempestatibus agnam, hoc scribit, quod, vt ait Cic. li. 5. AEnceid.  
 3. de natura Deorū, tempestatibus pop. Rom. ritibus consecratae erant, tem-  
 pestatiq; vt deæ minori, minor hostia immolabatur, vt foeminæ foemina:  
 Horatius, *Libidinosus immolabitur caper,* Od. 10. Epod.  
 10 *Atque agna tempestatibus.*
- Artopta, artopticus panis, carinarij, onagos, zamia, semizonarij, artem*  
*facere ludicram.* CAPVT V.
- VERSUS est in Aulularia Plauti, de quo inter eruditos magna concer-  
 15 tatione pugnatum fuisse scribit Plinius, an illius esset poëtae,  
 Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto: Lib. 18. c. 11.  
 Aulularia sc.  
 Dromo desqua  
 ma.
- Artopta autem vas quoddam fuisse videtur, quo panis torrebatur. tria  
 enim panis erant genera, ex coquendi ratione, furnaceus, qui in furno co-  
 quebatur: clibanites vel testuaceus, qui in testu aut clibano: artoptitius,  
 20 qui in artopta affabatur. Pollux, ἔδὲν καλούει τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ τῆς ἀρτοῦς ἐνοπτῶ-  
 σιν, ἔτω καλεῖν, ὃ νῦν ἀρτόπιον καλεῖται. Itaque artopta à clibano vel testu alia  
 erat, vt in qua tostus panis fieret. Plinius artoptam mulierem intellexisse  
 videtur panificam, vt quidam censent, in Plauto, cùm vas significet, quod  
 25 se: sic enim scribit, *Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat,* Lib. 38. c. 11.  
*sicut etiam nunc in plurimis gentium: artoptas Plautus appellat in fabula quâ Au-*  
*lulariam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poëta sit il-*  
*lius: certumque sit Atei Capitonis sententia, tostum panem lautioribus coquere soli-*  
*tos, pistoresque tantum eos, qui far pinsebant nominatos. Tostus autem panis vt*  
 30 *auguror in Plinio est artoptitius, qui lautioribus & delicatis coquebatur*  
*in artopta. Artoptitium quoque panem à testuaceo & furnaceo differre*  
*auctor est Athenæus his verbis, ὁ ἀρτοπιτικός ἄρτος καλεῖται κλιβανίτης, ὃ ἀθηναῖος li. 3.*  
*φερρακίς διαφέρει. Cæterum in eadem fabula qui sint carinarij non desinunt* sc. Narrani  
*grammatici vestigare, nec tamen feram istam in suo cubili reperire pos-* amicitis.  
 35 *sunt: ego eos esse credo, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera*  
*doricè κερὸς dicitur, quæ alijs Græcorum linguis κηρὸς vocatur: libentius*  
*autem à Doribus & AEolibus latini mutuam sumunt, quàm ab alijs Græ-*  
*cis, ad quos in mercatum non proficiscuntur Dictionarium: sic in Asi-*  
*narria ὄνηρος, ὄναρος à Plauto vocatur, Huic nomen Græcè est onagos fabula.* In Prologo.
- D 4 onagos



*Aulular. sc. præfagibat. Epidico S. A. tat tacete. Ouid. lib. 3. de arte amandi.* onagros enim maculatissimè & inquinatissimè edunt: & in hac, *ἔπιλα ζαμία*: *ibi onerat aliquam zamiam*. Plautus tamen in Epidico cerinum dicit, ut siue carinarios, siue cerinarios dicas, tantundem eloquaris, sine vlllo vocabuli dispendio. cerinus color significatur apud Ouidium hoc versu,  
*Et sua velleribus nomina cera dedit.*

*Sc. Narravi.* Ibi autem caupones non sunt qui vinum vendunt, sed nomen habent generale à copijs, ut sint mercatores & institores patagiorum, indusiorum, flammeorum, violacei panni & cerini. Itaque ista sic interpretor, ut dicantur caupones petagiarij, caupones indusiarj. Lego autem propolæ non propolæ. At verò semizonarij sunt qui zonulas minus dimidio latas, quàm iusta zona est, faciunt: ut semicinctia dicuntur. Quos autem dicit phylacistas adstare in atrijs, artifices intelligit in atrijs expectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes, qui quòd in atrijs diutius expectant & morantur, custodes & phylacistæ adpositi videntur. Lego autem, *Si vino scatit Corinthiensem fontem Pirenem potest*. Nam vulgò legitur scatet: scatit pro scateat dictum accipio. Quinetiam, *asini me mordicus scindant, boues incurserunt cornibus*, lego, non mordicibus: neque sanè morror criticorum auctoritatem, cum modulus versuum à me sit, si alia destituar aduocatione. sed &, *qui angulos hic omnes me arum adium & conclauium mihi peruiam facis*: è reconditis pluteorum libris lego potius, quàm peruios, quod concelebrant omnes editiones. ut enim obuiam aduerbium est: sic & peruiam. *Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram*: id est, protinus cœpit palpitare & micare. nam histriones gestum in scena agunt, & mouentur. *Is me, inquit, nunc renuntiare repudium iussit tibi*, hoc ex loco intelligimus cur nuntium remittere, pro repudiare Cicero in Topicis dixerit. Nam per nuntium sæpe renuntiabant repudium: vbi, ut id quoque in transitu scribam, remittere est auctore Nonio mittere: sed quo huic capiti tandem ut fabulæ plaudatur, hic finem faciat.

*Innocentes poëtæ comici, locus, & quædam in Cicerone emendata.*

## CAPVT VI.

30

*Cic. 2. de legib.* AMBIGITVR cur M. Tullius poëtâs comicos innocentes appellarit lib. 2. de leg. cum de sacris nocturnis & peruigilationibus differit. Ac mediussidius hoc verbum ut ingratum, tribu motum est à nonnullis, nocturnis succenturiantibus: ego verò putem, cum poëtâ epici plerunque narrent foedas libidines, quibus magnos deos irretitos fingunt, etiam ipsum deorum imperatorem Iouem, multa que impiè de dijs immortalibus comminiscantur, existimatos esse moribus nocere, eo que nomine à Platone è sua Repub. Homerum exterminatum, quòd moribus noceret. At verò poëtâ

poëtâ comici, qui argumenta explicant è media hominum vita sumpta, præfertimque qui veterem comediam satyræ similem exercuerunt, cum ita flagitia, dedecora, probra insectentur, ut hodie concionatores de superiore loco, aut poëtâ satyrici latini, hoc ipso plurimum prodesse moribus, & ad frugem homines officiumque reuocare existimantur. hanc ego causam existimo imprimis grauem, cur eos innocentes vocauerit. possunt tamen & è comicis, alij nocentes, alij innocentes esse. Cùm autem eodem libro scripsit, *Et quoniam & locus & sermo familiaris est legum, legis vocem proponam*, intelligit & rem & sententiam, in qua versatur, esse propriam legum, & eas familiarem quendam suumque sermonem habere ac proinde legem de religione se editurum sermone legum, qui paulò antiquior est: sic autem plerunque locus vsurpatur, ut in Verrem, *Novi locum*: & hoc libro, *Ita locus ut ipse notus sit, ex quo ducatur quæque pars iuris*. At verò in illo loco, *Detestaturque omnia eiusmodi repudianda sunt*, scitè & eleganter vir cum omni liberali eruditus doctrina, tum etiam singulari eloquentia præditus M. Antonius Muretus, *detestaturque omnia*, legendum censuit, quem & in commentario secutus meo sum: posset tamen fortasse etiam non inconcinne legi, verbis paulùm loco mutatis, *omnia eiusmodi detestanda atque repudianda sunt*. Quid quod pro, *diuinissima autem dona*, ex antiquo libro, *numinibus dignissima, vel diuis dignissima*, legendum videtur: in quo perperam scribitur diuinibus diuinissima. sic enim vitia scripturæ plerunque in propinquum deflexa & corrupta, facilè corriguntur in diuersum reflexa, sonoque vicinum verbum. fauet emendationi Plato, in quo scribitur *ἡρώτα τοῦ δὲ δόξα*. Ego verò etiam pro, *quam iusta facta & corpus casus est*, legerim cupidè & perlibenter & *corpus eius est*, id est corpus sepulchri factum est: ex eo *casus*, factum est incensum inuita Minerua, etiam pro, *credo vel propter ignis periculum*, lego *credo videlicet propter ignis periculum* in videlicet enim particulæ non rarò iura vel succedit, eiusque personam induit, & locum iuuadit.

*30 Suum sibi, ego faciam, profundum, iris, strictim tondere & per pectinem, iniicere innolucrum, ulmorum acheruns, eruncinatus, latomia lapidaria.*

## CAPVT VII.

PLAVTVS in hoc velut proscenium iterum prodit, ac nunc quidem tanquam spectator fabulæ captiuorum excepi quædam, quæ in hoc caput regessi. igitur suum sibi valet suum proprium, ut,

*Sed is quo pacto seruiat suo sibi patri.*

Iterum,

*Sed inscientes sua sibi fallacia.*

Rursum,

*Ita nunc ignorans suo sibi seruit patri.*

Igitur

*Captiuus in prologo.*

Terent. Adel- Igitur hunc suo sibi gladio iugulo, est suo proprio gladio iugulo. Est & ratio loquendi seculi prisca, ego faxim, & ego faciam, pro fiet, eueniet: vt,

*Si erit, ego faciam, vt pugnam inspectet non bonam:*

Capit. prolo-

go.

Aulularia sc.

Narraui ami-

cis.

Persa sc. Ve-

terem.

& in Aulularia,

*Ego faxim muli pretio qui superant equos*

5

*Sient viliores gallicis canterijs. & in Persa,*

*Si id fiat, nã isti faxim nusquam appareant.*

quod genus dicendi iam ante etiam attigimus. Versus autem illos, qui legem venditionum, quæ additione in diem fiunt, eleganter æmulantur, sic distinguendos collocatis personis arbitror.

10

*Æg. Age sis roga. E. Emptum nisi qui meliorem afferet,*

*Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis:*

*Quasi fundum vendens meis me addicam legibus.*

*Æg. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.*

Parasitum autem gurgitem & voraginem, profundum eleganter ad fundum alludens vocat, quasi mare quoddam sit, quo omnia sorbeantur & hauriantur. Adijcit idem Ægio, *sed si venturus, tempori: si, inquit, venturus coenatum es ad me, veni tempestiuè & maturè.* Respondet parasitus, *amulis iam otium est*, sic antiqui libri literati sunt. Iam nunc, inquit, mihi otium quidni sit, cum intelligam æmulos meos huic conuiuiali operæ libenter vacaturos? nisi si quis ita fortè accipiat, æmulis quidem & cupidis epulandi, vt mihi otium est. Vidi qui, *hem mulis*, legeret, hoc sensu, meis iam iumentis otium est, nec vlllo occupatus sum opere: qui mediufidius sensus non indignus est Plautino sale, vt parasitus de se quasi mulione loquatur. Itaque ne discedebat quidem, ac eum propè vt discedat cogit senex dicens,

*I modo, venare leporem, nunc irim tenes:*

quære, inquit, & venare tibi lautiozem coenam, nunc tenes cirin auiculam, quæ galerita dicitur: cui similis est coena mea pulpamentis leporum comparata: alij, *nunc i, rem tenes*, ex *Irim tenes*, faciunt, non improbo sensu: sed placet vt irim retineamus, vt aromaticam & condimentariam Catoni radicem intelligamus ad commendandam cibi gratiam. Nam condimentaria mea coena est, cum sit hortensis tota ex olusculis & heluellis:

unde addit, *Non meus scruposam victus commetat viam.*

parabilis, inquit, & facilis est mea coena, nec scrupea & aspera captatur via, vt coena in qua venatio est. Plautus scribit,

*Sed vtrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem?*

strictim tondere, est tondere ad cutem, quod *εν ελεω νειρευ* Græci dicunt: per pectinem, est paulò longius à cute interposito pectine tondere: sic

Græcis

Græcis duo tondendi genera sunt *εν ελεω* & *εν νειρευ*, illud strictim, hoc secus. Inijcere inuolucrum est, linteo inuoluerè, ne inquinetur vestis capillorum segmentis. Viri autem imi subselli viri sunt, qui non sedent in primis locis, sed in ima parte subsellij non prima: sic apud Ciceronem res longi subsellij dicitur, quæ multis indiget qui deliberent. possunt enim in longo subsellio multi federe. cum autem ait,

*Vae illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo,*

fatis explicat, cur vltorum Acheruntem alio in loco dixerit, quasi virgarum orcum & necem. Non est autem dissimulandum:

10 *Tum igitur ego ærumnatus deartuatus sum miser,*

legi in autographis libris,

*Tum igitur ego deruncinatus*

à runcina quæ ferræ genus est, vt censent critici, & *ρυγχάμν* græcè dicitur, verbo non inscita translatione, sed verè comica vsurpato. At verò illud,

15 *Inde porro ibis in latomias lapidarias*, sic accipito, vt nomen latomiarum ambiguum sit, cum & eo nomine carcer intelligatur, & locus vnde lapides exciduntur, quem significauit lapidarias addendo distinctionis gratia. Veteres cum vehementius & violentius vel arctius tenebantur pellebantur trudebantur exclamare solebant, hæc vis est: Plautus,

20 *Vis hæc quidem hercle est, & trahi & trudi simul.*

Suetonius in Iulio, *deinde clamantem, ista quidem vis est.*

*Catullus emendatus, tabula lucelli & dati, Mamurra, liminis tabella, pinguis Vmber, æquinoctialis furor.*

CAPVT VIII.

25 POTESTNE cuiquam esse probabile à Catullo lepidissimo & politissimo poëta speculum esse appellatione imaginosi vocatum, & tersissimum scriptorem huiusmodi nominatione vocabuli contra consuetudinem suam vsum esse? Nam si speculo eam attributionem adiungeret, certè probari posset: verum pro rei vocabulo adiectionem positam vsurpatamque esse ab eo, credibile non est. quid igitur reliquum est? nempe, quod frequentissimum in antiquis libris vt locum intactum integrumque non esse suspicemur, cum ita scribitur,

*—nec rogare Qualis sit solet hæc imaginofum.*

35 sed in vocabuli huius vicem quam vocem substituemus? non vnam sed duas, *imago nasum*. irridet enim eo epigrammate decoctoris Mamurræ amicam, quam turpiculo dicit esse naso. si igitur, inquit, hæc imago rogaret & consuleret nasum qualis esset, sibi formosa non videretur, nec milia decem posceret. sed ex eodem poëta quædam addemus ad caput pertexendum, *Vos qui milia multa basiorum*

Legistis,

Capit. sc.

aduorte ani-

mum.

sc. aduorte a-

nimum.

sc. aduorte a-

nimum.

sc. Iam ego re-

uertar.

sc. Iã ego reuertar.

sc. Mi-

ser homo.

cic. li. 3. epist.

fami. epist. vix

tandem legi.

Capit. sc. Quo

illum nunc ho-

minem.

ibid.

Capit. sc. Inij-

cite hæc.

ibid.

Cap. 28.

De Acme epig.

39.

Ad Aurelium  
epig. 16.

*Legistis, malè me marem putastis.*

suspiciabantur malè virum esse Catullum qui tantum basiarer, nec virili libidine vteretur: quasi spado aut eunuchus esset, aut obscenior libidine mollioriq̄ue captus, quam nefas nominare.

Ad Veranium  
& Fabullum  
epig. 25.

*Ecquidnam, cum inquit, in tabulis patet lucelli.*

*Expensum? ut mihi, qui meum secutus*

*Pratorem refero datum lucello:*

hanc ut opinor efficit sententiam: an non in illis tabulis & paginis, in quibus lucrum perscribitur, pro lucro patet expensum? ut & mihi accidit, qui lucello, id est paginis in quas lucellum refertur, scribo datum & expensum. existimo enim antiquis tabulas quasdam accepti fuisse vel lucri, & quasdam expensi vel dati, ad quas respexit. præfandum hoc quod sequitur,

In Iulium Cæsarem  
epi. 27.

*Vt ista vestra diffututa mentula:*

honoris igitur: sed nomine illius partis, quæ non potest honestè appellari, libidinosissimum & nequissimum Mamurræ intellexit: de quo etiã crediderim illud accipiendum, *mentula mæchatur: Et, mentula habet instar,* dubium enim non est quin figurato nomine quempiam perstringat. is autem qui sit in hoc in Cæsarem epigrammate declarat, cum per probum eodem nomine designet. Lydiæ autem lacus vndæ in epigrammate in Sirmionem idcirco dicuntur, quod aliquando ea loca Etrusci ditone tenuerint, qui latissimè imperarunt in Italia ante Romanorum imperium & occupatam à Gallis Galliam cisalpinam, ut è Liuvio notum est. At verò liminis tabella fores significat, quæ tabulis & asseribus factæ erant: sic

Epig. 29.

Lib. 21.  
In Ipsichillam  
epig. 30.  
In Egnatium  
epig. 37.

*συνιδας πικρας ἀεγυρας* non rarò dicit Homerus. *Aut parcus Vmber* malè scribi videretur. Petrus quidem Daniel iuuenis literarum amantissimus sese in antiquissimo reperisse lexico ait, locum ita prolatum, *aut pinguis Vmber.* Persius quoque *defensis pinguis Vmbris* dixit. eodem modo obesus Etruscus dicitur, ut & à Marone,

Saty. 3.  
2. Georg.

*Instauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.*

seculari carm.  
epig. 32.

*Dianæ sumus in fide Puella & pueri integri:* Seculare carmen alternis canebatur à pueris, puellis patrimis & matrimis. In Dianæ se fide dicunt & tutela, quod ope eius quæ Lucina vocatur, vitam hauserint: & Artemis dicitur quod sanos reddat: puellæ etiam ritu Atheniensium initiabantur Dianæ & ἀπειεύ dicebantur.

In annales  
lusa epig. 34.  
Ad seipsum de  
aduentu Veris  
epig. 43.

*Infelicibus ustulanda lignis,*

Non abs re dictum est. Nam prodigia & portenta, quæque aduersabantur, lignis infelicibus cremare solebant, ut à Macrobio relatum est. Cæli autem furor æquinoctialis ex eo dicitur, quod æquinoctij sydere, ut à Theophrasto & Aristotele scriptum est, maximæ & fœdissimæ plerunque

que tempestates concitantur. non enim putem æquinoctialem Zephyrum dici, quod tamen nonnulli mutata distinctione coacto sensu peruincere conantur. Ego verò in Catullo etiam *plumipedes volatilesque*, quam plumipedas legerim libentius.

In Camerium  
epig. 51.

*Iberici funes, prima sedilia, silentium regere, subitrane canes, marsæ voces.*

CAPVT IX.

*LVPIS, inquit Flaccus, & agnis quanta sortitò obtigit,*

*Tecum mihi discordia est:*

10 Illud sortitò ex eo dictum est, quod res maximas solebant veteres fortitermittere, ut fortiri solebant tribus, fortiri prouincias. velut igitur naturæ sorte, & ut melius quod volo intelligatur, fortitione quadam mutas gerant inimicitias lupi & agni, quasiq̄ue eas fortiti sint, *sortitò*, Horatius dixit. Ibericos autem funes pro sparteis in eo admiramur, cum ait,

15 *Ibericis peruste funibus latus:*

at, ut Fabius ait, ineptus & ridiculus ille orator fuit, qui pro sparto herbas Ibericas dixit, quod tamen Horatij imitatione fortasse dicebat. adeo aliud orationi, aliud poëmati decorum est.

*Sedilibusque magnus in primis eques.*

20 Equites maioris dignitatis, ut qui tribuni militum erant, aut tribunitij, aut maioris census, sedebant in primis subsellijs quatuordecim ordinum, sed & ditiores propius spectabant, quam pauperes è plebis cuneis: hinc illud ab Horatio scriptum esse puto,

*Vt propius spectes lachrymosa poemata Puppi:*

25 Propius enim spectat qui in sedilibus primis sedet: etsi de equestri censu accipi potest, quem adepti, cum in quatuordecim sederent, propius quam reliqua plebs, spectabant. At in proxima oda,

*Canidia breuibus implicata viperis Crines,*

Non tam mulier esse dicitur & fingitur, quam Acherontis furia.

30 *—spargens Auernales aquas,*

dixit, quod in veneficijs & magicis sacris simulatos latices Auerni spargere solent, ut apud Maronem,

*Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.*

35 Spargitur igitur aqua, ut in sacris, & species magicis accommodatæ veneficijs, & infœlices arbores inferisque dicatæ, ut cupressi, caprifici sepulchrales, oua rubetarum sanguine imbuta, plumæ strigis, herbæ venenatæ Thessaliæ & Iberiæ, ossa erepta ieiuno cani adolentur quodam sacro. At verò, *In memori spectaculo, cum prominere ore, est mori in spectaculo* ore prominente. Iam *Interminato cum semel fixæ cibo,*

E In tabuis-

*Intabuissent popula:*

valet, cum desiderio cibi immortuus esset, & contabuisset, eius oculis in cibo ante negato, coram tamen posito semper defixis, fame appetitum prouocante & cibo excitante. sic autem cibi desiderio immoriens enecatur puer, ut in eius iecore & medulla maior sit vis amatorij & philti ex desiderio cibi. Cæterum, *Diana quæ silentium regis*, ex ritu sacrorum dictum, in quibus imperabatur à præcone, ut qui aderant linguam pascerent, id est tacerent & linguis fauerent, spectatricem igitur & arbitram magici sacri lunam, cui & silentium tribuitur, ut à Marone,

—*per amica silentia lunæ,* 10

regere dicit in nocturnis & magicis sacris silentium.

*Latrent, inquit, suburranae canes,*

Hic significat Varum circum cellas meretricum & fornices scortari. Nam in Suburra meretrices erant. Persius,

—*totaque impune Suburra,* 15

*Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo,*

—*nec vocata mens tua Marsis redibit vocibus:*

Hanc meo iudicio continet sententiam: non te Marsa nænia nec cantione ad me reuocabo, nec mens tua mihi restituetur magico carmine: sed maius quiddam parabo, & ex humanis extis amatorio temperato non usitata potione te insanum amore mei reddam.

*Stoici libelli iacent inter sericos puluillos, humanam vicem apud Flaccum, exquilinae alites, & quædam alia.* CAPVT X.

QUÆDAM sunt, quæ quamuis obscœna flagitiosaque sint, tamen ut intelligantur sunt declaranda, in his præsertim auctoribus quos sæpe tractamus: ut apud Flaccum,

*Quid quod libelli Stoici inter sericos*

*lacere puluillos amant?* 30

*Illiterati num minus nerui rigent?*

Interpretum sententia in medio est, & multo melior illa quidē quam nostra attamen quia nescio quid aliud hic mihi placet, me deridendum propinare non verebor. Puto igitur sententiam esse, alium tibi quære amatorem, alium subactorem & admiffariū, me tam docto & erudito potiri non potes, Epicureo præsertim & delicato. Nam & Stoicorum libri, quorum philosophorū sententia seuerissima & durissima est, tamē inter delicias sericorū puluinorū collocari desiderant: ut inde cōiecturā de voluptuarijs epicureis facias, & alijs doctis hominib⁹, quā fastidiosi sint amatores. Quare alium

alium tibi amatorem vide, eumque illiteratum: nisi fortè existimas non factis valentes ad res venereas esse indoctos homines. At superiore quadam

Oda, *Venena magnum fas nefasque non valent*

*Conuertere humanam vicem:*

5. sic interpretor: In veneficijs est quidem magna vis, sed tantum profectò non possunt illa pro hominibus efficere, ut natura æqui & iniqui, ut fas & nefas, ut ius & iniuria mutantur. hoc hominum causa non possunt præstare. Atque id est humanam vicem: ut in epistolis Ciceronis, *Nostram vicem vltus est ipse sese.* id est, quod facere debuimus, id pro nobis nostraque vice fecit. nam debuimus eum vlcisci, qui sese vltus vltro est. At, & exquilinae alites, cum ait, eas dicit inséputas proiectum iri extra aggerem in exquilinis puticulis, feris & alitibus laniandas. erat autem antiquis acerbissimum & ignominiosissimum honore sepulturæ carere obijci que feris & alitibus, aut in Tiberim trahi, aut in gemonias scalas.

15 *Ad hunc frementes verterunt bis mille equos,*

*Galli canentes Casarem,*

cum ait, aut verterunt, media breui pronuntiandum, ut versus non claudicet, aut verterint legendum: Seruius autem lib. 6. Æneid. scribit duo millia equitum ab Antonio trāsisse ad Augustum, per quos victoriā adeptus sit.

20 —*cui super Carthaginem*

*Virtus sepulchrum condidit*

Est, cuius sepulchro euerse Carthaginis titulus subscriptus est. Nam rerum gestarum memoria sepulchrorum elogijs inscribatur. Silius,

*Hæc Decios stygias Erebi detrusit ad undas,*

25 *Dum cineri titulum, memorandaque nomina bustis*

*Præterdit.*

Et Iuuenalis, —*titulo res digna sepulchri.*

*Hæsta velitaris, destinare, damiurgi, scutale, bendidia, diuortia aquarum,*

30 *mulsum in triumpho.* CAPVT XI.

QUÆ inter legendum 38. Liuij librum strictim attigeram & enotaui. ea huic etiam schedæ appingam: *Vrbem*, inquit, *ne quam formulæ sui iuris facerent:* ut formula in iure prætorio & ciuili dicitur, cum certa quadam actione & forma, & verborum certa conceptione aliquid cōprehenditur: ita in ciuitatum imperio & fœderibus iurisdictioneque & ditione formulam inde traductā posuit sanè quàm eleganter, cum etiam ista certa cautione & lege certoque iure non minus quàm priuata constent. Ad Argos, inquit Liuius, *amphilochum:* putem ad Argos *amphilochium* aucto-



Ibid. rem scripsisse, sed huc mendum inuasisse: vt & frangi Gallorum opus, non multo post adulteratum crediderim pro opes. Ingentem vim pilorum, velitarium hastarum. Quæ sunt velitares hastæ? erant iaculatoriæ, id est quibus

Ouid. in Ibin. eminus iaculabantur: proinde alijs leuiiores: de his Ouidius ita scribit,

Vique petit primo plenum flauentis arena

Nondum calfacti velitis hasta solum:

Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto.

Polybius. Hastam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare: quod enim de velitibus hunc in modum scribit Liuius, gladijs à velitibus trucidabantur. hic miles tripedalem parmam habet, & in dextra hastas quibus eminus utitur, gladio hispaniensi est cinctus. Polybius ita Græcè scribit, & τοῖς μὲν νεωτάτοις πα-

ρήγειλαν μάχαιραν φορεῖν & γρόσφος & πάρμιον. ἡ δὲ πάρμιον & δὴ ἀμυν ἔχει τῆς κα- ταχρυσῆς, & μέγιστος ἀριουῦ πρὸς ἀσφάλειαν. ἀεὶ φερὴς γὰρ ἔσται τῶ στήματι, τριπέδον ἔχει τῶ ἀσπίδος. mox subiicit, τὸ δὲ τῶ γρόσφων βέλους ἔχει τῶ μὲν μήκει τὸ ξύλον

ὡς ἐπίπαι δὲ πηχυ, τῶ δὲ πᾶσι δακτυλίου τὸ δὲ κέντρον ἀσπίδα μῆκος, & τὸ σῆμα ἐπὶ λεπίδων ἐξ ἑλληνικῶν & ἑσπερίων, ὡς & ἀνάγκη εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπισσον & μὴ δὴ ἀσπίδα τῆς πολέμιας ἀπιβάλλειν. Ita Polybio hasta velitaris hastili est longitudine duum cubitorum, crassitudine digitali, ferro dodranti,

ita in tenuitate & gracilitate ducto & spiculato, vt primo statim iactu necessariò inflectatur. à velitari autem & manipulari hasta differabat amētata, quæ grauior erat & maior, & vt maiore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui dignitus inferebatur ad conatum iactus adiuuandū. D. Ambrosius, Intorquenda est amētata illa, non manipularis sentētia. Hoc plura, inquit, velut destinatū petentibus, vulnera accipiebāt: destinatū hīc videtur esse scopus, & destinare scopū designare est, quē petas: Liuius, Non capita solum hostiū vulnerabant, sed quem locū destinassent oris. Est & de-

Liuius lib. 38. stinare quod petis attingere & prendere: Cæsar, Nam laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormenta retrorsus reducebant. Est & mittere, vt

Ibid. Non capita solum hostiū vulnerabant, sed quem locū destinassent oris. Est & de-

caes. lib. 7. bell. Gall. stinare quod petis attingere & prendere: Cæsar, Nam laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormenta retrorsus reducebant. Est & mittere, vt

Veget. lib. 4. c. 18. tormēto aliquo aut arcu: Vegetius, Ad maiores ballistas, malleolos vel falari-

Liuius lib. 38. cas cum incendio destinant. Et sub aduentū, inquit, consulis Damiurgis ciuitatū, qui summus est magistratus. apud Doriēses, inquit Hesychnius, qui publica ne-

gotia resque ciuitatis administrat, Demiurgi vocātur, qui similes sunt ijs, qui ab Atheniēsis Demarcbi vocantur, id est tribuni. Peloponnesij autem doricī sunt generis, quo factum est vt Damiurgi doricè Liuius diceret. Ἐπιδημιουργός appellat Thucydides li. 1. τῆς ἐπιδημιουργίας ἐκπέμπειν. Vbi

Thucydides lib. 1. annotant ἐπι redundare, & demiurgos esse phylarchos. sed verius puto, quod & Liuius & Hesychnius scripsere. Opifices autē ab interprete explicari equidem plerunque miratus sum. Ait Liuius, sed triplex scutale crebris

lib. 38. srueris duratum: scutale hīc existimo corium esse, cuius loris habena con-

futis

futis facta erat, sic appellatum, quod ex eo genere corij scuta conficerentur. Nam, vt apud Polybium est, exterior scuti facies corio vitulino obducta erat. inquit Liuius, Consulatum Idibus Martijs cum inissent, de Rep. deque prouincijs & exercitibus senatum consuluerunt. Arbitror de Rep. re-

5 ferre, esse senatum consulere quemadmodum Respub. in annum administranda sit, qui in prouincias mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conscribendi, qui dimittendi, quid domi militiaeque agendum, quæ videretur relatio frequens fuisse anni principio cōsulibus magistratum incuntibus: Cæsar, referunt consules de Rep. Liuius, itaque consulibus nouis, quo die de prouincijs & de Rep. retulerunt, senatus utique prouinciam Ligures decreuit. Romanorum, inquit, primum agmen extra saltum circa templum Bendidium. Bendis, vt scribit Hesychnius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & bendidia eius feriæ Athenis vocabantur: nam eius sacra è Thracia adscita Athenienses receperant, illisque ferijs differuit in Pireæo de optimo Reip.

10 statu Socrates, vt à Platone refertur. Et cætera, inquit Liuius, spolia eius urbis ante currum laturus? & fixurus in postibus suis? solebant enim postes Romani spolijs hostium ornare: Polybius, ἐν τῶν οὐκίαις & τῶν ἐπιφανέτων τόπους πρῶσι τῶ σκύλα.

15 Maro, Barbarico postes auro spoliisque superbi.

20 Iterum, Multaque præterea sacris in postibus arma, Captiui pendunt currus, curuæque secures, Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra, Spiculaque, clypeique, ereptaque rostra carinis.

Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere, vt Plinius literis mandat. Et prope ipsis, inquit, iugis ad diuortia aquarum castra posuisse: diuortia aquarum iuga sunt, vnde in diuersa aquæ & cœlestes & perennes diuertunt: Lucanus,

Fontibus hic vastis immensos concipit amnes, Fluminæque in gemini spargit diuortia Ponti.

30 inquit Liuius, & ad portam Capenam mulsam profecutis funus dedisse. veteres Romani mulsam in delicijs habebant, & in triumpho milites ab imperatore eo donabantur. Plautus, Sed spectatores vos nunc ne miremini Quod non triumpho, peruolgatum est, nihil moror: Veruntamen accipientur mulso milites.

35 Ita eo exemplo & more tum Liuius significat Culleonem in Africani funere renouata memoria triumphī eius pileatū dedisse mulsam, aut triumphī imitatum liberalitatem & imaginem hoc fecisse.

Aues pascunt, andruare, acus, aurum unde, arbitrium, arbitrarium, aquarij, atta, ambrices, & quedam alia in Festo.

CAPVT XII.

M I H I librum primum Festi percurrenti quedam in mentem venere ex alijs auctoribus & e Festo occurrere, quae commentationi huic infererem. statim initio scribit, augustum locum ab auum gustatu esse dictum quibusdam videri, quia aues pastae id ratum fecerint. id arbitror de tripudio solistimo intelligi, cum pullarius auibus offam dabat. Nam si pascerentur, bonum augurium erat, si non pasceretur, malum. Claudius pulcher, inquit Suetonius, apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, ut biberent quando esse nollent, praelium nauale iniit superatusque est. & Aconius scribit dici solitum magistratum ineuntibus, aues pascunt. Cicero de diuinatione, dicit si pascantur. Affecta, inquit, foemina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta: haec mihi scribere videtur ad illum Plauti respiciens locum, qui in Rudente extat,

Accipiam hospitio si mox venies vespere

Item ut affectam. Ambactus, ut ait, lingua gallica dicitur actus: & ambactus seruus mercenarius, ut circumactus dicitur. Hanc vocem vsurpauit

Cæsar commentario sexto, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet.

Ambacti autem erant apud Gallos qui se nobilibus in seruitutem dicarant, quod circum illos acti essent. In lexico Latino Græco, cuius mihi copiam optimus & eruditiss. iuuenis Petrus Daniel fecit, ambactus sic explicatur, ambactus δελος μισθωτός, ὡς ἔνιος. ita ab Ennio hoc vocabulum Cæsar

mutuò sumpsit. Annus, inquit, ex græco venit quem illi ἔνιον dicunt, & quod nos triennium, illi dicunt τριένιον. Hæc sic in Festi codice restituenda censeo, ut & agrum ex græco ἀγρον appellatur. Aurum inquit, dictum est quia precipue custoditur. græcè enim ὠρεῖν custodire dicitur. Hanc lectionem videor iure affirmare posse, cum accommodatissima sit, non quæ obtinuit. Iterum an-

druare est recurrere: à verbo græco ἀδραμεῖν venit. id autem erit ἀναδραμεῖν. cum acus originem peruestigat, & e Græco ducit, lego, totum autem ex Græco sermone trahitur, quod sarcire apud illos ἀκείρασθαι dicitur. sic apud eum lego, angulus à Græco ἀγκύλον venit, sine ab eo quod est ἔγκυς. non assentitur

Festus Tullio, nec Varroni, qui inter ædituum & æditimum nihil interesse censent: sed & M. Tullius in æditimo timum productionem vocabuli censet: pro intimo Festus accipit, cuius hæc sunt verba. Ædituus sacrae ædis tutor, id est curam agens: æditimus ædis intimus: quanquam non satis apparet an significatione distinguat, quæ notatione diuidit. lego etiam hunc

in

In Tib. Cæs. c. 2. In 2. contra Verr. Lib. 1. de diuinatione. Fest. lib. 1. Sc. Quis est qui am proteruè.

Festus lib. 1.

Cæs. lib. 6. belli Gall.

Festus lib. 1.

ibid.

cic. in Topic. Varro lib. 6. de ling. Lat. Fest. lib. 1.

in modum illud, attaus quia atta est aui, id est pater, ut pueri vsurpare solent. Nam quod tata scribunt, id verò tale est, ut ex eo tatauus non ataius formari debeat. cum autem atta auum significet, ut Festus in verbo artin explicat hæc enim vocem esse iunioris ad seniore honoris causa tanquam

ad auum refert, tamen pueri attam pro patre dicere solebant. Putant iurif-  
consulti nullum esse verbum latinum quo sententia arbitri vocetur. Itaque ipsi verbum cuderunt laudum, ut verè dicam illaudatum. Ego arbitrium posse dici arbitror: quo auctore? nempe Festo, cuius hæc verba sunt, Ar-

bitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur: Arbitrarium autè cum adhuc res apud arbitrium geritur. proinde incerta est & dubia controuersique iuris, & in voluntate potestateque & arbitrio alterius: quo factum est, ut Plautus certum arbitrario opponeret, quod inuito aliquo & ingratijs fu-

turum esset. Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium. Lego in Festo, ambrices regulas esse non tegulas, id quod sensus ipse de-

clarat, sed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur lambrices vocat, quod cum sit ædes lambricari pro ambricari dicit. Aquarij sunt, inquit, impudicarum mulierum sordidi affectæ. Hinc puto hanc significationem manasse, quod aquarij dicebantur qui aquam in ædes portabant, qua plurima egent ad balneum seque eluendas mulieres: apud Plautum meretricula dicit,

Aggerundaque aqua sunt viri duo defessi.

hac occasione amorum internuntijs solebant eis vti: hinc Iuuenalis,

—veniet conductus aquarius:

Septimius Florens, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarij, venarij, magi. Aquarioli autem per diminutionem ad contemptum ut in vilissimis & omnium vilissimi ipsi dicuntur. Lampridius in Commodo, Aquam gessit, ut lenonum ministerijs probrosus natum magis, quam ei loco crederes, ad quem fortuna peruexit. Nos addito m, macarios appellamus: reperi

& in lexico Latino Græco aquarium ὑδροφόρον esse, & aquariolum βαλαρέα: sed & baccarionem πορνοδιάκιον.

Præfatus diuos apud Maronem, territare, alterna fortuna, Camilla, & quedam alia in Marone explicata.

CAPVT XIII.

M A R O libenter poëmati suo Romanos mores interferit, & eis opus distinguit suum & ornat: ac, ut mihi videtur, decus opimorum spoliolorum Æneæ tribuit II. lib. cæso Mezentio, quæ & Marti Gradiuo dicari facit in trophæo: sic enim canit,

Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum Bellipotens,

Ibid. Amphitr. sc. 1. Festus lib. 1. Pœnulo sc. Negotij sibi qui volet. Saty. 6. Tertull. Lampridius in Commodo.

Harum rerum obseruatio & ingeniosum ostendit poetam, & poema eruditione commendat: sic cum ait,

ibid.

*Præfatus diuos, folio rex insit ab alto,*

Morem antiquorum expressit, qui ante quam verba in senatu vel concione facerent, deos precari solebant, ut & qui apud Christianos religiosissimi sunt, facere hodieque solent. Nec hoc de antiquis illis exordiis interpretandum cenfeo, quibus orationes auspicari solebant veteres oratores: *Deos immortales indices precor, deasque omnes,* Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in senatu loquerentur, solebant. Id ex

Lib. 4. ad Herenn. c. 17.

ea concione intelligi potest, in qua Gracchus occisus est, de qua sic Cornificius scribit, *Cum Gracchus deos inciperet precari: cursum isti impetum faciunt,* id est, cum antequam populum alloqueretur & concionaretur, deos

Lib. 11. AEN.

precaretur. at eo lib. — *Et cælum territat armis,*

desiderandi sensu & significatione audio, ut sit, cælum deosque terrere velle videtur. Fortuna verò alterna est, quæ alternis his & illis fauet, quæ varia & incerta est, ut ἀμοιβῆσαιμος ab Homero Mars dicitur, quod vocabulum propè est, ut putetur exprimere Maro voluisse. inquit Maro,

ibid.

— *matriſque vocauit*

*Nomine Casmillæ mutata parte Camillam.*

Lib. 3. Saturn. cap. 8.

Scio quàm eruditè de Camillæ nomine arguetur Macrobius, & quàm è recondito originem eius repetat: sed mihi versus Maronis consideranti longè alia sententia animo surgit & incessit. mihi enim videtur Maro inuenere Camillam à Casmilla deduci detracta litera: quod cum ita sit, Camillam ut Camœnam esse existimabo, ut Casmillam Casmenam. Nam quæ à Latinis postea Camœnæ vocatæ sunt, ante à cæcis priscisque Latinis Casmenæ, ut Varro scribit, dicebantur. Musarum autem & Camœnarum, virgini quamuis bellatrici non erat indecorum gerere nomen. Cum autem ait,

Lib. 6. de ling. Latin.

— *hastâsque reductis*

Lib. 11. AEN.

*Protendant longè dextris*

Habitu hominis in procinctu hastam tenentis, & manu retrorsum ducta eam librantis parantisque mittere sub oculos subiecit: & cum inquit,

ibid.

— *cælumque obtexitur umbra,*

Cic. 1. Tusce.

Lib. 11. AEN.

Perfes hostis in colloquio diceret, solem præ multitudine sagittarum non videbitis: *In umbra,* inquit, *igitur pugnabimus.* At verò Tyrrhenus & Aconteus aduersis vulneribus se confodiunt & interimunt, ut Arruns & Brutus in historia Romana. Nam eosdem gaudet operi suo casus intexere. Herminius etiam apud eum nudus pugnat, ut Gallos olim solitos esse pugnare à Polybio scriptum recordor. ita velut pictura est eius poësis. & fugiēs

Camilla

Camilla Parthorum more inuersum arcu conuerso sagittas mittit. Cæ. <sup>ibid.</sup> rerum qui Eumenius in omnibus appellatur editionibus, eum Euneum Seruius & Donatus appellant. Hæc inter legendum nobis occurrerunt, quæ & huic paginæ pro deposito commendauimus, quod nobis aliisque seruaret.

*Animi agnitio, temeritate fortius, apud Ciceronem.*

CAPVT XIII.

QUESTIONEM de natura Deorum Cicero pulcherrimam ad animi <sup>Lib. 1. de nat. deor.</sup> agnitionem esse statim eius disputationis initio prædicat: sed cur id dicat parum attendere plerique videntur. & sunt qui agnitionem, cognitionem accipiant. Quid enim est cognitu pulchius, quàm quid deus sit tenere & nosse. hoc alijs displicere animaduerto, ut M. Antonio Mureto, quem ut eius elegancia & doctrina meretur honoris hæc causa appello, atque is sanè quàm eleganter agitationem animi legit. Ego ne, ut ita dicam, asymbolus sim, & ipse aliquid commiscar, cui pro suo merito pretium erit. Quid enim si Cicero intelligit nostros animos Deorum teneri cognitione, ut & Stoicis videbantur? ut, si eorum stirps & origo diuina sit, disputatione de natura Deorum præclara omnino sit ad cognoscendam animi naturam & præstantiam. Nam & lib. 1. de legibus ita loquitur, *Ex quo illud <sup>Cic. lib. 1. de legib.</sup> efficitur, ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit quasi recordetur & agnoscat.* Legi tamen in veteri libro ad animi cognitionem, & vehementer probaui. Sed quid est quod ait *causam, id est principium philosophiæ esse scientiam?* <sup>Lib. 1. de nat. deor.</sup> Conueni aliquando qui hinc abesse nescio quid putaret, & aliquid suppleret, in contrariumque sensum conuerteret, & inscientiam inscientissimè legeret. Ego scientiam defendo, & existimo significari veram philosophiam non in hominum philosophorum discrepantibus opinionibus positam & constitutam esse, sed in scientiâ certaque cognitione, & sine ea esse non posse. Nam tanta inter eos varietas & dissensio est, ut appareat sine certa quadam scientia philosophiam extare non posse, nec philosophos eam esse artem consecutos, cuius nomine vocantur. Itaque cum à scientia absint, ad quam etiam perueniri Academici non posse dicunt, & cum in tanta dissensione constituti sint, ut quidam ineptissimas sententias de Dijs immortalibus ferant, tanta varietas magnum argumentum habet sine scientia veri que cognitione & comprehensione philosophiam esse non posse, & eos à philosophia, qui opinionibus nitantur, plurimum distare. Merito igitur cum esse sine scientia philosophia non possit, & ad scientiam non possit perueniri, Academici ab assensione se sustinent & cohibent: vel potius dicit omnes ad scientiam peruenire conari, & ad eam omni

omni studio eniti, sed cum diuersa sentiant, merito Academicos sententiam sustinere suam, ne temere assentiantur. Nam temerarium esset in cognito falso assentiri. Ait autem Cicero, Quid enim est temeritate fortius? Hic fortius puto esse inconsideratius & vehementius & impotentius, quodque magis impetu caeco fortuito turbidoque rapiatur, sic fors fortuna dicitur, quae magnam vim imperiumque habet, & temeraria est: & a Cicerone scribitur, semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore, quod esset eius vehementissimus & acerrimus impetus.

Lib. 1. de nat. deor.

Tuscul. 4.

Excessere omnes adytis, peplum ferebant, amplecti simulachra, Iupirer herceus.

10

OMNES ferè sciunt quid ad illum Maronis locum,

Excessere omnes adytis, arisque relictis,

Dij quibus imperium hoc steterat:

2. Aeneid.

de deorum euocatione, quae solemniter carmine fiebat Romano more Macrobius scribat: sed cum ad eam fortasse non respexerit Maro, quibus improbum censeat, si quis quid post veteres auctores conetur afferre, quod nihilo deterius poetarum sensum explicet. Reperio in Graecorum commentarijs, proditum a poetis antiquis esse cum Troia excidio propinqua esset, visos esse deos a suis templis sua exportare simulachra. Aeschylus interpres, εἰρηται δὲ καὶ ἐν ἑοικημένοις σοφοκλέεσσιν, ὡς οἱ θεοὶ παρὰ τὴν ἰλίαν φέρουσιν ὅτι τῶμων τὰ ἑαυτῶν ἕοικα, εἰδότες ὅτι ἀλίσκεται. Auctorem igitur interpres ille eius rei laudat Sophoclem, qui in fabula simulachriferis, deos induxit suis humeris sua gerentes simulachra. Sed & Aeschylus aperte planeque dicit vrbes, quae capiuntur, a suis hominum opinione dijs deserui: ἀλλ' ἔνθεός τις τῶν ἀλέσσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος. haec cum scripssissem, animaduerti Muretum eadem scribere in lectionibus varijs, & gauisus sum, in eadem sententia illum esse. itaque quod iam ab eo dictum erat, ex hac pagina nolui deleere, ratus non mihi fore indecorum, in his non esse me hallucinatum, quae tam ingeniosus vir vidisset. Nam si quis me haec furatum calumniabitur, conscientia fretus, talem suspicionem facile contemnam. Ex eiusdem poetarum interprete & illud Maronis declarare nitentur, non satis ab explicatoribus Latinis enarratum,

Lib. 3. c. 9.

Aeschylus interpres.

Sophocles Simulachrifer.

Crinibus Iliades passis peplumque ferebant.

quod idem & ab Homero scribitur. magnis autem in periculis deos precantes & obsecrantes, eorumque fidem & opem implorantes, etiam vestibus ornabant, illo cultu fauorem numinis emere se credentes: interpretis verba sunt, παρεπίθεσαν γὰρ καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυσον καὶ πέπλους τὰ ἀγάλματα.

Aeschylus interpres.

Aeschylus, πέπλων καὶ σφαιρέων πτότ', εἰ μὴ κινῶ, ἀμφὶ λιπῶν ἕξομθρ. Peplum igitur

tur

tur Troiana mulieres ferunt, ut ea veste Mineruae simulachrum induant, & deam propitiam habeant. Solebant & in magno discrimine & metu desperationeque salutis amplecti deorum simulachra, ut apud Maronem scriptum reperimus,

diuum implexa simulachra tenebant.

2. AEn.

Idem ab Aeschylus etiam esse scriptum recordor, πότρεσι δὴ τῶν ἑγὼ ποίησα

Aeschylus.

βρέτη δαυμόνων. Iterum, ἀνὰ ζεὶ βρέθει ἔχουσαι.

air Maro, Aedibus in medijs, nudoque sub aetheris axe

2. Aeneid.

Ingens ara fuit, iuxtaque veterrima laurus.

hic ab eo describitur Iouis Hercei ara, quae in medijs aedibus in impluuium erat sub dio Graecorum more: Athenaeus, ὁμοίως δὲ πῶ ἀυλλῶ ἀεὶ τὰ θεῶν ὅτι τῶν ὑπαρχῶν τόπων, ἔνθα καὶ ὁ τῶν ἐρκεία ζωὸς βωμός. Existimo autem in illa ara Hercei Iouis, ad quam Priamus occisus fuit, sacratum fuisse ignem perugilem & perpetuum, ideoque Maronem scripsisse,

Athenaeus li. 5.

Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.

2. Aeneid.

Placet & addere Vegetij sententiam de quodam libri secundi loco a nobis tentati superiore commentario,

Inspectura domos venturaeque desuper vrbi?

Ibid.

sentit enim eleganter Maronem de equo Troiano, ut de machina oppugnatoria loqui, quae muris vrbis editior sit, & altior, & veniens desuper sit oppidanos oppressura: verba sunt Vegetij, Præterea partem muri ad quam conatur machina accedere, cemento atque lapidibus, postremò tabulatis extruendo faciunt altiore, ne defensores mœnium desuper vrbi ventura possit opprimere.

Lib. 4. c. 19.

Vexillum tollere & proponere, detrahere naues, Berones.

25

CAPVT XVI.

VEXILLVM imperatores habebant penes se in tabernaculo: & qui delectum olim habebant, in arce ponebant: cum praelium erat etiam committendum, proponebatur tollebaturque vexillum, ut in libro de bello

Alexandrino, Quod ubi conspexit, celeriter vela subduci, demitti antennas imbet, & milites armari, & vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quae prima naues sequebantur, idem ut facerent significabat. Cæsar lib. 2. de bello gallico, Cæsari omnia uno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurrere oporteret, signum tuba dandum. Vexillo igitur pugnandi dabatur signum & in repentino tumultu praelij inopinati, ad arma concurrenti. Tollebat & signum, quod vexillum erat, qui rapidè celeriterque milites contrahebat. Maro,

Lib. 4. de bello Alexandrino.

Cæs. lib. 2. de bell. Gall.

8. Aeneid.

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit.

Tollitur signum ad praesidium comparandum & spem ostendendam confirmant-



Cic. pro Marcel.

firmandosque animos. Cicero pro Marcello, & his omnibus ad bene de omni Rep. sperandum quasi signum aliquod sustulisti. In illo autem commentario belli Alexandrini detrahere naues est e mari in littus eas trahere, quod mare altius sit quam breue littoris vadum, deorsumque ex alto & pelago in vadosa littora deduci videantur. *κατάκειν* tamen Græcè, quod eandem notionem ostendit, est quod Latini deducere dicunt, e littore scilicet in mare nauim ad nauigandum detrahere, cui contrarium subducere, quod illi *ἀνάκειν* dicunt. Verba autem commentarij sunt, *Quibus de causis naues, quas potuit, Caesar ad terram detraxit, quem in locum illos successuros non existimabat.* est igitur in eo commentario detrahere non e littore in mare trahere, quod deducere dici solet, sed e mari in littus appellere & applicare, quod Græci *κατάκειν* dicunt. Berones eo in commentario qui sunt? & nomen esse populi Aquitaniæ ferè conuenit: sed eius populi nulla usquã mentio est. quid igitur si Bigerones scribamus? Nam prætermisio vnus syllabæ quàm in facili sit & procliui norunt omnes. Sed vt hoc caput suo fine concludam, neque diutius leuibus eius obseruatiunculis lectorem morer, melius in ferijs rebus horas collocaturũ, cum scribitur in eo commentario, *Capta est vna hostium triremis, depressa altera, deinde omnibus epibatis nudata, quod leue sanè erit, admonebo legendum videri, dua omnibus epibatis nudata.* Illud enim deinde & sententiam confundit & lectoris mentem conturbat.

Lib. 4. de bello Alexandr.

Quibus de causis naues, quas potuit, Caesar ad terram detraxit, quem in locum illos successuros non existimabat. est igitur in eo commentario detrahere non e littore in mare trahere, quod deducere dici solet, sed e mari in littus appellere & applicare, quod Græci κατάκειν dicunt. Berones eo in commentario qui sunt? & nomen esse populi Aquitaniæ ferè conuenit: sed eius populi nulla usquã mentio est. quid igitur si Bigerones scribamus? Nam prætermisio vnus syllabæ quàm in facili sit & procliui norunt omnes. Sed vt hoc caput suo fine concludam, neque diutius leuibus eius obseruatiunculis lectorem morer, melius in ferijs rebus horas collocaturũ, cum scribitur in eo commentario, *Capta est vna hostium triremis, depressa altera, deinde omnibus epibatis nudata, quod leue sanè erit, admonebo legendum videri, dua omnibus epibatis nudata.* Illud enim deinde & sententiam confundit & lectoris mentem conturbat.

ibid.

Capta est vna hostium triremis, depressa altera, deinde omnibus epibatis nudata, quod leue sanè erit, admonebo legendum videri, dua omnibus epibatis nudata. Illud enim deinde & sententiam confundit & lectoris mentem conturbat.

ibid.

Capta est vna hostium triremis, depressa altera, deinde omnibus epibatis nudata, quod leue sanè erit, admonebo legendum videri, dua omnibus epibatis nudata. Illud enim deinde & sententiam confundit & lectoris mentem conturbat.

Sequius, nihilo deterius, funalis equus, astici ludi & attici, tumentes oculi, exerere principem, Thrasipolis, schema, pridie sortitionem, antlia.

CAPVT XVII.

25

IN Tiberij vita quædã mihi animaduertisse videor, quæ etsi leuia sunt, tamen non indigna iudicauim, quæ hîc intexerem, vt cunq;e hominibus placitura sint, qui plerunq;e libentius quod malignè carpant quærunt, quàm quod beneuolè laudent. *Multa, inquit Traquillus, multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in reip. extant.* etsi nihil hîc habeo quod hanc dictionem culpem, tamen sequius quod reperi, non possum dissimulare. Sic & Varro apud Nonium loquitur, *Non modo absens quicquã sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem.* Nam sequior pro deterior dici non est perinde infrequens, quod à sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. proinde etiam posterior pro deteriore poni etiam alicubi annotamus. sed & nihilo deterius, quod insolentius videri possit, pro nihilo secius apud Asconium legi: *petebat, inquit, nihilo deterius consulatum.* sequitur, *Pannonico Breucos & Dalmatas subegit,* hanc lectionem potius, quàm veterum librorum auctoritatem sequor,

cap. 3. in Tiber.

Multa, inquit Traquillus, multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admissa in reip. extant. etsi nihil hîc habeo quod hanc dictionem culpem, tamen sequius quod reperi, non possum dissimulare. Sic & Varro apud Nonium loquitur, Non modo absens quicquã sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem. Nam sequior pro deterior dici non est perinde infrequens, quod à sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. proinde etiam posterior pro deteriore poni etiam alicubi annotamus. sed & nihilo deterius, quod insolentius videri possit, pro nihilo secius apud Asconium legi: petebat, inquit, nihilo deterius consulatum. sequitur, Pannonico Breucos & Dalmatas subegit, hanc lectionem potius, quàm veterum librorum auctoritatem sequor,

Varro apud Non. in Ruminare.

petebat, inquit, nihilo deterius consulatum. sequitur, Pannonico Breucos & Dalmatas subegit, hanc lectionem potius, quàm veterum librorum auctoritatem sequor,

Suetonius c. 9. in Tiber.

quo, in quibus Brennos lego. Nam Breucos & Plinius asserit, & Dio confirmat lib. 35. Brennos reperio in Strabone. Horatius Breucos nominat, sed fortasse alios: *Breucosque veloces & arces. Etiam, inquit, virgo vestalis fratrem iniussu populi triumphantem.* Cicero pro Cælio non fratrem, sed patrem appellat. reperio etiam Lucio Numatio Planco in vetere libro: Munatiũ tamen appellat Dio, quod & verius videtur. funalis equus dicitur qui extra iugum est, & iugali opponitur: is *Κεραϊος & σφραγιδος* à Græcis dicitur. pro Actiacis ludis atticis reperio, sed & asticis. Actiaci ludi fiebant in memoriam Actiacæ victoriæ, de quibus Maro,

Lib. 3 c. 25. Dio lib. 35. Strabo lib. 7. Horat. lib. 4. od. 14. Tranq. c. 2. in Tiber.

Cic. pro Cælio. c. 5. in Tiber. cap. 5.

Cic. pro Cælio. c. 5. in Tiber. cap. 5.

Actiæque Iliacis celebramus littora ludis. Attici tamen ludi essent, vt & astici (nam satis constat Athenas astu appellatas fuisse. hinc in Isocratis vita scribitur *διδακταλίας ἀστικὰς καὶ ἰλικὰς*) similes illis, qui olim panathenæis & liberalibus Athenis fiebant. in ludicro autem Troiæ, cuius hîc meminit, turmæ erant duplices, vna minorũ puerorum, altera maiorum. Sueton. *ductor turmæ puerorum maiorum. Et tumentibus, inquit, oculis prosequutus est,* hæc lectio assertione indiget, propterea quod in dubiũ vocatur à doctis. ego tumentes oculos accipio, velut erumpentes e capite & prominètes, quod in ea penitus defixi essent, quomodo *κλυοιδόσες* à Theocrito dicuntur. lego supra, *Atta Claudio gentis principe.*

3. A Encid.

Plutarch. in vita Isocratis.

cap. 6.

Theocritus Tranquill. ca. 1. Tiber.

Attæ autem vocabantur, qui propter vitium crurum vel pedum plantis infestebant & terram magis attingebant quàm ambulabant. lego autẽ, quod *inter Italiam regnumque Noricum, non intra: sed & pro, vehiculorum onera,* reperio *vehiculorum onera.* itaque quamuis illud non improbem, tamen quidni hoc etiam defendere possim? præsertim cum vt nauiculator, sic etiã vehiculator dici probè possit: pro *Batione pannonio, Batonẽ restituo, tum veterum librorum ad stipulatione, tum Dionis approbatione adductus.* Græca sic reperio, *ἐμοὶ ἢ τῶν μύσων καὶ σατηγῶν.* reperio etiam *ἀεὶ τῶν σατηγῶν*, vt sit optimè imperatorum. mox quoque pro *ραθυμίαν* inuenio non ineleganter *ἀπερθυμίαν.* Illam autem meritò laudatam, & in omnium ore versari solitam Tiberij sententiam, boni pastoris esse tondere pecus non deglubere, paulò aliter extulit Dion, *κείραδά μὲ τὰ περὶ βατα, ἀλλὰ σὺν ἀποξέου βέλομαι,* quod est tonderi pecus meum volo non radi. *Paulatim,* inquit Tranquillus, *principem exeruit,* aliquantò elegantius est principem exeruit, vt in bonis libris, quod est exeruit vim principatus, & se

Tranquill. cap. 16.

ibid.

cap. 20.

Dion lib. 55. Tranq. ca. 21.

ibid.

cap. 32. Dion. lib. 57.

cap. 33.

cap. 35.

vehiculator dici probè possit: pro *Batione pannonio, Batonẽ restituo, tum veterum librorum ad stipulatione, tum Dionis approbatione adductus.* Græca sic reperio, ἐμοὶ ἢ τῶν μύσων καὶ σατηγῶν. reperio etiam ἀεὶ τῶν σατηγῶν, vt sit optimè imperatorum. mox quoque pro ραθυμίαν inuenio non ineleganter ἀπερθυμίαν. Illam autem meritò laudatam, & in omnium ore versari solitam Tiberij sententiam, boni pastoris esse tondere pecus non deglubere, paulò aliter extulit Dion, κείραδά μὲ τὰ περὶ βατα, ἀλλὰ σὺν ἀποξέου βέλομαι, quod est tonderi pecus meum volo non radi. Paulatim, inquit Tranquillus, principem exeruit, aliquantò elegantius est principem exeruit, vt in bonis libris, quod est exeruit vim principatus, & se principem ostendit. non multò post, *uxorem pridie sortitione ductam,* non satis intelligo, arbitrorque legendum pridie sortitionem, vt pridie Calendas dicimus: significat enim eum vxorem dimisisse postridie quàm sortitus est prouinciam, quam pridie duxerat. Nam e sortitione cum amplissimas speraret diuitias, vxoris vt pauperis contubernium despiciere

F cœpit.

cap. 37. Dion. lib. 55. cæs. 2. de bello civili. cap. 43. cœpit. Trasypolis thrax, Rhescuporis à Tacito, Rhascuporis à Diono, quod & verius puto, vel Thrascuporis, Rhascipolis secundo Cæsaris de bello civili cōmentario vocatur. pro, *exemplar imperatæ scenæ*, lego imperatæ schemæ. Nā schema schemæ à Latinis dicitur. hęc forma concubitus significatur. Quin & impetratæ codices optimi habent, vt forma ea concubitus & complexus significetur, quam à portentosis illis & extremæ libidinis hominibus impetrarat imperator, qui hiantib<sup>9</sup> & avidissimis oculis talem impuritatem spectabant. sed & *domum se abripuit*, malim quàm *corripuit*. unde nota in *atellanico exodio*: in optimæ fidei libro reperi *mora in atellanico exodio*: atque vtrunque defendi videtur posse, illud quod notatus in famiæ sit Tiberius obiecta oris obscœnitate: hoc quod histriones id de Tiberio intelligentes & tractim pronuntiantes, aut etiam iterâtes, attrulerunt moram exodio, quam etiam histrionū moram secuta est mirifica populi assensio. Exodia autē quæ sint, explicat Aristoteles in arte poëtica: sunt enim ea quæ præter argumentum inferuntur fabulis. Ergo cū histriones fabulas Romæ agebant, vt tragœdias, interponebantur scenæ quædã extra argumentū, quæ à iuuentute agebãtur, exodiaque vocabantur, quemadmodum Satyra Græca actioni Græcarū fabularum olim interponi solebat, vt ex Horatio notum est: ea autem exodia postea conferta atellanas fabulas fecere. *Quam non amicorum, sed Græcorum appellabat*: quanto melius *gratorum*, vt in veteribus exemplaribus? Gratos enim ab amicis hęc distingui accipimus, eosque intelligimus, quos etsi non in amicis numerabat, iucundè tamen & libenter videbat, cū eorū consuetudo ipsi grata esset. sed & *una modò liberalitate ex indulgētia vitrici profecutus*, cur non hominibus doctis probem? nec multò post, *Quibus tamē interdum & egere & uti solebat*, regi videretur. *Tulit & perindignè actum in senatu*. infra est *uno ex ijs equestris ordinis viro & in latoniam condemnato*. Plurimū hinc deuortit vetus scriptura, & *in andiam condemnato*, quem repræsentare malui quàm prætermittere, vt hæc quæ huius loci incubatrix est, eijciatur possessione: quanquam de Andia nihil quicquam legi, sed occurrer sagacioribus fortasse & doctioribus ex his tanquam vestigijs, quod commodè réponant. Nam Pandataria veniebat in mentem, & Ænariæ, sed & insulæ Diæ: sed his coniecturis errantibus & vagis parum confido. reperi tamen pro andia tandem in alio nobilissimo & vetustissimo libro antliam, quam germanam scripturam reor, vt eum in sentinam naus damnatum vel haustum aquæ intelligamus, quæ antlia trahebatur. Infra, *relegauit Cinariam*: ea est quæ Cynara à Plinio vocatur Sporadum vna. Audiui qui Cinyriam urbem Cypri emendandum vel Ænariam putarent, qui audiendi non sunt. reperi in bonis libris *πυλὸν ἀμάλι πεφουερμύον*: quod haud paulò melius

lò melius est, quàm quod receptum video. Illa etiam sic lego, *Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Di me deæque peius perdant, quam quotidie perire sentio, si scio*. lego infra, *conquestio de Lucij Cæsaris morte*, vt nepotis Augusti Lucij Cæsaris deploratam ab eo mortem carmine putemus. Lego etiam *imitatus Euphorionem & Rhianum*, non vt vulgò Arrianum. Nam Rhianus poëta nominatur à Suida, eiusque hodie multi extant versus in Stobæo.

*Arietinum oraculum, mutitare, cephalæa, strues, fertum, sphaerita, præter propter.* CAPVT XVIII.

ARIETINVM oraculum refertur à Gellio vno versu contextum, *Peribo si non fecero: si faxo vapulabo*. Id cur Arietinum dicatur, qui quæret, nodum in sirpo non videbitur quærere. ego arietinum putem vocatum ob Iouem Ammonem, cuius oracula exploratæ indubitataque fidei habebantur. Is autem specie arietis, vt satis notum esse confido, colebatur. Cuidam autem oraculum Iuppiter Ammon, ita anceps ediderat, vt vtruncunque faceret malum haberet: peribis videlicet si non feceris, si feceris vapulabis. *Qui ludis Megalensibus*, inquit Gellius, *mutitarent, id est, mutua inter sese conuiuia agitarent*. cur illud mutitarent, quod & infrequens & insolens verbum, & in nullorum ferè scriptorum decuria repertum, id significet, non dubito quin quærant, qui Gellij libros peruoluant. Ego mutitarent scribendum censeo, vt mutuitare sit mutuo conuiuia agitare: minimè audacem & impudentem existimo visum iri, contraque verecundam & pudentem tam exiguam immutationem. sic apud Marouem, *Mutuâque inter se lati conuiuia curant*. Mutitare tamen quidã retinent, quod epulas inter se mutarēt, & vicissim conuiuia conuiuijs. Elegi apud Gellium extant antiquissimorū poëtarum ita dulces, vt mellis suauitatem, ita elegantes, vt delicias orationis Latinæ præ se ferant: sed eò tamen minus hominibus amœni, quod non nihil eluxati sunt, non enim satis intelligi commodè posse arbitror hunc versum, *Istam non potis est vis sua extinguere venti,* quod si legas, *Istam nam potis est vis sua extinguere venti,* maculam qua nitidissimi versus maculosi & infuscati sunt sustuleris. Non satis etiam elucet sententia in hoc versu, *Custodes ouium videre propaginis agnum.* Qui, vt opinor, genuinæ reddetur sententiæ & elegantia, si legas, *Custodes ouium, teneraque propaginis agnum.* lego etiam, *Quid si non interdixem ne illunc fugitium Mitteret ad se intro.*

cap. 10. lib. 19. Enniano, *Incertè errat animus, præter propter vitam viuatur,* quid est præter propter vitam viuere? nimirum non soli inseruire vitæ, sed multa conquirere quæ non desiderat vita, sed superuacanea sunt, & voluptuaria, minimeque necessaria: quibus tamen occupati impeditique tenemur, cum eis plus temporis & studij, quàm rebus serijs & necessarijs plerunque impendamus. Versus quoque Lucillij cum clausula apud Gellium in suos artus sic redibit, *Abdomina thynni Aduenientibus priua dabo,*

capitulus sc. Iupiter supreme.

c. 17. lib. 10. *carmen & cephalæam.* ut autem cephalæam dixit Lucillius, ita & Plautus ophthalmiam: ille carnem capitis intelligit, hic oculis vicinam oculofque. Conturbati sunt etiam apud Gellium Laberiani versus de Democrito, quos tamen facile distinguet, qui modulum senariorum tenuerit: in quibus hos sic lego,

*Sic ego splendore fulgenti pecunia*

*Volo elucificare exitum ætatis meæ.*

c. 15. lib. 10. id est me senem luce priuare, me priuare oculis. Scribit Gellius, *quod virrica surculum de arbore felici habet.* Idem arbitror hinc alijs vsuuenire quod mihi, ut in hoc vocabulo stupeant quod non intelligant: non multum operæ sumam in ista voce enodanda, quam nullam in lingua Latina esse puto, potiusque legam, *quod in rica surculum de arbore felici habet:* ut & paulo antè, *dialis quotidie feriatu est:* non festatus est, ut inoleuisse video. Ibidem lego, *neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue & ferio,* non ferro, ut obtinuit. strues autem genus est libi, cuius in solo tracta farinacea multa, velut toruli aur digiti, ordine structa & serie coniuncta ponebantur: velut in spherita spheræ & globuli multi in solo placentæ ponebantur. ferrum à ferendo interpretatur Verrius, quod ad sacrum ferretur: alij feretum dicunt, ut libi genus sit, quod intus aliqua re farciebatur, quod genus etiam hodie faciunt, *Strues, inquit Festus, genera liborum sunt, digitorum coniuictorum non dissimilia, qui superiecta pannicula continentur.*

festus lib. 17.

*Vitrea toga, impluuiata vestis, luit in præterito, labosus, lanignus.*

CAPVT XIX.

30

Varro apud Non.

VESTIBVS tenuis textus & pellucidi olim uti censorium penè opus erat: certè probro & infamiæ id dabatur. Eas autem vestes, quod ritu vitri translucere, vitreas etiam appellatas fuisse legi. Varro modio, *istorum vitreæ togæ ostentant tunica clauos.* antè vitreum in colore poni dicebamus ceruleo & glauco: hic pelluciditatis non coloris significatio attenditur. Nonius impluuiatam vestem apud Plautum interpretatur fumoso stillicidio implutam, qui color mutinensis dicitur, omnesque eruditi vno consensu in eam sententiam vadunt. sed mihi diligentius excutienti & inspi-

& insipienti Plauti locum, ea interpretatio in dubium venit. verba eius *impluuiatam ut isthæc faciunt vestimentis nomina. Ut impluuium induta erat.* videtur enim significare à similitudine impluuij vesti nomen esse factum. ut enim vites impluuiatæ, sic & vestis impluuiata de similitudine impluuiorum dicitur, quæ ea figura est, ut quaternata id est quatuor quadrata lateribus vndique corpus ambiat, quæ forma est impluuiorum in cauædijs. luo in præterito non tantum luit, sed etiam, ut apud Nonium reperimus, luit apud veteres faciebat: sic pluui dixere, & multa eiusdem generis, ut fuit, pro fuit, quod & apud Comicos reperitur: Lucillius,

10 *Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit.*

veteres à labe labosum dixerunt. Lucillius,

*Præterea omnipter hoc est labosum atque lutosum.*

Iidem, ut ab abiete abiegnum, à larice larignum, sic à lanio lanignum pro lanionio formarunt: Varro, *hoc interuallo primum forensis dignitas creuit, atque ex tabernis lanignis argentariæ factæ.* hæc ex Nonio sumpta sunt.

15

*Pares, impares, apud Horatium, naris obesa, naris acuta.*

CAPVT XX.

CVM Horatius scribit,

20

*Ingrata ventis diuidat*

*Fomenta, vulnus nil malum leuantia:*

puto eum intelligere amoris curas & sollicitudines anxias, & suspiria & lachrymas & querelas & obsequia erga amicam, & cogitationes & molestias, quas animo fouebat, quas si virili quadam ira in præcordijs æstuante dimiserit, præsertim ingratas nec vulnus amoris sedantes aut leuantes, cum eis nihil proficiat nec amica potiatur,

25

*Desinet, inquit, imparibus certare summotus pudor.*

me, inquit, paulò inuerecundius geram, nec ita pudenter summittam amicæ, sed eam aspernabor desinamque sectari imparem neque redamantem. impares enim in amore appellantur, cum mutuo non amatur, sed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum: contra cum mutuo inter se pariter amant, pares dicuntur. Horatius,

30

*Et quæret iratus parem.*

Iterum,

*—cui placet impares*

35

*Formas atque animos sub iuga abenea*

*Sæuo mittere cum ioco.*

Atque hic locus planè & apertè ostendit vnde pares & impares dicantur. Nam cum ad aratrum iungi parium virium parisque magnitudinis iumenta armenta que debeant solum vertenti, euenit ut cum sub iugum imparia

F 3

mittuntur

Epidico sc. A2 at tacete.

Non. Marcell. in Nefantia.

Apud Nonium de mutata declinat.

Varro de vita populi R. apud Marcell. lib. 20

Od. II. epod.

Ibid.

Od. 15. epod.

Od. 33. lib. 10

mittuntur animalia , fulcus rectus non ducatur, & ab altero iumento alte-  
rum opprimatur , aratioque inæqualis sit. Non longè hinc,

Od. 12. epod.

*Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?*

de anu deformissima dicitur & turpissima , foedissimisque & nigerrimis,  
digna amatoribus , quales erant Romæ Barri: 5

saty. 7. lib. 1.

*Si fennas , inquit Horat. Barros ut equis præcurreret albis.*

& alio loco, *Barrus inops magnum documentum.*

saty. 4. lib. 1.

Nam non perinde placet de elephanto, qui & barrus Latinè dicitur, intel-  
ligi : quod si placet , tot enim interpretum consensum vereri decet, cùm  
elephas animal sit inconditum , incompositum , informis molis , turpissi- 10

Od. 12. epod.

intelligemus. ait Horatius, *nec naris obesa.* qui enim nari sunt acutioris, me-  
lius odorari & sagaciores intelligentioresque censebantur : vt alio apud

saty. 3. lib. 1.

Flaccum loco, *— acutis naribus horum hominum videri possit.*

Erat autem mulier foetidissima & hircosa. contra qui naris obesa, dete- 15  
rius olfacere , tardiores minusque intelligentes esse putabantur. tradunt  
enim ista mutuas operas , & inuicem lucem alterum alteri foenerat. Non  
fuit magni negotij ista sic explicare : sed tamen minus ingeniosis mole-  
stiam fortassis exhiberent. eorum autem potissimum rationem nostris , vt  
ita dicam , comitijs habemus. 20

*Horatius in Epodis explicatus , iusurandum iacto in profundum saxo.*

CAPVT XXI.

Lib. 1.

PERTÆSVS bella ciuilia Horatius idem Romanis faciendum esse  
purat, quod à Phocæis factum Herodotus retulit, vt solum patrium infe- 25  
lix & nefactum perpetuo mutèt exilio, omni spe reuersionis impofterum  
sublata, & execratione dira penitus adempta. Deligi autem exilio cenfer  
oportere insulas fortunatas, quas in Oceano esse commemorauit antiqui-  
tas, & aperuit ætas nostra , suo tamen nomini non respondere reperit. sed  
remotissima & distantissima supra fidem efferre semper solemus, dum vel 30  
nobis nostra non satis placent, vel operæpretium fecisse volumus videri,  
qui longam profectioem susceperimus, ne si consueta loquamur, de ni-  
hilo frustra que peruagati & peregrinati fuisse videamur. Cõsilium autem  
migrandi in eas insulas cepit Horatius, ni fallor, è Sertorij consultatione.  
Nam cùm Sertorius de mercatoribus, qui in Oceano nuper nauigarant, 35  
de illis audisset insulis, pacem quietemque desiderans consilium cepit  
in eas migrandi, secedendique procul ab omni tumultu & bello & domi-  
natione tyrannidis. Plutarchus, τὰν δ' ὁ σερτώριος ἀκρίβειαν ἔραστα θαυμαστὸν ἔσχεν  
διεῖναι τὰς νήσους, καὶ ζῆν ἐν ἡσυχίᾳ τυραννίδος ἀπαλλαγῆς καὶ πολέμων ἀπάντων.

Plutarch. in Sertoy.

Flaccus,

Flaccus, *Petamus arua diuites & insulas.*

Od. 16. epod.

addit Flaccus eadem Oda,

*Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini,*

Od. 16. epod.

*Nefas videre, dissipabit insolens.*

5 et si opinio erat Romulum in cælum fuisse raptum : tamen illis assentitur  
qui sepultum Romæ post rostra dicebant, aut in suo templo : sepulchra  
autem violari cineresque eorum dissipari sceleratissimum omnium puta-  
bant. Maro, *Nec patris Anchise cineres manesque reuelli.* Subijcit,

4. AEneid.

*Sed iuremus in hæc : simul imis saxa renarint*

Horat. Od. 16.

10

*Vadis leuata, ne redire sit nefas.* epod.

Sanctissimum olim in græcia iusurandum erat , & execratione grauissima  
deuotioneque confirmatum, cùm se deuouebant suaque capita execra-  
bantur, si sacramentum, quod conciperent, violarent, contraque facerèt,  
priusquam saxa, quæ in aquam iaciebant, sponte leuata supernatarent.

15

Herodotus libro primo, ἐποίησαντο ἰσχυρὰς κατὰ τοὺς τῶν ἀπολειπομένων ἐαυτῶν  
τὸ σόλιον· πρὸς δὲ ταύτησι καὶ μύθρον σιδηρεὸν κατεπόντωσαν· καὶ ὄμοσαν μὴ πρὶν ἐς  
φωχίλῳ ἦξειν, πρὶν ἢ τὸν μύθρον τὸν ἀφ' ἀφῆναι. Idem & apud Sophoclem fit  
in Antigone,

Herodotus lib. 1.

Sophocl. Anti- gone.

*ἦ μὲν δ' ἔτομοι καὶ μύθρον ἀίρειν χερσὶν.*

20

Eiusque interpres ait, massam ferri sumebant iurabantque firma fore pa-  
cta conuenta, dum ea massa appareret, quam in profundum abijciebant,  
vt æterna religione iurifurandi pacta deuincta essent. Callimachus,

Callimachus.

*Φανείων μέγιστε μύθρον μάγας εἶν' ἀλλ' ἰ μύθρον.*

25

Sed cùm μύθρον massam ferri interpretentur , Horatius vel saxum intelle-  
xit, vel pro ferro saxum summutauit.

*Repentini homines, genus dicendi oppidanum, obrussa, citò.*

CAPVT XXII.

DICTVM Antimachi refertur in Bruto, sed cuius è deprauatione  
30 obsolescit gratia, vt epularum quæ malo quodam conditæ sunt sapore,  
aut foetet. sic ergo scribitur, *Plato enim mihi vnus instar est omnium me il-*

lib. de claris orator.

*lum : ego non diu suspensum tenebo lectorem, nec meæ sententiæ quic-*  
*quam præfabor. tantum dicam, suspicari me legendum, instar est omnium*  
*illorum.* Nam nec sine argutia dictum erit, neque frigebit. non longè hinc

35

scribitur, *aut si auditor omnino tanquam equus non facit : quod sine omni*  
*gratia leporeque dictum videtur, sed & variè explicatur : ego ne quem*  
*reprehendam, qui satis ipse pecco, vt censores potius fatigare debeam,*  
*quàm in alijs censendis me occupare : puto facere verbum esse circense,*  
*quod ex eo apparet, quia factiones, quæ à faciendo nomen adeptæ sunt,*

F 4 in circo



in circo quatuor erant: & in lusu pilæ factores etiam Plautus dicit. Equum igitur puto non facere, qui aurigæ non paret, nec in curriculo corripit spatium, nec adiuuat in partem ad victoriam, sed segnus & ignavus est, nec sentit stimulos, nec aurigam audit. Eo in libro oppidanum genus dicendi, oratio est non urbana nec elegans nec nitida, sed velut vicana & municipalis aut castellana, quod in oppidis, vicis, castellis, municipijs non tam integrè incorrupteque, quam in vrbe loqui solerent. Sed & homo repentinus ibidem dicitur, homo novus, qui subito repenteque in hominum cognitionem, famam, commendationemque peruenit: sic autem scribit, *Ignoti homines & repentini, quæstores celeriter facti sunt, oppidano quodam & in- 10 condito genere dicendi.* Iam obrussa cum sit exploratio & probatio perfectionis, & nota auri atque argenti, eleganter à Cicerone scriptum eodem libro est, *& adhibenda tanquam obrussa, ratio:* hodie quam obrussa edunt in emendatè: placet etiam cum obrussa. Nam cum in quam facile potuit degenerare breui discrimine: atque hoc verius puto. Sputatitica quod ibidem legimus, etsi corruptam & affectatam vocem depravatam esse non magni refert, tamen in lib. veteri inveni Sputatitica equidem nec multo post reperio, *omni ornatu orationis tanquam veste detracto:* hodie detracta excudunt, sed illud alterum à me positum orationis emendatio desiderat. Ut 20 *ad 2a, quod citò est Græcis, plerunque fortasse valet: ita Ciceronem citò usurpasse video in eodem Bruto: sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim.* Iterum, *quem tu non tam citò Rhetorem dixisses quam, ut Græci dicunt, politicon.* Hæc cursitantes per Cic. disertissimum librum annotauimus, & alijs, etsi exilia & exigua, voluimus tamen esse nota.

*Quædam in Lucretio emendata, tandem, impetus, corruere, filum, species.* 25

## CAPVT XXIII.

*Lucretius li. 5.* IN Quinto Lucretij quædam excutere lubet. proxima via est prima & propinqua: *via, inquit, qua munita fidei*  
*Proxima fert humanum in pectus templaque mentis.* 30  
 Tandem, est perpetuò: *Tandem in eodem homine atque in eodè vase maneret*  
 Cum autem legatur, *Nanque ita multa modis multis primordia rerum,*  
*Ex infinito iam tempore percita plagis:*  
 Scribendum puto, multimodis, quod aduerbium antiquum est. Nam multis, quod mox subsequitur, plagis adiungitur: ac si quid refert, ita ut posui, 35  
 in vetustis libris reperitur. Impetus est magnitudo:  
*— quantum celi tegit impetus ingens.*  
 & eodem libro, *Aut hominem tanto membrorum esse impete natum:*  
 Id est, tanta magnitudine & mole & vastitate membrorum. At verò,  
 Corruere

*Corruere hanc rerum violento turbine summam,*  
 Est simul illam totam penitusque prouere & disijcere, collabefactare,  
 & collabi facere. Iam scribo,

*Quod procul à vera nimis est ratione repulsum,*  
 — à vera est animi ratione:

5 editur,  
 non tam commodè ut existimo. lego etiam,

*Propterea quod erant graua & perplexa coibant*  
*In medio, atque imas capiebant omnia sedes.*

Hodie edunt, *in mediòque imas:* quod, si quis sensum consulat, non ita facile interpretatur eam, quam poëta animo complectitur, sententiam.

*Forma quoque hinc solis debet lumenque videri,*

Edictum est & peruulgatum, sed pro lumenque libri habent reconditi  
*illumque.* igitur adiuncto vno elemento, quod longa ætate exoleuit, lego  
*filumque,* ut lineamentum speciesque intelligatur. sic minimum filum mox  
 15 appellat minimam speciem: *specie confusa videntur, Quam minimum filum:*  
 & perparuum filum exiguam exilemque speciem & lineamentum,

*Perparuum quoddam interdum mutare videntur,*  
*Alterutram in partem filum.*

Iam superiore carmine, *loca fulgent,* significat loca illuminantur. Versum  
 20 autem illum,

*Aut ubi de longo cursu sol extima celi Impulit,*

non intelligo, ut mea incitua ingenua sit in confitendo: sed cum afferre videatur velle hanc causam tenebrarum nocturnarum, quod sol ubi ad occidentis metam peruenit, exhausto lumine & efflato igni restinguitur; 25  
 pro *extima celi, ultima celi* libentissimè legerim. Atque ita scripisse Lucretium suspicor: certè vestigia scripturæ veteris licet fugientis & conturbatæ quiddam tale referre & ostendere videntur. Species etiam est Lucretio cernendi actio ipsa, quæ Græcè *ἄεσις* dicitur, vel potius cernendi sensus, ut cum scribit,

30 *Denique eam partem, quacunque est ignibus aucta,*  
*Ad speciem nobis vertit.*

Id est, oculos nostros versus, *ἄεσις ἢ ἡμετέριον ἢ ἄεσις* legendum etiam puto,  
*Hinc illinc ut non sic par vis esse potis sit,*  
 cui emendationi suffragantur vetera volumina. Lego etiam,

35 *— nec robora sumunt*  
*Corporibus, neque proiciunt ætate senecta.*

Nam proficiunt, quod excuditur, diuersum explanat sensum, non quem effari poëta studet.

Tegere

*Tegere latus, comes exterior, interior, avis alba, avis nigra, scribere notis, scribere sermonibus, stilum vertere.* CAPVT XXIIII.

*saty. 5. lib. 2.* VISNE tegam spurco Dama latus, sermonum secundo scribit Horatius, quod quidem illic ab Horatio fingitur ab Vlyffe, vt Heroë indignum, re- 5  
*Oppian lib. 4. de bello Ale- xanda.* cufari: & Oppius ait, deinde post Racilium: nam is latus Cassij tegebat, quasi responsum ab eo peteret celeriter dato loco, cum se insinuasset, sinistra corripit eum, dextraque bis ferit pugione. his locis velut chirographis aut testationibus, tegere latus intelligimus esse latus sinistrum alterius, qui vel ætate vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto sit, quo la- 10  
*saty. 5. lib. 2.* tus præsertimque sinistrum tegitur, latus tegere dicitur: aut vt qui in acie nobis ad læuam adstat, dum scutum ad dextram vertimus, nudum latus sinistrum protegit. Addit & Flaccus,

*Ne comes exterior si postulet ire recuses.*

Quis hic est exterior comes? nempe qui ad læuam, est? qui locus inferioris est. Nam cum quicquid agimus ad dextram ferè nos conuertamus, cuius maior est habilitas & agilitas quàm læuæ, fit proinde vt flexus & gyrus sit eius minor & interior, à circi consuetudine, vbi ad meram flectebant in dextram cursum, vnde & dextratio appellata est. Ita dexter qui erat, interiore flectebat gyro, vt læuus exteriore: sed & equus sinisterior amplio- 20  
*Ouidius 3. A. mor. eleg. 2.* rem lustrabat orbem quàm dexterior, itidem & rota: Ouidius ait,

*Nunc stringam metas interiore rota.*

Id est breuiore cursu. nisi si quis dicat interiorem cuique & proximiorum esse dextram partem, exteriorem læuam: indeque exteriorem comitem dici, quod & verius puto. Ouidius dextrum hominem, qui in honestiore 25  
*Ouidius 5. A. stor.* loco est, interiorem putauit, cum qui ad læuam esset, exteriorem vocauit,

*Et medius iuuenum non indignantibus ipsis*

*Ibat, & exterior, si comes vnus erat.*

Veteres pro foelicissimo auspicio & omine aues albas ducebant, ac pro miraculo faustissimo habebant. Inde illud Ciceronis in epist. *Quod qua- 30*  
*Lib. 7. epist. fam. mil. epist. Me- mini quod.* si auem albam videntur bene sentientem ciuem videre. contra Ouidius,

*Omina non alba concinuisstis aues.*

*Ouidius 3. A. mor. eleg. 11.* sic Æthiopem inauspicatum arbitrabantur, & ex eo dixit Iuuenalis,

*Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

Prodigus, qui sua dilapidat & profundit, ex eo appellatus est, quod sua 35  
 foras agat, propellat, & protrudat. nam prodigere est id proprie: atque in hac significatione vsurpatum reperimus, quæ eius vis primigenia est: inde enim factum vt prodigere sit consumere. scribere notis non est compendio quodam literarum verba complecti ad celeritatem, sed quibus-  
 dam

dam fictis signis comprehendere: idque docebantur pueri, non tantum scribere. Cassianus enim martyr, qui puerorum stilis confossus Christo animam reddidit, notis scribere docuit. Prudentius,

*—magister litterarum federat,*

*Verba notis breuibus comprehendere cuncta peritus,*

*Raptimque punctis dicta præteribus sequi.* Iterum,

*Fictis notare verba signis imbuens.*

aliud enim esse notis, aliud literis scribere ostendit Manilius his verbis. *Lib. 4. c. 1.*

*Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est:*

*Quique notis linguam superet cursumque loquentis.*

notis tamen scribere opponitur quod dicebant scribere sermonibus: Varro apud Seruium, *in folijs palmæ interdum notis, interdum sermonibus scribebat.* *In 6. AEn.*

Stilo autem scribebant in cerata tabella, cuius stili pars, qua scribebatur, acumen dicebatur. Cicero, *Omnia sub acumen stili subeant necesse est: altera 15*  
*Lib. 1. de orat.* pars erat obtusa, qua in cera debebant verba, quæ non placebant, ac ceram rursus complanabant atque æquabant ad scripturam nouam veteri deleta. Prudentius,

*Inde alij stimulos & acumina ferrea vibrant,*


*Qua parte aratis cera sulcis scribitur,*


*Et qua secti apices abolentur, & æquoris hirti*

*Rursus nitescens innouatur area.*

atque inde Horatius scripsit, *Sape stilum vertas, iterum qua digna legi sint saty. 10. lib. 11. 25*  
*scripturus.* Vertit enim stilum, qui cum antè eius acumine scriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Præcipit ergo Horatius inter scribendum esse sæpenumero delendum, si quis hominum lectione digna scribere velit.

ADRIANI





ADRIANI TURNEBI AD-  
VERSARIORVM LIBER  
DECIMVS QVINTVS.

Catapulta, scorpio, videlicet, pransum paratum, lacunam facere, elixum calceum facere, menstrua, soluere, infans facinus & nefans.

CAPVT I.

**M**EDICORVM compositiones hoc imitabitur caput, qui species diuersissimas in vnum miscet medicamentum, vt morbum profligent, & cum eo iusta acie pugnent collatis signis, qui non vna manu vinceretur. Nos quoque hic varia miscebimus. Videntur tormentorum militarium nomina quorundam, etiam eorum missilibus & sagittis tributa fuisse. animaduerti enim catapultam non tantum esse tormentum. Plautus Curgul.

Nam illa ad me catapultae crebra commeant.

id est tela. Eadem in fabula pilum catapultarium vocat.

Quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium,

Atque ita te neruo torquebo itidem, vt catapultae solent.

Scorpio tormentum est bellicum, sed telum etiam illius tormenti, id est quod eo tormento mittitur. Oppius lib. 5. belli ciuilis, scorpione accuratius misso, atque eorum decurione percusso & ad terram defixo. videtur enim potius telum quam tormentum significari: quanquam si quis tormentum velit non repugnabo. videlicet, quod est videre licet, vel videas licet, suae originis casum interdum retinet. Plautus Sticho,

Videlicet parcum illum fuisse senem, qui dixerit.

Iterum,

Videlicet illum fuisse nequam adolescentem.

idque est tanquam videre licet. Pransum paratum satyrae erat Varronis titulus velut de epulis paratis, atque speciem prouerbij praese fert: ex ea

affertur,

Contra coactus ceruus larratu canum

Fertur bisulcis vngulis necem videns.

Facere lacunam, est humi aquam fundere. Elixos facere calceos, est calceos

ceos madefacere, vt in terra vliginosa & lutosa: interdum etiam in aqua calida, vt & balneator Elixus à Martiale dicitur. Varro, in pavimento au- des facere lacunam, & in humo calceos facis elixos. id quidam putant de humatione dici, cum satyrae titulus sit τὸ φη μδὸν πρ, & calciati mortui lauarentur. Itaque in Asconio in Milonianam quidam legunt, vulgus imperitum corpus nudum calciatum: melius tamen est caldatum, id est calda lotum scribere. & Varronem existimo tantum de calceis aqua madidis id dixisse. Labosus locus dicitur à labe & lapsu lubrico: Lucilius,

Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum.

10 Menstrua soluere, est sacra soluere, quæ mense quoque debentur. Salustius, Conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt. Obstrigator est reprehensor, ductum à strigilibus, quibus cum vehementius stringimur, etiam plerunque lædimur. Varro, amulum illius artis atque obstrigilatorem. mœchocinædum verbo composito finxit Lucilius, contumelioso

15 & infando nomine eos appellans, qui & adulteri sunt & ijdem molles: Imberbi, inquit, androgyni, barbati mœchocinædi. Puellitari verbum, vt multa alia, Laberius finxit, de ijs agens qui cum verulis rem habent, quarum naturam eugium canum vocauit. Quenam mens quæ deliritas vos supposito- res facit cum cano eugio puellitari? Etsi à doctis viris, quæ sint felices arbores

20 quæ infelices scribitur, tamē præter ea quæ traduntur, infelicem arborem pro furca & cruce veteres posuerunt, vt, Infelici arbori suspendito, apud Liuium & Ciceronem. Vt à pluo pluui reperitur, non tantum pluui: sic à luoluui: Lucilius, Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luit, quod etsi friuolum est, tamen licet me friuolarium putent, qui fastidiose

25 omnia contemnere solent. Infans interdum infandus est. Accius, priusquam infans facinus oculi vescuntur mei, sic & modo nefantia pro nefandis Lucilius posuit. veniunt suppetias & proficiscuntur suppetias locutiones elegantioris sunt seculi & oris: Oppius, Oppidisque suppetias profectus est iterum, nuntiabantur auxilia magna equitatusque oppidanis suppetias venire.

30 Sic ex varijs velut licijs & discoloribus hæc mihi tela texta est: sed hæc scribimus ludentes, nec pro serijs legi volumus. Remisso mihi animo opus est, & hilari & à studijs grauioribus libero, quæ animi contentionem desiderant: veluti que ludibundum lectorem istis opto, non supercilij censorij nec patrum sapientis.

35 Quaedam in Cicerone emendata.

CAPVT II.

QVOD in alijs editionibus prætermisum membrum fuerat in i. Philippica, à Mureto doctissimo & politissimo viro reprehensum & repositum est: sic enim alij peruulgarant, sine quo nec beatus nec clarus esse quis-

quam

Lib. 3. epig. 7. Apud Non. in Elixum.

Apud Non. de mutata declinat.

Apud Non. in Gallie.

Apud Non. in Quæsti.

Apud Non. in Imberbi.

Apud Non. in deliritas.

Liuius lib. 5. Cic. pro Rabirio.

Ad Non. in Nefantia.

Apud Non. in vesci & in infamis.

Lib. 5. de bello Afric.

Philippica 1.

quam potest: ipse, nec beatus nec clarus nec tutus esse quisquam omnino potest fatetur tamen in optimis libris scriptum extare, nec unctus esse quisquam omni potestate. hæc me verba velut properantem gradum sistere coegerunt, cogitationemque in ipsis defigere, si fortè quicquam eruere possem. Puto igitur Ciceronem scripsisse, nec actus esse quisquam omni potest potestate. 5 Nam librarius scriba, potest alterum præterijt geminatione offensus, quæ tamen necessaria est: & veteribus scriptoribus non insolita est idem sonantium syllabarum duplicatio, quam sequentium auctorum delitiæ ut inamoenam refugerunt, cum & voluptati eam antiquos habuisse intelligentibus doctisque compertum sit. Sic moles molestiarum, statim initio de 10 Oratore scripserat, si fides antiquis libris habenda est, exoleuit tamen moles subductum ab audacibus hominibus, & eiusdem soni strepitum horrentibus. In 2. quoque in Antonium, si non fallit coniectorem somnium suum, eo in loco, qui cum hoc ipso tempore stent cum gladijs, suspicor me non malè diuinasse quid Tullius scripserit. Nam cum in veteri libro Muretus 15 repererit, qui cum hoc ipsum: transpositis elementis leuiterque mutatis, qui cum hoc pessimo, legendum arbitror, quod mediusfidius mirificè sententiæ cõuenit, nisi me ludit animabilis illa insania, qua nostra plus æquo nobis probantur & placent, ut & simijs sui caruli. & quoniam hoc capite operam impendimus non tam illustrandæ obscuritati, quam emendan- 20 dis vitijs: quanquam & hoc ipsum vel maximè illustrat, sententiæ bonitate pereunte incommoditate verborum & inconcinnitate: in prima quoque Antoniana locum interductu rectè collocato elegantix suæ restituamus multis molestum, & non satis apertum. Nam à quibusdam sic editur, an si cui quod ille promisit, id erit fixum? quod idem facere non potuit: ut multis 25 multa promissa non fecit. ab alijs, an si cui quid ille promisit, id erit fixum: quod idem facere non potuit, ut multis multa promissa non fecit. hæc Muretus edidit, qui & se negationem traiecisse non dissimulat. ego planiorem fore sententiam, & minus salebrosam existimo, si hunc in modum legatur, An si cui quid ille promisit, id erit fixum, quod idem facere non potuit? ut multis multa 30 promissa non fecit. Negat enim ea Cæsaris promissa esse debere si x, quæ ille facere non potuit nec persolvere, facere enim promissum, est quod promiseris facere & persolvere, fidemque tuam liberare.

Vendere ocyma verna apud Persum, & quadam alia.

## CAPVT III.

35

IN eo ferè profundo puteo, in quo demersam Democritus latere veritatem putauit, horum Persij versuum sententia occultata videtur celari, Dum ne deterius sapiat pannuceæ Baucis,

Cum

Cum bene discincto cantauerit ocyma verna.

neque eam, ut poëtæ loquuntur, in dias luminis auras è tam obscuris lateribus proferre posse me venditauerim, sed conatum studiosum & operam gnauam promiserim, quæ si verum attingat, fortunæ potius quam eruditioni attribuat, ut si aleator venerem iaceret. Ego autem, ut ad rem accedam, magnò ambitu verborum pauca elocutum Persium existimo, ut poëtæ munifici interdum sunt, & verborum largi & propè profusi: sententiam enim puto, eum nò plus quam olerariam mulierculam sapere. olitores enim in abiectissimis & contemptissimis habebantur, ut prouerbium

10 indicat, Sape etiam est olitor valde opportuna loquutus:

Aul. Cell. lib. 2.

c. 5.

Mulieresque vilissimæ olera vendebant, & per urbem promercialia clamitabant. sic Petronius mulierem agreste olus vendentem dixit, & ab Aristophane Euripidi mater exprobratur oleraria, id est λαχανοπωλήστρια: quin & ipsum σιανδικοπώλιω ea de causa appellat, quòd ne hortense quidè olus 15 eius mater, sed agreste venderet. Lepos autem quæsitus est ex dicacitate muliercularum earum clamantium se olera venditare dissolutis & nequâ seruis, peculiumque intemperanter dissipantibus, quasi eos sint ad frugem & parsimoniam reuocaturæ. Speciem enim oleris pro genere posuit: nec tamen ab re fortassis ocymum nominauit, quod μισόδυσλον Græci ab odio 20 feruorum appellare solent. Sotion, τὸ ὠκίμων τέτι τι τὸ λεγόμενον μισόδυσλον, εἰς ἔδδ' ἐν ἔργων χερίσι μόνον. Ut autem, quemadmodum loquitur comicus Plautus, huius capitis inanimento supplementum comparem, illud explicabo:

— quantum non miluus oberret,

Pers. Saty. 4.

quod è natura illius alitis dictum crediderim, vago volatu & ingentes gyros in cœlo secante oberrantis. Illud item obscœnum quidem, sed tamen 25 nubilo quodam obductum, aperiendum:

Si facis in penem quicquid tibi venit amarum.

Saty. 4.

Cuius est sententia, si quicquid tibi libido suadet suscipis, neque ab vlla obscœnitate abstinens. est itaque post facis interducendum, ut dicatur, quicquid tibi venit amarum in penem, si id facis: quod est, si cuiuscunque tibi libidinis pruritus molestus est, molestaque velut verruca, morem geris, ut molestiam nefanda voluptate depellas. sic facilius expeditiorque sententia fuerit, ut docui, interpuncto collocato.

35 Præmia, præmiatores, glifces, caue canem, de paxillo suspendere, Pellionis supellex, sculponeatus, bigæ cornuta, simare, septuose.

## CAPVT IIII.

PRÆMIA dici apud Tibullum legimus, quæ nocturni fures & grafatores capiunt, aut rapta, inquit, præmia veste petat: inde eos præmiatores

Eleg. 2. lib. 1.

G 2 vocatos



Apud Non. in  
præmiatores.

vocatos crediderim à Næuio.

*Nam in scena vos nocturnos cepit præmiatores tollere.*

Glisceras menfas, opimas, opiparas, copiosas, & crescentibus epularum  
ferculis refertas, à gliscendo dici de Grammaticis didicimus. Inde etiam  
glisceis partem quandam suis vocatam crediderim, quæ in edulij non  
contemnendis erat: *Præcisum*, inquit Næuius, *omasum, perna, callum, glisceis,*  
*glandia.* Caue canem prouerbij more vsurpabatur à veteribus, cum quem-  
piam terrere vel arcere volebant: ac satyra quædam Varronis hæc inscri-  
ptione erat. Crediderim esse natum hoc prouerbium ex metu canum ra-  
bioforum, vel acrium & mordacium. Verba Varronis sunt apud Nonium, 10

Apud Non. in  
præcisum.

In præbitio.

*Quòd ea die mea erat præbitio, in ianuam, caue canem inscribi iubeo.* Cum, in-  
quit, eo die conuiuium præbere deberem, vt ab aditu mearum ædium de-  
terrerem, qui ad conditum venturi erant, inscribi iussi ianuæ, caue ca-  
nem, ne quis ingrederetur. sumptum est à Græcis. Nam apud Aristopha-  
nem in Lyfistrata, sic scribitur, *ἄλλ' εὐλαβεῖς τῶ κωῖα.* De paxillo suspendere, à supellecti-  
le translatione notionis ducta, quam suspendere vbi emimus domi sole-  
mus, significat apud Varroem parare: vt cum Zenonem dicit nouam in-  
stituisse sectam: proinde quasi eius secta sit philosophiæ supellex quædã:

Aristoph. Lyf-  
strata.

Apud Non. in  
Paxillus.

eius verba sunt, *Vbi dicatur primus Zeno nouam hæresin nouo paxillo suspendis-  
se.* sic apud Plautum supellex Pellionis dicitur palus palo proximus, quòd  
Pellio pauper esset, & palos nudos sine supellectile haberet. Et apud Var-  
ronem, *Vt nouum cribrum nouo paxillo pendeat.*

Pindarus od.  
1. Olymp.

Nam si quid nouæ supellectilis emimus, & nouum paxillum adfigimus  
vnde pendeat. Sic apud Pindarum *ἀλλὰ δωραὶ δὲ πὸ φόρμιγγα πασάλα λαμβανέ-  
ται.* sed & apud Homerum in odyssæa. *Simum pecus Nerei*, pro piscibus, qui  
quòd naso carent ea apellatione afficiuntur, dixit Liuius: etsi doctos vidi,  
qui delphinos intelligerent, quos Plinio auctore scimus simones fuisse

Apud Non. in  
pecus.

Apud Non. in  
Rurant.

vocatos. verba sunt Liuij, *Tum autem lasciuum Nerei simum pecus.* Sculpo-  
neatus, sculponeis calceatus dicitur à Varrone in Serano, *dum in agro stu-  
diosius ruror, aspicio Triptoleum sculponeatum bigas sequi cornutas.* Bigas au-  
tem cornutas hinc intelligo ioculariter dici boues duos oratores, quos ad  
aratrum iunxerat Triptolemus, qui frumenti semetem mortales edocuit.

Apud Non. in  
Rumina.

Cunina & Rumina deæ duæ obsoletæ illius antiquorum superstitionis  
fuerunt, quarum altera puerorum lectulis & cunis, altera mammis quas  
fugebant præerat, à Varrone in Catone, vel de liberis educandis memo-  
rabantur, quibus lacte non vino fiebat, vt inquit. Sunat, quod in Nonio le-  
gitur pro deprimis, falsi insimulo, & simat lego, *Simauit taxim ad nares del-  
phinus vt olim.* Mouet eam coniecturã & sententia, & quòd delphini simi  
sunt:

Apud Non. in  
Simat.

sunt: vnde & simonis nomine eos gaudere Plinius refert. Sepire veteres  
ambage quadam verborum rem obscurare, & quadam sæpe obducere,  
dixerunt, vt & circunuestire. Vetus poëta apud Ciceronem, *quandoqui-  
dem iste circumuestit dictus, sepit sedulo.* Vnde & septuofè pro obscure: *Ita,*  
inquit Liuius, *septuofè dictio abs te datur.* Sed satis insigniter variatum distin-  
ctumque hoc caput est vocabulis hinc inde corrogatis: verum æquè sibi  
ignosci postulat, ac superiora pleraque, quæ in eodem vitio sunt, si vi-  
tium est, quod ex professo facis, vt alijs plus profis.

Lib. 9. c. 8.  
Li. 3. de Orat.  
Apud Non. in  
septuofè.

10 *Fulmenta lectum scandunt, longè fugit, qui suos fugit, rumpitur anguis, forum  
diadematicum, internundinum, duellus.* CAPVT V.

FULMENTA lectum scandunt prouerbium celebre & vetus fuisse è  
Varrone Nonius tradit, nec explicat tamen. Ego ea adagione existimo  
significari, quod subesse debet, præesse velle: quod subijci, imperare co-  
nati. Nam quod lectum sustinet ac fulcit, subijci lecto non imponi debet.  
sunt enim fulmenta, fulciméta & fulcra: sed Nonij verba subijciamus. *Ful-  
mentum neutro, vt est in prouerbio veteri, quo Varro utitur sapius, fulmenta le-  
ctum scandunt.* Refertur & à Nonio titulus prouerbialis satyræ Varronis,  
*longè fugit, qui suos fugit:* quæ adagio non videtur abluere à Terentiana,  
*Ita fugias, ne præter casam:* quod est, ira fugias, vt ne nimium longè. nam ad  
casam id est domum, vbi tutissimum cuique perfugium est, cum perueni-  
sti, fugiendi finè facere debes. Opinio fuit apud veteres carmine sic infla-  
ri & distendi colubrum, vt disrumperetur: qua ex opinione dixit Maro,  
*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* & Lucilius,  
*Iam disrumperetur medius, iam vt Marsus colubras  
Disrumpit cantu, venas cum extenderit omnes.*

Apud Non. in  
Fulmentum.  
Apud Non. in  
Terentius in  
Phormione a-  
ctus. sc. 2.  
Virgil. eclog. 8.  
Apud Non. in  
Coluber.

Forum diadematicum à Varrone appellatum est forum illud pisæum, &  
iudicium, quo victoribus diademata & coronæ tribuebantur: *Pisis*, inquit,  
*diadematico foro præstatur virtuti laus: gelu sed multo ocyus senio tabescit.* Fuit &  
opinio olim lupum armis validum, tergo infirmum esse: Plautus apud  
Nonium, *Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.*  
ita vt in prouerbialem propè sententiam, vt ex hoc Plauti loco apparet,  
abijisse videatur. vt ex duello bellū factum est, è duellij bellij: ira quoque  
bellus duellus ab antiquis dicebatur: Titinius apud Nonium, *Lenti cali-  
do, duella rapula, rumice.* Nam duella rapula quid aliud est quàm rapula  
bella? internundinum spatium quod inter nundinas est veteres Latini vo-  
cauerunt: vt intermenstruum quod inter menses: Varro, *quoties priscus ho-  
mo ac rusticus Romanus internundinum barbam radebat.* Lucilius, *paucorū at-  
que hoc pacto si nihil gustat internundinum.* quod Nonius duobus verbis diui-

sum internundinum legit. Inorum quod ore caret poetica dictum est licentia à Turpilio de ostreis. nam ea pars in ostreis nulla cernitur. *In acta*, inquit, *cooperta age inoras ostreas*. In multatione antiqua, qua vel ouis vel bouis impendium poenaeque irrogabatur, dicit Plinius non omnittendam esse legum priscarum benevolentiam. Cautum quippe fuisse, ne bouem priusquam ouem nominaret, qui indiceret multam. ubi ea benevolentia legum sit, multi requirunt. ego in eo quod antè ouis quam bos nominabatur. Quis enim nescit leuius fuisse ouibus quàm bobus multari, qui & maioris aestimationis sunt, & aratores in agriculturæ instrumento numerantur. ita parcebatur colonis & patribus familias, cum potius oues quam boues impendere cogebantur, & leuiore poena defungebantur, armentis & iugis non ablati aut disiunctis: & ut ouibus & bobus multarentur, tamen irrogatio poenae à leuiore incipiebat, minori que terrori erat, prior minoris pecoris nominatione.

*Lyrae lyrae, per tempus obuiam est, dare nequam, ballista, muriatica, pensilis vna, prima cum, victitare sorbilo.* CAPVT VI. 15

Ut in alijs linguis, sic & in Latina verba quaedam sunt fictitia, vel effutitia potius, quæ nugatorium quiddam significant, tale est buttubata: sed & apud Plautum in Poenulo lyrae lyrae, hoc in versu Poenuli, 20

*Gerræ germanæ atque ædepol lyrae lyrae.*

scio quid eruditi horum verborum loco subijciant: hæc etiam verba exdecuriari ab alijs intelligo, & in albo lacunam patere: sed mihi membranarum quarundam peruetorum auctoritas fidem facit, lyrae lyrae germanum esse, & effutitium ut dixi, quod & antè monui. *Scitum est per tempus, si obuiam est verbum vetus*: vel ut alij legunt, *si obuiam it*, quo sensu dictum est? opinor significari verba vetera, id est prouerbia, & sententias, scita esse, cum tempestiuè vsurpantur. verbum autem vetus est, quod antè Agorastocles dixerat, deberi ei libertatem & grates gratias. Nequam veteres vsurpabant pro nequitia & malo, cum etiam in homine malo & improbo 30 poneretur: vnde iocus Plautinus,

*Vin' tu illi dare nequam nunc? Ag. cupio. Mi. en me dato.*

Ludit enim hinc ex ambiguo: cum dixisset, vin' illi dare malum & incommodare, ut qui responder intellexit: quasi tamen de se improbo seruo loquutus, præter expectationem subiecit, en me dato, qui nequam sum. Ut catapulta quæ in tormentis bellicis numerabatur, etiam interdum tragulam vel sagittam significat, quæ catapulta mittebatur, sic apud Plautum ballista tormentum videri non possit, ut sæpe, sed tormenti telum in Poenulo, *Cui iam infortunij intenta ballista est probe,*

*Quam*

*Quam ego haud multo post mittam è ballistario.*

Quamquam fortasse pro tormento non malè accipietur, quod mitti etiam dicitur, cum mittuntur ab eo tela. Ballistarium autem locus est, vnde ballistæ mittebantur. Quæ falsamenta ab alijs vocantur, ea & muriatica appellat.

*Quasi, inquit, salsa muriatica esse autumantur.*

Iterum, *sc. Negotij qui volet.*

*Scit muriatica ut macerent.*

Limare caput in Plauto coniungere Nonius interpretatur: sed coniungere ex eo significat, quod qui amatores cum amica caput iungunt, tanquam terunt & limant, sese mutuè fricando dum osculantur in venere: vetus 10 lexicon sociare explicat.

*Ac vide sis, inquit, nunquam cum illa limauit caput.*

*Siquidem, inquit, tu es mecum futurus pro vna passa pensilis: vna sæpenumero suspenduntur, ut passæ fiant: etsi alia ratio earum faciendarum est. vnde illud Varronis, pensilia, ut vna, sorba, ipsa ostendunt quando ad vsum oportet*

15 *teat promi.* Horatius,

*Tum pensilis vna secundas, Et nux ornabat mensas:*

*Quia non iandudum antè lucem ad adem Veneris venimus, Prima ut inferremus ignem in aram.* In membranis peruetustis reperi *Prima cum ut inferremus*, ut sit prima cum, pro cum prima luce, quod genus loquendi apud

20 Nonium in quodam auctore me legisse recordor. In iisdem membranis erat, *Ego faxo, Si non irata es ninnium pro te dabit.*

fat scio ninnium equuleum interdum Græcis significare: sed puto tamen scribendum esse, *numulum pro te dabit*, id est te pecunia sua liberabit. sed & illud sic lego, *Impias here te, oratorem verberas.*

25 *Impias autem valet, impiè facis, & scelere te contaminas.*

*Hem mihi iam video propter te victitandum sorbilo,*

valet, video mihi propter te vapulandum & gemendum: suspiria enim & gemitus vapulantium imitantur spiritum sorbentium. lego etiam,

*Qui bene volunt, bene vis item,*

30 non ut vulgo, bene visitent.

*Atque hic me ne verberet, illum faciat, nisi*

*Te propitio malè formido,*

hanc scripturam asserimus, quæ adiuuanda est gestu fustuario aut virgis vapulantium. illum enim, vapulantem intelligit vel herum plagas in ferentem & infligentem.

*Profecare exta, funditare, lenullus, clauator, condoctus, nec rectè dicere, tecum oro.* CAPVT VII.

QUANDO QUIDEM in manus Plauti Poenulum sumpsi, ex ea etiam-

G 4 num

Ænulo sc.  
Quid nunc mi-  
his.

num fabella huic libro aliquid aspergamus.

*Maiorem, inquit, partem minore habitas mea:*

sic è veteri membrana lego hac sententia: tibi licet impunè hæc ædes vendere in auctione. maior enim pars tua est, minor mea, vt accessiuncula mea impedire venditionem legemque mancipij non possit. 5

sc. Dij illum in-  
felicent.

*Iratus vetui exta proficariet.*

exta cocta solebant proficari, vnde & profecta dicebantur: ac partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusque dabant: partem sibi apponebant: sic lustralibus extis vescuntur apud Maronem. Tranquillus

8. AEN. c. 1.  
Ouid. Fast. 6.

in Augusto, *semicruda exta raptâ fâco profecuit*: Ouidius, 10

*Inde ubi libauit, profecta sub æthera ponit,*

Arnobius lib.  
2. adu. gen.

Arnobius libro secundo, cum Romulo Pompilioque regnantibus percocta plane & madida concremarentur dijs exta, nonne sub rege Tullo semicruda cepistis, & leniter animata porricere prisca obseruatione contempta?

Ibid.

*Lenulle de illac pugna pentethronica,* 15

Offirmato animo assero ex illa vetusta membrana, aliquantum tamen scriptura conturbata. Lenullus autem Prisciano teste diminutiuum est lenonis: nunc quidem lenullæ, quod excusum extat in quibusdam libris, quis explicat? At ille alter sensus disertus est, & Plautina venustate tinctus.

Lib. 3.

sc. Dij illum in  
felicent.

*Eo præsternebam folia farfari, lego, non prosternebant,* 20

id est, ante sternebam, ne viscus adhæresceret. Hic mihi non placet Seruij interpretatio, qui Farfarum fluuium Italiæ interpretatur: quasi verò de fluuio ac non de folijs arboris vel herbæ agatur? Est enim farferium herba nymphæ non dissimilis, populi folio, sed ampliore, quæ ferranum etiam

sc. Dij illum.  
sc. negotij qui  
voret.

& farfugium vocatur: Apuleio farfaria est bettonica. in membranis illis 25

sc. Dij illum in  
felic.

farferi legebatur. *Eos volantes iussi funditariet.* Funditariet valet, fundis peti: inde etiam illud, *tantula tanta verba funditat*, id est, iactat velut funda. mox etiam lego, *eum necabam ilico*, se enim id non alios fecisse, id est se volaticos homines interfecisse dicit. *Nequicquam hos procos mihi elegi:*

sc. Ira me dij  
ament.

procos pro proceribus, vt alio loco annoto, veteres dixere: sed hic irri- 30

Ibid.

sionem subesse puto, quòd senes sint, nec ea ætate qua procos quis suis filiabus deligere debeat. *si nec rectè dicis nobis*: nec rectè, pro non rectè veteres dixerunt, quod est malè: exempla passim & apud Plautum & Noniũ extant.

Ibid.

*Vinceretis ceruum cursu, vel grillatorem gradu.*

Hæc scriptura patrociniõ & assertione Festi & Nonij nititur: tantum ta- 35

men tribuo illis aliquot membranis, quas aliquando habui, vt earum lectiõnem testari & interpretari debeam, *vel clauatorem gradu*: sunt autem clauatores, qui claua vtuntur, vt qui corynetes est vocatus: sed & calones militum, ligneas clauas ferentes, quod genus hominum & laboriosum &

velox

velox est, cursorumque interdum officio fungitur. Is obsecro vos sensus idoneus est, qui cum irrisu explodatur, an potius qui hilariter excipitur, cum lepore comico nihil indignum præ se ferat?

*Fac modo vt condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.*

sc. iam tenes  
præcepta.

5 *M. Quin ædepol condoctior sum quam tragædi aut comici:*

sic in vtroque versu condoctum lego, non conductum, & membranis ad- stipulantibus, & fauente sensu. Condocti autem comici sunt, qui fabulam quam acturi sunt, vna fideliter edidicerunt gestumque agere sciunt. oportet enim histriones peritos esse, & fabulam quam acturi sunt simul edidi- 10

*Hodie iuris coctiores non sunt qui lites creant.* 1b. d.

Ridiculum dictu iuris coctiorem pro iuris doctiorem dicere, quod vrbani- tate comica conditum protulit, ambigui occasione vsus. nam & ius culinariũ coquitur, & coctus ac recoctus dicitur, qui in re aliqua tyro non est.

15 *Qui si nihil est litium, lites serunt,*

Ego lites emunt in sua iura repono. Nam quid contouersius & litigiosus esse potest, quàm lites emere? *Vos quidem hercle cum eo, cum quiqui, tamen & bene & benigne facitis*: alij pro, *cum eo*, magna animi libidine scribunt commendo, dum malunt sua somnia quàm poëtæ sensa proferre: cum in- 20

*Et quidem quasi tu nobiscum adueniens hodie oraueris.*

Nobiscum orare, pro, nos orare archaismus est in Plauto non infrequens, sed ideo notandus ne eius insolens lector mendii suspitione adductus ali- quid moueat loco & deprauer. *Capiti vestro id quidem, lego, non capite:* 25 ac optantis est, cum vt aliquid mali in alterius caput expetat desideramus: simile est illud Aristophanis, εἰς κεφαλῆ σου.

sc. Iam istuc ego  
reuerat.

*Hecate vlulata, amor, frons funerea, apud Maronem.*

CAPVT VIII.

30 A NOBILISSIMO poëtarum & facilè principe scribitur,

*Nocturnisque Hecate triuijs vlulata per vrbes.* 4. AEN.

quòd ea dea nocturnis sacris coli soleret, cum in dijs inferis numeretur, quibus noctu sacra facere religio antiquorum præcipiebat. veneficæ itaque ei tum operari solebant in triuijs, cum ea τριῶν à Græcis ista de 35

causa vocetur, à Latinis triuia: cum vlulatu autem ei veneficæ sacra faciebant. Horatius, *Cum Sagana maiore vlulantem*. Apuleius, *seu nocturnis vlul-* 40

Saty. 8. lib. 1.  
Apul. lib. 11. de  
asino aur.

latibus horrenda Proserpina. Nam Hecate Proserpina censetur. fiebant & ei sacra in locis solis procul ab hominum celebritate, vt ab Apollonio scribitur. cum autem ad sua sacra dea aduētabat, aut precibus euocata erat,

terra

terra tremere videbatur, audiebantur canes latrantes, thedarum fulgor cernebatur. Apollonius *πέειξ δέ μιν ἐσφάσαντο Σμερδαλέοι δρυῖνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες, Σφάπτε δ' ἀπειρέσιον δαΐδων σέλας, ἀμφὶ δὲ πύργῳ Ὀξείῃ ὑλακῆ*  
*χθόνιοι κούες ἐφθέρωντο. Πείσεια δ' ἔτρεμε πάντα καὶ εἶβοι.* Maro,

6. AEn.

*Sub pedibus mugire solum, & iuga caepa moueri*  
*Siluarum, visaque canes ululare per umbram.*

5

4. AEn.

Amorem eodem libro appellauit Maro philtion, id est medicamentum amorem concilians,

*Quaritur, inquit, & nascentis equi de fronte reuulsus,*  
*Et matri praeceptus amor.*

10

Amor enim de fronte reuulsus est philtion, quod hippomanes vocatur: quod tamen, vt multa alia stulta hominum & credula opinione recepta, vanitatis plurimum habet, nihil veritatis. sed poëtae erroris propagatores stultas inhæreere vulgo opiniones malunt, quàm eripi. Sed enim hippomanes non tam ad relinquendum amorem, quod se facere velle Dido simulabat, quàm excitandum inflammandumque valebat: hinc igitur fortasse reprehendi iure poëta posset. verum huic insimulationi facillimum est respondere. Nam hippomanes medicamento adhibitum eam vim habuisset: sed igni mandatum exustumque amorem penitus aboleuisset: quod quidem erat Dido factura. Cum autem ait,

4. AEn.

*Intenditque locum fertis, & fronde coronat*  
*Funerea:*

20

de verbenis intelligit, quas sacris adhibebant: sed verbenæ in sacro nocturno erant funereæ, vt è cupressu, non è læta fronde. Hæc ego, quæ indoctioribus fortasse non venissent in mentem, malui perscribere, vt ad intelligentiam poëtae perueniant, quàm sinere eos in nocturno sacro nocte quadam incitiæ & tenebris obductos errare.

*Horatius explicatur.*

CAPVT IX.

Hic tanquam in statera nobis appendendi sunt Grammatici & Rhetorum præstantissimus Fabius. Illi, Acro, Porphyrio in Horatiano versu,

Saty. 4. lib. 1.

Quintil. lib. 10. c. 1.

*Cum flueret lutulentus erat quod tollere velles:*

tollere explicant vno ore, sumere: at Fabius ita scribens, *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & esse aliquid quod tollere possis putat:* ibi tollere perspicue sentit esse rescindere de scripto, auferre, remouere vt superuacaneum: vt & alio Horatius loco ait, *Plura quidem tollenda relinquendis:* quod est, plura remouenda vt redundantia, quàm in poëmate relinquenda. sed tantum Fabij pondus est, vt terram & maria deprimat, tantum abest vt illa Grammaticorum leuitate tantum

tantum

tantum pondus æquo examine possit perlibrari. Venustè autem in medium tanquam producit Crispinum eodem multa scribendi verbosè & loquaciter, quo Lucilius, morbo laborantem, & fundentem extemporalem & subitam versuum tumidorum & garrulorum copiam, & omnia in celeritate scribendi ponentem. *Crispinus minimo me prouocat: accipe si vis, accipiam tabulas.* Hanc scripturam, vt magis dramaticam & comicam, quàm quæ editur, è lucifugis exemplaribus repetitam, in apertum referimus, vt melius prouocatoris exprimatut arrogancia. edititia est, *accipe si vis, accipe iam tabulas.* Figuratè autem respondet Horatius, præclarè secum à dijs actum, quòd eorum munere pauca loquatur. Nam quæ breuitas non optatior est, quàm tam importuna Crispini in poëmate ociosæ orationis profluentia? Quin tanquam poëtices nomine inuidiosus sit, extenuandi gratia & de inuidia deonerandi ait, sua scripta à nemine legi: & Fannium nescio quæ poëtam, cuius libros Romani & armario & capsâ, ipsi imagine donarant, præ se felicem prædicat: *beatus, inquit, Fannius ultro Delatis capsis, & imagine.* Vt verum fortasse sit, quod ab interpretibus scriptum est, hunc orbem diuitemque fuisse, & à captatoribus cum imagine eius carmina dicata fuisse in bibliothecis.

*Lictor summouet, lictor fœminæ, omine rato.*

20

CAPVT X.

LICTORES olim ante magistratus incedebant non tantum honoris gratia, sed ad turbam etiam plebis summouendam: nec tamen vt multitudinem summouere poterant, ita & arcere ac depellere poterant animi curas & molestias. Igitur ad illud lictoris officium credo Horatium eleganter respexisse cum scripsit,

*—neque consularis*

*Summouet lictor miseros tumultus*

*Mentis.*

Od. 16. lib. 2.

30 Quo significat honoribus homines non esse beatiores, cum felicitas animi tranquillitate censeatur, quam præstare non potest lictor. nam vt summouere possit hominum turbam, non tamen poterit vitiorum & perturbationum tumultum arcere. Huc pertinent illa Senecæ verba, *maiestatem lasam dixissem, si exeunti tibi lictor à conspectu meretricem non summouisset.* Iterum *summove, audis lictor, summove à pratore meretricem.* sed Horatianum illud minus est reconditum: sensus ille Plinij magis latet, cum scribit lib. 9. *Cupiantque iam & pauperes, lictorē fœminæ in publico vnionem esse dictantes.* eodem tamen modo exponendum arbitror, pauperes fœminas vnionibus gaudere, quòd in publico cum sunt, ipsis de via decedatur, videanturque



que diuites : vt margarita sit pro lictore foeminis, turbamque summoueat. audio doctissimos viros in alia sententia esse, emptoremque & licitatorum exponere. sed & verbis vim afferunt, & pro arguta elegantique sententia turpem & inelegantem comminiscuntur. Legendum autem illic

Lib. 9. c. 35. *puto, victumque Antonium pronunciauit omine nato.* cum autem homine irato reperissem in quodam vetusto exemplari, legendum aliquando credidi *omine nato* : sed in peruetustis membranarum, quae in bibliotheca diligentius afferuandae sunt, quam gemmae in dactyliothea, disertè planeque scriptum reperi, *omine nato.* nam firmum certumque omen ei factum fuit,

ibid. ipsum bello Actiaco superatum iri. In iisdem membranarum illud sic lego, *10 ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius, penè histrioni comparatus, & quidem nulla sponsione ad hoc producto, quo magis refugium fiat.* quo id magis regium erat, est publicatum : & quidem vix est quisquam qui non putet perbellam esse sententiam : mihi planè talis videtur. Itaque tantum abest, vt eam improbem, vt mirificè laudare soleam : sed alteram è rudibus antiquorum librorum erutam proijcere iniqui iudicauit esse : & ex ea licet elicere sensum idoneum, sponte non aliquo coactu Clodium vniones obforbuisset. sponsione enim interposita libertas animi videtur tolli, neque vtrumuis licere videtur : & qui sponsione vrgendus cogendusque fuit, refugit, nec libera animi susceptione fecit. refugisse igitur erit, id quod dixit, refugium factum esse. 20

*Dialectici, in aetate, temeritas, existimare, consequi.*

CAPVT XI.

CORNIFICIO libro 2. ad Herennium in amphibologia Dialectici non alij sunt quam Stoici, vt & aliàs saepe apud Ciceronem : nam quod diligentissimè rationem disputandi callebant, nomen vniuersum proprium suumque effecerant. Cornificius, *vehementer,* inquit, *pertinere cognitionem amphibologiarum eam quae à dialecticis profertur.* Argentario autem tuleris expensum, superuacaneum erat monere legi debere, nisi ita libros omnes

Li. 2. ad Heren. obtuleris occupasset, vt alterum illud tuleris velut iniqua quadam rogatione expulsus exularet : quod nunc ope nostra beneficioque ab exilio reuocatur. In aetate apud eum in versibus M. Actij, est interdum, genere antiquo loquendi. *Immune est facinus, verum in aetate utile* : id est interdum tamen utile est, & conducit : proinde, quia hoc conducibile aliquando est, se amicum castigaturum profiteretur. Nam, inquit, *amicum hodie meum Concastigabo pro commerita noxia.* Sunt, vt è Pacuuius scribit, philosophi qui fortuna negant miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi : qui in hac fuere sententia, temeritatem casum esse censuere, quod Graeci τὸ αὐτόματον

vocant,

vocant, quae Epicureorum sententia fuit. Fortunam autem deam quandam caecam ante ille, qui apud Pacuuium loquebatur, posuerat, quae tamen si inconsideratè omnia permisceret & turbaret, tamen sensu praedita esset : at verò casus incertas quaedam temerariasque rerum vicissitudines nullo rectore gubernatarum, sed vtcunque res tulit fluitantium cadentiumque significat. Ita altera sententia nullum imponit mundo rectorem praesidemque quae fortunam tuetur, administrationem numini mandat imprudenti caecoque, sed tamen sensum aliquem habenti. Caeterum cum eodem lib. scribitur, *quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur* : hoc genus refutandi imprimis firmum intelligitur, quod Graeci αὐτιπρόσθετον appellant : de quo, ne longior sumatur oratio, à Gellio lib. 5. differitur. Illud autem paruum dictum quidem, verum obseruandum tamen, quia ab aliud agentibus fortasse praeteriretur, existimari pro aestimari à veteri poeta in illo versu vsurpari,

15 *Quid eum accusem, qui id parui auditu existimet?* hic enim liquidò existimet, est aestimet : vt & apud Salustium scriptorem antiquarium. *Si quirites parum existimaretis, quid interius à maioribus relietum vobis, & hoc à Sylla paratum seruitium interesset.* Illud autem notandum, *haec si, vt conquisitè conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus.* Nam 20 *consecutus,* est perdidiceris, perceperis, quod Graecè ἀπολαβῆναι dici solet. ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia mox subiicit, *tuaque perceptione laetaberis, tu scientior eris praceptorum artificio.*

*Supponere cultros, quomodo caedebantur hostia, Maro & Iuuenalis explicantur.* CAPVT XII.

25 **H**OSTIAS solebāt veteres primum securibus caedere aut clavis, deinde prostratas suppositis cultris iugulare, idque à ministris popis aut victimarijs fiebat, quod ex Halicarnasseo intelligimus ita scribente, *θύειν ἵετον τοῖς ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ἐκέλευον. τῶν δὲ οἱ μὲν ἐξ ὧτος ἐπι τῆς θύματος χρυσάλη τῆς κροτάφου ἐπαγόν, οἱ δὲ πίπλοντος ὑπέλιθον τὰς σφαγίδας.* His Dionysij verbis, vt insertis in fenestras solis radijs totum conclaue illustratur, sic elucescit quod à Marone scriptum est libro secundo Aeneidos,

*Qualis mugitus fugit cum saucius aram  
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.*

35 malè enim impactam securim à ministro deijcere hostiam parante intelligitur. alio loco, *Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem  
Excipiunt pateris.*

antè enim securi aut claua prostratam victimam fuisse, postea iugulatam suppositis cultris accipimus. est enim cultros supponere, quod ὑποτίθει

H

ἢ ὀφθαλμῶν dixit Dionysius, sub collo & iugulo ponere, quod est iugulare: sed iugulare in sacris ne dicerent cauebant, cum ominis mali verbum sit, & sacra esset vitiatum inauspicata voce. sed & quod diximus, hostias antè solitas feriri clavis aut securibus à ministris, indicat Iuuenalis, qui tamen & ipse interim lucem accipit,

Saty. 12.

*Sed leta ostendens Clitumini pasqua sanguis  
Iret, & à grandi cervix ferienda ministro.*

tamen heroico ritu ipsi, qui sacrificabant, etiam hostias cædebant: quod & apud Homerum facit in foedere percutiendo Agamemnon, sic enim scribitur,

Hom. 3. Iliad.

ἦ, καὶ σπὸ τομαχοῦ ἀργῶν ἰάμεν λείη χαλκῶ.

12. Aeneid.

quod & in foedere fortasse etiam ab Ænea factum est & Latino lib. 12.

6. Aeneid.

Æneidos, etsi obscurius id scribitur, nec satis exprimitur. lib. autem 6. apertè dilucideque scribitur,

*— arri velleris agnam*

*Æneas matri Eumenidum magnæque sorori*

*Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam.*

hoc ego notandum breuiter esse putavi, ut ritus veteris notitia sensum poetarum magis hominibus aperiret.

*Disciplinabile, & quædam in Cicerone explicata.*

CAPVT XIII.

VERSUS est Pacuianus ex ea fabula in qua reuersionem Græcorum ab Illo scribebat,

*Iam domitionem reges Atridæ parant.*

Cornificius lib.

3. ad Heren.

de memoria Cornificius disputans, quo pacto huius senarij quis meminisse possit, hac imagine depingit: in loco, inquit constituere oportet manus ad cælum tollentem Domitium, cum à regibus Martijs loris cadatur. Hoc erit, iam domitionem reges: sed in hac imagine non satis perspicio quid lora, & illa manu in cælum sublatio adminiculi afferat. Martij omnino reges regum imaginem exprimunt, Domitius domitionem repræsentat: lora autem & flagra quid hinc adiuuent memoriam, non intelligo. sed puto hoc ipso iuare, quod imago ita sit acrior & actuosior, magisque sensum laceffat & commoueat, & memoriam ex eo efficacius exuscitet. sequitur mox in altero loco, *Æsopum & Cimbrum subornare Iphigeniam, Agamemnonem, & Menelaum.* hinc tragædos interpretor Æsopum & Cimbrum, qui Agamemnonis & Menelai personas sustineant, atque agant: & de illo quidè loco hactenus. Quæ autem est eodem libro disciplinabilis sciëntia? Nam quod disciplinabile vsurpat, vocem eo tempore natam, quo non homines sed

Musæ

Musæ Latinè loqui videbantur: & tamen, quæ est malacia nostra grauidarum fastidio delicatior, quàm nostra putarem infertam scripta esse contaminaturam, ut à peregrino penè vocabulo non Latinò offendimur, peneque ut à barbaro abalienamur & refugimus: ut in loquendo religiosiores esse videamur illis, quos linguæ auctores & conditores sequi & imitari studemus. Hic ego disciplinabile esse arbitror, ut si Græcè diceres μαθητὸν, διδασκλὸν, aut μαθηματικὸν: non ut hoc posterius ad quatuor illas nobiles disciplinas pertinet, sed ad ea omnia dilatatur, quæ disci comprehendique præceptione possunt. Est igitur disciplinabile, quod præceptionibus & institutionibus arteque & ratione aliqua doctrinaque cõtinetur. Id autem quia in alium sensum accipi fortasse ab adolescentibus posset, ne à voluntate scriptoris aberrent, quod non rarè accidit, scribendum esse duxi.

*Nonæ, idus, calendæ, Mars siluanus, præfamino, piaculo, si deus, si dea es, politiones.* CAPVT XIII.

15

CVM in enumeratione mensuorum dierum Nonæ & Idus antecedant Calendas, eaque Calendarum conditio sit, ut præter unum diem, reliquæ alterius mensis sint: etsi primus cuiusque mensis dies vocatur Calendæ, tamen in enumeratione trium illarum mensis partium cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas & idus Calendas nominarent. Itaque Nonas Idus Cal. dicebant, ne si secus nominarent, malè ominosum esset. Cicero tamen in Verrem Calendis, Nonis, Idibus dixit: in quo annotat Asconius, si modo intelligi quod annotat potest, ita vetustas eum locum delere conata est, religioso omine nominat multitudo Nonas, Idus, Cal. Cicero Calendis & Idibus Nonas addit, quamuis hoc pronuntiatione soluat, ac reפורum diuisione hoc dici videre possimus. Apud M. Catonem eodem modo in agrilustratione cum solitaurilia lactentia fiunt, in immolatione porci porcus nominatur. Inest enim in eo vis porrigedi, & alioqui porci in delicijs erant Romanis: contra in mactatione vituli & agni, nominibus eorum abstinetur. Nam in vitulo vis inest, in agno omen non nascendi. Mars quoque, etsi Marti Siluano res diuina tum sit, non appellatur, quod belli & vastitatis sit auctor: proinde ita scribit. *Nominare veta Martem, neque agni vitulumque.* Quod autem illic scribitur, *Ianum Iouemque vino præfamino,* id valet præfator. ergo quod sequitur, *sic dicito,* delendum est. Huc enim ab illis summissum est, qui præfaminum vinum adiectionis more dici censuere, aut interpretatione adscribere. Mars autem pater illic Siluanus est, ut & cap. 83. *Marti siluano in silua interdus.* Viduitas est calamitas, inquit Festus, propterea quod viduare & spoliare solet bonis: quanquam cum Cato paulò post calamitatè nomet, potius esse videtur sterilitas. Piaculo apud Cato

H 2 nem

C. 139.

nem eo cap. verbum est, quod expio significat, cum dicit, *te hisce solitariis piaculo*. antecedenti adiectiuum: *porco* inquit, *piaculo facito*, id est piaculari. subiicit mox, *sic verba concipito: Si deus, si dea es*. Hæc verba erant in precibus Romanorum solemnia, cum deos sexu distinctos, ut & homines, existimarent: in quo ab Arnobio illuduntur merito & reprehenduntur, cuius hæc sunt verba: *Nam consuestis in precibus, siue tu deus es, siue tu dea dicere*. Bonas autem preces precor dixit ibi Cato, quod & malæ preces sunt, ut diræ & destationes & imprecationes: etiam dicit bonam salutem idem dixit, quasi etiam sit quædam mala salus, cum minus comoda est valetudo & fanitas. Partiaro idem Cato fenum & pabulum dicit esse oportere quod bubus satis sit: cætera omnia pro indiuiso esse debere: id opinor, valet cætera ipsi esse cum domino communia. proinde ab eo non esse ut pabulum & fenum sumenda. Politor esse videtur, qui agros polit & colit, certam pro mercede frugis partem capiens, ut nonam aut quintam aut octauam, pro conditione agri atque bonitate soli: atque inde politio dicitur illa cultura, quæ pactione talis mercedis fit, atque adeo ipsa merces:

Arnob. adu. Genc. lib. 3.

C. 139.

C. 141.

C. 137.

Cato, *politionem quo pacto dari oporteat? in agro casinate & venastro in loco bono parte octaua corbi diuidat: satis bono, septima, tertio loco sexta: si granum modio diuidet, parti quinta, in venastro ager optimus ix. parti corbi diuidat*. Hic autem interest, cum corbi diuiditur aut cum modio: quod in corbi messoria sunt spicæ nondum tritæ, in modio granum sine spica purgatum. Quod sequitur, *eam partem in pristinum politor*, sic accipiendum reor, ut absoluta sit sententia, verbo tamen vno destituta, ut mox quod de tritico antè præcepit vel farre, idem in hordeo declarari intelligamus. Hæc si quis leuia putat, à me non dissentit, nec nunc ea madamus literis, quæ subductum aut contractum hominis postulent superciliū, sed quæ grauioribus studijs pro remissionibus & tanquam laboris condimento sint.

C. 135.

*Rupsit, noxix, inguen, sirit, occisit, duona, ob vagulationem, vapula Papi-  
ria, vindicia, vinulus.* CAPVT XV.

VIDENTVR veteres Latini in imminutione præteritorum tenues in duplices mutare soliti esse plerunque, ut ceperis capsis, præceperis præcepis, ruperis rupsis: ut in duodecim tab. apud Festum, *si membrum rupsit*, pro ruperit: noxis pro nocueris apud Lucilium,

Lib. 18. Apud Festum lib. 18.

*Inguen ne existat, papula, tama, ne boæ noxix.*

Eo autem in versu, quod oscitanter non fuit prætereundum, videtur Lucilius inguen pro inguinis tumore posuisse, qui *βυβων* & à Græcis dicitur.

cic. lib. 2. de legib. Rapis pro rapueris, *sacrum sacroque commendatum qui rapisit clepsit ve, parri-  
cida esto*. Non tamen id perpetuum. Siris enim apud Comicum & Cato-

nem,

nem, pro siueris positum est. Adiuuro pro adiuuero initio libri de Senectute: in duodecim tab. occisit pro occiderit. sed & in consonantes duas plerunque mutabant, ut amasso pro amauero, leuasso pro leuauero: idque in coniugatione prima creberrimum: etiam iusso pro iussero apud Virg.

Cic. lib. de Senect.

II. AENA.

5 At dixis est dixeris, faxis feceris duplici litera ut superiora: & infinita alia, quæ facilius auctores peruoluant occurrent, quam mihi cogitanti succurrent. Ut, *plenus sacculus est araneorum*. dixit poeta Catullus festiuè & venustè: ita pari lepore Afranius quem videtur imitatus scripsit, *tamne arcu-  
la tua plena est araneorum*. ut dicit pro bis, ita duona pro bona dixerunt ve-

Catull. epigr.

13. ad Fabull.

Apud Festum

lib. 18.

10 teres, ut & duellum pro bellum, Duellius pro Bellius. Affertur enim à Festo illud, *simul duona eorum portat ad naues*. sunt ista quidem pleraque magis abolita & exoleta, quam prisca nummi: quia tamen occurrunt interdum auctores rimantibus, ut protinus sine mora & molestia intelligantur, operæ non peperi meæ, dum alienæ consulo. Legem 12. tab. de vagulatione, id est vagitu, clamore & conuitio, sic legendam arbitror: non enim eam proponam ut per scripta extat, sed ut scribi debere mihi videatur. Cui testimonium defuerit, *is tertijs diebus ob portum ob vagulationem*

Apud Festum

lib. 19.

20 portum ad ædes: ob vagulationem, ad quiritandum & conuitium homini faciendum, qui ad testimonium dicendum non venerit. Vapula Papi-  
ria prouerbium est ortum à quadam ancilla, quæ libertate donata à Papi-  
ria hera sua, patronam mox contempsit ac manumissa & libertate freta, mox benemeritam ingraterè aspernata est. Ancilla enim illa continuò se libertam salutauit: cum patronam salutare deberet (qui enim manumissi erant, mox manumissori, salue patrone dicere solebant) & patronæ dixit per contemptum vapula Papiaria. Plauti verba sunt,

Apud Festum

lib. 19.

Apud Festum

ibid.

*Ideo dico, liberta salue, vapula Papiaria.*

Squales & scabres, pro squalidus es & scaber dictum est à prisca: Pacuius apud Festum,

Lib. 19.

30 *Squales scabresque incultra vastitudine.*

Apparet veteres hominum, quos execrabantur, caput velare solitos in poena sumenda: vnde illud, *Caput obnubito, infelici arbori suspendito*. Sic & voto vere sacro, qui nati fuerant & ad adultam ætatem peruenerant, velati extra fines exigebantur. Etiam in re diuina caput velabant, præterquam Saturno, cui non operiebant sed aperiebant caput, cum sacrificabant. In vindicijs apud Festum extat elegans Lucilij, sed corruptum tamen carmen, quod ita legendum suspicor,

Cic pro Rabir.

perduell. reco.

Lib. 19.

*Nemo hic vindicias, neque sacra aut numina retur.*

Cuius sententia est, nemo hinc ius vllum esse putat, aut vlla sacra aut numina.

H 3 na.

*Asinaria Sc. utrum istorum.*

na. Nam vindicias partem quandam iuris, pro iure posuit. Vinulus in Plauto mollis est, ex vini diminutione: cum enim vinum quod generosum non esset significare volebant, vinulum & villum appellabant: unde adiectivum vinulus est factum: neque enim aliud quicquam comminisci possum. meas autem coniuncturas quamvis leues nec sagaces eo libentius adscribo, ut doctiorum certiores atque veraciores eliciam. Etsi enim non est magnum damnum in huius vocabuli ignorata origine positum, tamen quia commodius est eam scire quam ignorare, eam persequi & peruestigare industriae potius diligentis fuerit, quam operae curiosae.

10

*Labarum, patricius, adscriptus glebae, domestici, comes sacrarum largitionum, comes rerum priuatarum, parochus.*

CAPVT XVI.

LABARVM genus esse vexilli nemini paulo humaniori ignotum est: 15

*Lib. 1. contra Symmach.*

cuius est mentio apud Prudentium hoc versu,

*Christus purpureum gemmanti textus in auro  
Signabat labarum.*

Reperi in vetusto lexico etiam laborum dici: ac me hercule sic scribi video apud Hermiam, *ἡ ἄτερρον δὲ τῶν σκήπτρων ὁ ῥωμαῖοι λάβαρον καλεῖσιν.* Utitur 20

*sozom. lib. 9. cap. 4. Tertull. in Apolog. c. 15. Lib. 8. aduers. gent.*

hoc verbo labari, & Ambrosius: sed & Septimius Florens in apologe-

tico scribit, *Sipara illa vexillorum & labarorum stola crucium sunt.* Eadem sententia apud Arnobium extat his verbis, *Nam & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorum quid aliud quam inaurata cruces sunt & ornata?*

Sed quae cantabra sint, non ita dictu promptum est: videntur esse cantabra quae Tertullianus labara vocauit. ego, si capitalis ista forte audacia nemini esse videatur, vnus literulae immutatione lubenter contabra legerim. Nam ut a candelâ candelabrum: sic a conto contabrum diceretur non ineptè: amplius tamen pronuntiabimus, & non liquere nobis dicemus: vocabula ita rara difficiles habent explicatus. Immo verò calumniâ 30

emendationis illam damnabimus, ac legendum affirmabimus, *signa ipsa atque labara*: cantabrum autem est Apicio & Caelio furfur. Alius erat ætate sequentium imperatorum patricius, quam superiorum & consulum.

Honos enim erat qui a principe deferebatur, eoque titulo & merito honoratus pater Imperatoris vocabatur, ut in institutis, de patriciatu lo-

*Tit. Quib. mod. ius patr. potest. solu.*

quens Imperator ait, *Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem*

*sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestare?* & apud Sozomenum, *ἔτιος γὰρ*

*sozomenus lib. 8. cap. 7. Claudian. lib. 2. in Eutrop.*

*μείζων ἂν τῶν βασιλέως ἐνέχων μόνος & πρώτος, ἂν ἴσμεν ἢ ἀκνηκόα μιν, ὑπάτε & πα-*

*ῖδος βασιλέως ἀξία ἐπιμήτην.* Claudianus in Eutropium,

—geni-

—genitorque vocatur

*Principis, & famulum dignatur regia patrem.*

Et quarto libro Epigrammaton,

*ἦ σεν εἰς χαμάτοις ἀμμώνιος δὲ βασιλῆος ἐστὶ πατήρ.*

*li. 4. epigr. 2. εἰς Φάρον ἀλεξάνδρ.*

olim igitur patricij ex eo appellabantur, quod patrem cieent, postea quos imperator patres ciebat. quod quidem & reges Franciæ imitati sunt, quosdamque satrapas, patricios vocarunt, quos antiquitatis ignari pares appellant. Adscriptitij glebæ qui a iurisperitis appellantur, cum agro vna seruebant domino, & cum fundis mancipabantur alienabanturque:

eorum conditio facile ex auctore Græco Sozomeno intelligi potest scri-

*sozomenus lib. 9. cap. 15.*

bente, *ἑπεξόπτει δὲ ταύτην καλήμερος τις ὁμόδελος τῷ ἀρχῶ.* In imperatoris comitatu erant milites & equites qui domestici vocabantur, quorum frequens est in Marcellino mentio: sed & apud Sozomenum *ἀδάκλφος δὲ ὁ*

*Lib. 9. cap. 7.*

*ἂν τῷ γαμετῆς ἀδελφὸς ἡγαμῶν τῶν ἰππέων δομεστικῶν καλεσμένων.* Equuleus tor-

menti genus est a similitudine nomen habens, quasi paruus equus sit. Erat autem machina lignea equo similis, cui imponebantur qui torquebatur:

eius crebra est apud Marcellinum & Senecam mentio. Sed & *ξύλον βασι-*

*sozomenus lib. 5. καὶ δημοσίαι παροισαγῶν παρὰ τὸ*

*βασσινοσύριον ξύλον ἀφ' αἰρεῖσθαι παρὰ τὰς τειν.* Comes sacrarum largitionum erat

*5. c. 11.*

quæstor ille, qui thesauris sacris id est imperatorijs & augustalibus pecunijs præerat. Comes rei priuatæ qui patrimonium Cæsaris curabat & administrabat. hæc verba & sæpenumero in iure & in Marcellino leguntur.

Eorum autem magistratuum ea quæ posui munera esse à Theodoro

*Theodoretus lib. 3. eccles. hist. cap. 12.*

colligi facile potest sic scribente, *φίλιξ μὲν ταμίης ὦν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν,*

*ἑλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τῶ βασιλέως κλημάτων & χρημάτων πλὴν ἡγαμονίαι πεπιτωμένους.* κόμητα δὲ περιβάτων τ' τοῖστων παροισαγορεῖν εἰώθασι ῥωμαῖοι. Non solum parochi sunt qui præbenda magistratibus redemerunt, verum etiam equi qui cursus publici causa præbentur, quæ tamen significatio a superiori deducta videtur. Ita fit ut in illa actionis, in hac perpeffionis sensus insit: *μικρῶ*

*30 δὲ & αὐτὸν διεχρήσαντο, εἰ μὴ τινι τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβάς χεῖρ' αὐτῶν ἔδεσσαν διεσώθη.*

*Cleanthas in accusatio, supercilio breuior coma, vexantur leges, porrigo, prurigo, vna luorem ducit, contingere melle, condita pyxide lyde, apud Iuuenalem.*

CAPVT XVII.

35 SCRIBIT Iuuenalis,

*Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas,*

*Saty. 2.*

quo in versu qua ratione sit ille accusatiuus Cleanthas formatus ambigi potest. neque enim accusatiuus esse potest quintæ declinationis Græcorum propter rationem contractionum. Est igitur primæ artico more. di-

H 4 cunt



cunt enim Attici Socrates in plurali, & Diogenas: eodem dictum modo accipio Cleanthas.

Ibid.

Atque supercilio breuior coma:

in Stoicos dicit, qui prae se ferebant magnam in vultu seueritatem, cum tamen interea clam foedis libidinibus dediti essent. hi, quod alere comam delicatum putarent & parum virile, capillum raserant, & ἐν ῥεῖθρον κριεῖαν erant: quod hic Iuuenalis dicit. Lucianus de Stoicis, ἄλλον κἀλει, τὸν ἐν ῥεῖθρον κριεῖαν ἐκείνον τὸν σκυθῶπρον, ἢ ἄπο τῆς ποῦσας. Peribomius autem, non Peribonius & e veterum librorum auctoritate, & syllabae modulo legendum est. Sed & frontis nulla fides, in priscis codicibus legitur, etsi fronti vulgo asseritur. 10 vtrumque de hac sede litigare potest, idque iure. Laronia autem in iisdem

Lucianus in vitar. auctione. Saty. 2.

Lib. 2. epig. 32. Saty. 2.

Lucæ cap. 7. Iuuenal. Saty. 2.

modò, modò Latronia reperitur: in Martiale Laronia, quod & verius puto: quanquam nec Lauronia eiicio: sed hoc perleue est. Quod si vexantur leges, valet si negotium est legibus exhibendum, & si aduocandae sunt contra vitia. qui enim vocantur vt veniant, eis labor iniungitur, & vexari 15 videntur: & sic in Euangelio scribitur μὴ σκύλλετε.

Vnius scabie cadit & porrigine porci.

quibusdam in libris melius pruriginem legitur, vt & in Iustino de Iudæis: cum scabiem & pruriginem paterentur. Isidorus in cutis vitijs, prurigo, inquit, vocata à perurendo & ardendo. Sed porrigo capitis videtur morbus esse, 20 furfuribus & farina quadam obsiti. Serenus,

Lib. 36. Isidorus lib. 4. etymol. cap. 8. Serenus c. 3.

Cum caput immensa pexum porrigine ningit.

Prurigo corporis pruritus & asperitas. Serenus pruriginem intelligit cum scribit, Pruritus autem salsos leuat humor aceti.

Serenus c. 6. Apud Non. in Porrigo.

Porrigo quoque apud Lucilium perspicue capitis est, eius carmen est, 25 Triste & corruptum scabie & porriginis plenum:

sed & apud Celsum. habere autem potius à porro olere nomen quam à porrigendo syllaba originem ostendente videtur.

Iuuenal. Saty. 2.

Vnaque conspecta liuorem ducit ab vna,

hoc ego de liuescentibus sub vindemiam acinis vuarum accipio ex populi opinione dictum, censentis vbi liuere & nigrescere coeperat vnus vuae acinus, protinus propinquum eo conspecto velut inuidia quadam similem colorem ducere solitum esse: dum denique tota vua maturesceret & nigra esset. quod autem in acino dixi, idem in vuis fieri censebant. vbi enim vua viderat vua maturescens & liuidam, eundem colorem ab ea trahi. 35

—supercilium madida fuligine tinctum.

hic archetypi & antiqui libri tactum habent. Tangere autem veteres pro tingere, imbuere, linere, aspergere etiam dixerunt: Lucretius.

Iuuenal. Saty. 2.

Contingunt mellis dulcis flauoque liquore.

Lib. 1.

rursus,

rursus, Croci contacta colore. Iterum,

—musæo contingens cuncta lepore,

id est imbuens, tingens: quomodo & tangere vsurpauit Cato. & Maro, & parco sale contingunt. in Lucretio tamen contingere à tingere, non tan- 3. Georgi gere multi interpretantur, nec à me reprehenduntur. sed & contacta colore non contacta legunt.

Nimirum summi ducis est occidere Galbam,

Iuuenal. Saty. 2.

Et curare cutem summi constantia cuius

Betriaci in campo spoliū affectare palati,

Et pressum in faciem digitis extendere panem.

10

hæc ego plura adscripsi vt doceam quo distinguenda pacto sint. nõ enim recepta interpunctio tam conuenit sententiæ, quam quæ à me introducta est: sensus est, parum consentaneum esse Galbam interficere & cutem curare. alterum enim viri fortis est, alterum mollis & fracti: nec constanter 15 facit qui acie palatium & imperium affectat, & tueri atque retinere conatur, & de statione sua dimicat & capite: & qui faciem mangonio & lenocinio fucat & expolit.

—sive hic recto cantauerit ære,

Ibid.

legendum est cantauerat: quod est, siue esset tibicen. dictum feliciter. id ex 20 eo scriptum, quod omina in nuptijs faustæque acclamationes adhibebantur: Papinius,

Vix dum emissa dies, & iam socialia præsto

Lib. 1. Syluar. in Epithal. sceler. & Viol.

Omina, iam festa feruet domus utraque pompa.

Segmenta & longos habitus.

Saty. 2.

Hic Seruius segmenta, monilia interpretatur: sunt & segmenta vestes 25 quæ velut zonis quibusdam ornatae & prætextæ sunt, vt Isidorus exponit.

In lib. 1. A. Eni. sic. lib. 19. etymol. cap. 22. Iuuenal. Saty. 2.

Et segmentatis dormisset paruula cunis,

de veste à Seruio explicatur, quod segmentata veste cunæ eius contactæ essent, quæ aureis velut circulis erat distincta, & gemmis in lineam cur- 30 rentibus variata. Segmenta aurea, Valerio Maximo videtur esse aurea monilia. Indignissimum porro censet eum nubere & in mulierem degenerare, qui & nobilissimus & salius Martis esset dei bellicosi & virilis & generosi.

—quod nil animis in corpora iuris,

Iuuenal. Saty. 2. Ouid. lib. 1. amorum eleg. 1.

sic in veteribus libris & melius: quanquam Ouidius scribit,

35

Quis tibi saue puer dedit hoc in carmine iuris?

Turgida non prodest condita pyxide lyde,

Saty. 2.

quicquid digladiantur Grammatici, legendum è iuratis libris existimo: ac de vnguentaria intelligo, quæ medicamenta promittebat sterilitatem curantia, qualia à medicis referuntur. Lydiæ autem mulieres turgidæ erant.

Papi-

Lib. 1. Sylvarum  
in cal. decemb.  
Saturnal.

Papinius, *Hoc plaudunt grege lydia tumentes.*  
Non putant, inquit Iuuenalis, esse vltos inferos hodie, nisi qui perpusilli pueri sunt, tu tamen inferos esse putato, & illic manes esse Curij & Fabricij iuuentutisque Cannensis. Cum igitur ad eos tales descendunt, nonne cupiunt se lustrari & expiari, vt contaminatos impudicissimorum aspectu? legendum igitur hac interpunctione,

Saty. 2.

— animæ, quoties hinc talis ad illos  
Umbra venit?

Ibid.

Lego etiam, — *Arma quidem ultra Littora Iuuernæ promouimus,* è scriptis libris sine interrogatione. 10

*Nunquid vis, felix cerebri, est paucorum hominum, tricesima sabbata apud Flaccum.* CAPVT XVIII.

Saty. 9. lib. 1.

IN illo elegantissimo & suauissimo festiuissimoque sermone Horatij, quo graphicè exprimitur importuni scurræ & hominis odiosissimi molestia, *nunquid vis occupo*, more Romano dictum est. sic enim loqui solebat, qui vel discedere ab aliquo, vel aliquem à se dimittere volebat. Terentius,

Eunucho act. 2.

sc. 3.

Saty. 9.

*Rogo nunquid velit: rectè, inquit, ab eo.* ait Horatius,  
— *o te Bollane cerebri Felicem aiebam tacitus.*

vbi Græcari videntur. nam illi *μαργελλο σε τῆ προφημιατος* dicunt, subaudiuntque *ερενε*, vt & hic subintelligitur causa. Cerebrosum autem fuisse Bollanum indicat, apertæque & ingenuæ libertatis & bilis hominem, qui molestos ferre nullo modo posset: sed eos obiurgaret audacter, & à se contumeliosè dimitteret amandaretque. Sed nec illud omittam, quod leue dictu est, & *totus in illis*, legi in antiquis exemplaribus, cum ab editionibus exulet coniunctio, qua quidem scio & sententiam carere posse.

*Trans, inquit, Tiberim longè cubat is prope Cæsaris hortos.*

Iulij Cæsaris horti trans Tiberim erant prope portam Portuensem: de industria autem locum longinquum in vltima vrbis regione situm mentitur est extra Ianiculum, vt affectatorem à se ablegaret atque remoueret. 30  
*Vnde venis & Quo tendis, rogat & respondet:* hoc ita interpretor, rogauit me vnde venirem & quo tenderem: & mihi quoque roganti vnde veniret & quo tenderet, respondit: vtrunque enim miro orationis compendio constrinxit. quod, inquit, solet rogari vicissim & responderi, vnde venis & quo tendis, rogauit & respondit. 35

— *est, inquit, tibi mater?*

*Cognati? quis te saluo est opus?*

habésne charos & propinquos qui tuo auxilio egeant, quos à te curari oporteat, quorum negotia à te geri, potius quàm me otiosè comitari, qui nisi

nisi te saluo & incolumi salui esse non possint, nec si te careant. Importunus ille & odiosus nebulo se omnes suos sepelisse ait, neque quicquam se negotij habere. Illud porro *aut valeo stare*, est: cum homines cogantur stare in iure ante prætoris tribunal, neque ibi sedere liceat, aut honestum sit, tandiu ego illic stare non possim, nec te iuuare queam, qui ius nescio. Ait apud Flaccum ille scurra, *paucorum hominum & mentis bene sanæ*, quod est, paucos in amicitiam recipit, neque vulgo ad eum familiariter aditus patet, neque se multis communicat, sed paucis iisque valde prudentibus sanisque. Apud Ciceronem de Fato, acipenser paucorum hominum per- 10  
facetè dicitur, ad cuius dapes multi conuiuæ non sunt adhibendi, quasi acipenser multis communicari nolit. Cicero, *nam cum esset apud se ad lacum Auernum Scipio vnâque Pontius, allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur: sed est piscis, vt ferunt, imprimis nobilis. Cum autem Scipio vnum & alterum ex his qui eum salutatum venerant, inuitasset, pluresque 15  
etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenser iste paucorum hominum est.*

— *eoque Difficiles aditus primos habet:*

Saty. 9.

qui se facilè vinci expugnarique sentiunt, cum quid ab ipsis petitur, se muniunt aduersus fallacium & audacium hominum postulationes, aditum ad 20  
se intercludendo. At verò tricesima sabbata significare videntur neomeniam, vt quidam non ineleganter censent, quæ feriæ tricesimo quoque die, mensis initio repetunt. Nam Iudæorum menses triginta dierum erant, vt menses Atheniensium: ac sabbatum pro festo die hic ponitur, ob sabbati cultum: & neomeniæ tricesima sabbata vocantur, ad discrimen sabbati septimi. Satyricum autem vocabulum est oppedere, honos auribus, 25  
ioci causa & risus positum, in feria oratione, & honesta & graui re non vsurpandum.

*Argumentum vltimæ eclogæ lib. prioris sermonum Horatij, sale defricare, caput flumiorum, seri studiorum.* CAPVT XIX.

30

SATYRA Horatij cuius principium est *Nempe incomposito*, vt appen- 35  
dix quædam & accessio libro priori subscribitur, vt Horatius fingit: hinc illud, *I puer, atque meo citus hæc subscribe libello*. Nam cum audisset aliquos iniquo animo ferre Lucilij reprehensionem, pro apologia imperat amantem suum, aut scribæ, vt hunc sermonem, quem dictauit vel scripsit pro clausula adiungat superioribus satyris. Urbem autem sale defricare in eo venustè & falsè dictum est. Nam cum sal dicta significet & faceta & ridicula mordaciaque, & soleamus interdum marino aut fossitio sale, quo in cibis & medicamentis vtimur, aliquid defricare vt palatum pecoris, qui dictis

96  
Columella li. 5.  
6. 11.

dictis facietis perstringitur, eum dixit sale defricari. Columella, totumque eorum palatum sale defricato. Sic & apoplectici, sale defricari solent, ut dolore excitetur sensus, qui torpet.

Saty. 10. lib. 1.

magnas, autem, plerunque secat res,

significat res magnas decidit, & transigit, melius quam acris & seuera, sententia: quasi διαρῆν, τέμνειν, διαχειρῆν dicat. At vero,

Cum versus facias teipsum percontor,

præcisè dictum est, sententiaque sic explenda est, cum versus facis, an decorum putas & concinnum intermiscere Latinis Græca, quod Lucilius fecit, & ludens postea Aufonius, sed sine reprehensione, cum de industria & opera dedita. Intermiscere petita igitur, ad duo pertinet per subiunctionem: vel potius quod in versu facis, interrogo te an faceres in causis agendis, si aduersarium haberes Messalam aut Pedium, essetque orator & patronus causæ durissimæ. Ergo cum versus facias, est, tu qui poëta es, an in causis id faceres, ut verba foris petita verbis patrijs admisceres oblitus patriæ & patris Latini: Latinè tamen antiqui videntur interpretes legisse, & vir politissimæ orationis & doctrinæ Lambinus eleganter legit. Seri, autem, studiorum, sunt indocti, qui serò discunt, aut didicerunt scilicet, neque

Quintil. lib. 1. c. 12.  
Saty. 10. lib. 1.  
Cæsar lib. 4. de bello gall.

sunt παιδομαθῆς, sed ὀψιμαθῆς. Fabius, quare qui in sua quidque arte optimè facit παιδομαθῆς dicitur. Defingit luteum caput venustè dixit. Nam & caput de fluminibus dicitur, ut Cæsar Rhenum duobus capitibus in Oceanum dicit effundi, ostia significans: & capita fluuiorum etiam dicuntur eorum fontes: sed & fluuij humanâ forma aquam vrna effundentes pingebantur, fingeanturque: & fingi dicuntur quæ è materia molli in statuas formantur, ut è luto & cera. At iste malus poëta & inelegans, non tam fingebat quàm velut figmentâ deformabat deturpabatque: nec tam è cera egregia faciebat opera, quàm è luto fingebat, nam & luteum negotium de vili roreumate dixit Cicero in Verrem. Garrire libellos dicitur, ut garrere sermonem, garrere garritum, argutè & dicaciter effundere & eloqui: ut Saty. 10. lib. 1. γάρρην ἀεθλα dixit Pindarus. vnde & garrere ortum videri potest. Denique ut dicimus ludere poëma. Cimex autem Pantilius, & ad contemptum dixit Flaccus, ex insecti nomine foetoreque omnibus inuisi, & quod ab eo roderetur mordereturque.

Cic. in Verrem 4. 6.  
Saty. 10. lib. 1.  
Pindarus od. 1.  
Olymp.  
Saty. 10. lib. 1.

Sandix, in cauo, notarius, notaria, disci corymbiati, lances pampinatae, boletate, boletarium, chlamys boni luminis. CAPVT XX. 35

Eclog. 4.

VERSUS est Maronis imprimis elegans, sed vna in voce tamen ambiguae & incertæ inter doctos interpretationis.

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

Plinius

Plinius sandicem herbam intelligit, & ut verum fateamur, est concinnior sententia, agnos inter pasendum eius herbæ, quam comedant, fucolorari. Contra tendunt recentiores Grammatici nec cõtemnendi: censent enim sandicem esse colorè è sandaracha & rubrica temperatū quod & Plinius reulit. Itaque nihil afferunt cur contemni Plinij auctoritas debeat, quæ etsi confirmanda non est vlllo testimonio, indebitus tamen & non necessarius produceretur testis, ut hoc Plinium non esse commentum intelligant: Hesychius enim ita scribit, Σάνδυξ δένδρον γαμινώδες, & τὸ ἀνθος γροῖάν, ἔχει κόκκω ἑμπερῆ, ὡς τῶσιβιος. Videtur & de herba loquutus potius quàm de pigmento Gratius cum scripsit,

Gratius de venat.

Interdum Lybico fucantur sandice pinnae.

Quasi ea stirps in Lybia proueniat: nisi si quis cõseat metallum illius pigmenti illic fuisse, aut officinam, quando in factitijs pigmentis erat: sed illud alterum de planta verius crediderim in Gratio, ut & in Vopisco, cuius hæc verba sunt, Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere si cureretur. Sed ut à poëta ad historicum transeamus, qui nostro more diuersa nectimus, & sertum varium pingimus: cauum in argento poni pro argento vasculario animaduerti, ut apud Trebellium, In cauo scyphos pondo duodecim. Iterum, Item in cauo scyphos & trullas pondo duodecim: id Græcorum imitatione dictum, sic κοῖλον vsurpantium. Eodem in scriptore notoria non esse videtur epistola notarij manu scripta literarum compendijs. Nam & Imperatores notarios habebant secretorum, ut in vita Aureliani scribitur: & alios præterea notarios, ut è Marcellino didicimus: sed & tribunis adducibus notarij dabantur, ut in Claudij vita, Notarium quem refundat unum. notarium autem descripsit Aufonius cum dixit, Puer notarium præpetum, Et Martial. cum scripsit,

Vopiscus in Probo.

Trebellius in claudio.

Trebell. in claud.

Epigram. 150.

ad notarium.

Martial. li. 14. epigr. 208.

Nondum lingua suam dextra peregit opus.

& Basilius in epistola, οἱ λόγοι πῶς φύσιν ἔπιπλερον ἔχουσι διὰ τὸ το σημεῖον γένησιν, ἵνα ἰπταμύων αὐτῶν λάβῃ τὸ πάχος ὀρθάφω. Sed esse videtur epistola quæ aliquid notum facit & indicat, aut scriptum aliquod. verba sunt Trebellij, Nihil mihi grauius accidit quàm quod notoria tua intima sti. legi & in antiquo lexico, cuius mihi copiam Petrus Daniel fecit, elogium esse cõtextum malorum gestorum, quod notoriam dicunt: atque ita in iure ciuili accipitur. Lenta quibus torno facili superaddita vitis

Eclog. 3.

Diffusos hedera vestit pallente corymbos,

Cum scribit Virgilius, intelligo celatum fuisse poculum hederæ corymbis, & vitis pampinis inter se mutuo nexu implicatis: sic apud Trebellium disci sunt corymbiati, & lances pampinatae, & pateræ hederatae. addit & Trebellius, voletare halienticum. vbi quidam legunt bolitera, quibus non

In claudio.

I assen-

assentior. legi aliquando pholeterium halieuticon, vt grandis discus esset, in quo velut stabularentur pisces: vel potius boletera, veluti piscium iactu quodam percussorem & captorem. Sed in Martiale boletarium reperio vasis nomen, quod & alijs obsonijs quàm boletis seruebat,

Lib. 14. epigr. 101.

Cum, inquit, mihi boleti dederint tam nobile nomen,  
Prototomis pudet heu seruo colliculis.

5

Apicius lib. 2.

Boletare etiam in Apicio legitur, vt lib. 2. & exinanes in boletari. Igitur receptam scripturam retineo, boletare halieuticum. Chlamydes veri luminis, cum ait, luminosi coloris & fragrantis, ardentisque intelligit, qualis est puniceus color & coccinus, nisi quis pro vero colore & claro limpido-

Trebell. in Claud.

Tertull. de pallo. in Claudio.

que ac puro intelligat. Tertullianus de Pallio, & quidem in fama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensura temperamento. Zanchæ Parthicae quæ illic scribuntur à Trebellio, sunt vestes Parthicae, quas de vestiaro suo imperator sumi iubet: estque vt reor zancha Parthicum vocabulū. hinc laneas alij malunt, quod si auctoritate veterum facerent librorum, ego

ibid.

non refragarer: sed cur ego coniecturam potius, quàm veram scripturam sequar? Pro orarijs sarabadenis, quando & meæ coniecturæ etiam mihi interdū non displicent, vereor etiam ne plus æquo placeant: non inuitus legerem saraptena ab vrbe Phœnices. lego etiā cucumã cypriam non cumacum: & cucullia villosa duo, non cucuria, vt diminutiuum sit à cucullo.

Insolatio, lanitium, dij magni, Pausus, Castores, lepra, inter falcarios.

CAPVT XXI.

At si vsquam cesses & figas in cure solem,

saty. 4.

scribit Persius. Zeno philosophus ἡλιοναίετος gaudebat, & sole cutem veteres curare solebant: hinc illud,

— & assiduo curata cuticula sole.

ibid.

Arnob. lib. 1.

ἡλιωπιῶν id est insolationem, cum corpora sole torrentur, in generibus remedium numerant medici: & Arnobius lib. 1. scribit, Nunquid ideo dicenda sunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur otiose rutilare se flammis? heliocaminus id est tanquam fornax solaria huc pertinuisse videtur. Si tibi lanitium cura est,

Georg. 3. Arnob. lib. 1.

cum Maro scribit, non tam curam lanæ significat, quàm lanati pecoris, vt ex Arnobio apparet sic scribente, Nunquid in culpa natura est, quod lanitijs extulit importunissimam belluam? Iterum, Lanitia curent vestra numerosis factibus multiplicari. Vt duellum bellum est, sic duellis apud Arnobium hostis, qui alijs perduellis est. Cur duelles cum pereunt lauum augurium non sum.

ibid.

—feror exul in altum Cum socijs natoque penatibus & magnis dijs.

3. AEN.

magnos deos à penatibus diuersos facit Maro: etsi multi eosdem censent, sed

sed

sed penates dij penetrales videntur fuisse, diique familiæ: dij magni illi, qui maximum imperium & numen habent publiceque coluntur, vt Iupiter, Iuno. Arnobius, non denique dij magni aut fingentes se deos genus omne mortalium territant. Iterum, hoc ergo dij magni nouerunt, perpetuantur, sentiunt.

Arnob. lib. 1.

5 deos magnos lares vrbs Romæ censet esse Asconius: ita enim scribit, & dijs magnis id est laribus vrbs Romæ dati sunt. Pausus deus videtur fuisse qui pausam afferret & quietem, quem bellis aduersarium, repugnantisque Bellonæ potestatis fuisse suspicamur ex Arnobio sic scribente, Qui Pausos, qui fatuas ciuitatumque genios, qui Pausos reuererentur, atque Bellonas.

Arnob. lib. 1.

10 Castor & Pollux Castores vocati etiam sunt ab antiquis: Trebellius Pollio, cum ob imperatorias literas in aede Castorum senatus haberetur. Capitolinus in Maximinis, cum ventum esset in aedem Castorum. Arnobius, Tindari- da Castores vnus equos domitare consuetus, alter pugilator bonus. Hydram, quã Latini scriptores excetram vocant, appellat idem Arnobius natricem,

In Valeriano: Capitolinus in Maximinis. Arnob. lib. 1.

15 quod serpens esset aquatilis: quod multiplicium, inquit de Hercule loquens, capitulum superauit compescuitque natrices. Lapidem quosdam religiosissime pagani colebant, & vt ad eorum cultum prætereuntes inuitarent, vngiebant: qui fortasse lapides diui à quodam Latino scriptore appellati sunt. Tales erant & agrorū termini Arnobius, si quando conspexeram, lubricatū la-

Lib. 1.

20 pidem, & ex oliui unguine ornatum, tanquam inesset vis præfens, adulabar, affabar. Quæ à domino in Euāgelio curatur lepra, ea non est elephantiasis, sed vitiliginosæ cutis deformitas: eã certè vitiliginem Arnobius vocat, de domini miraculis loquens his verbis, vnus fuit è nobis, cuius fœdæ vitiliginis infusioni obtemperabant. Iterum, vitiliginis, querqueras atque intercutis morbos, de

25 domini etiā miraculis verba faciens. Rursum, ille notas albicantium vitiliginum manu admota deterfit. Falcarij in Cicerone videntur esse qui falces faciunt: significare etiam hoc vocabulum potest eos, qui falces gerunt, vt contarij sunt qui contos habent: Capitolinus, Placuerat vt contarij cum eo transirent. quanquam non eo inficias quin & contarius in illa priore no-

Inuest. 1. in Catilina.

30 tione poni possit. Priscianus quidem meæ subscribit sententiæ, & apud Ciceronem venire inter falcarios interpretatur, venire in locum vbi erant falcarij: quod & Attico more dictum putat, vt apud Isocratem ἐν ἀλυσίσι, pro in loco vbi habitabant tibicinae. Genus quoddam fabularum. Milesiarū fuit, in quo Asinum suum numerare videtur Apuleius cum scribit st-

In Maximinis.

Lib. 18.

1. in Catilina.

In Arcopagiti: 10.

Lib. 1. de Asino aur.

In Claud. Al-

35 tim initio, At ego tibi sermone isto Milesio. & Capitolinus his verbis, cum ille nanijs quibusdã anilibus occupatus inter Milesias punicas Apuleij sui & ludibino- cra literaria consenesceret. Hæc est satira lax, velut variis obsoniorū generibus condita, dum opiparo magis apparatu volumus, quàm frugi cœna lectorem accipere, qui si ad epulas aliquas nauseabit, alijs fastidium de-

I 2 tergeat:



tergeat : & quod suo respuet palato , relinquat alterius gustui. Alij enim dulcibus, alij acidis delectatur, neque solū exquisitis cibis, sed etiā parabilibus & vulgaribus multi acquiescunt: quales multos appono: sed nō potest semper à Phaside auis peregrina peti, nec ex India condimenta quæri.

Passer Catulli, columba, vehitur passeribus Venus, myrtus asia, Aurunculeia, & quædam alia declarata. CAPVT XXII.

ELEGANTER & delicatè politissimus & doctissimus Catullus ludit in passere amicæ. quod eo facit consilio, vt cum amicam Veneris cultricē atque veneratricem sciat, auem eam ipsi tribuat, quam & veneream & faciem esse nouerat, quaque Venerem vectari nobilissima poëtria, & decima à Græcis musa appellata Sappho finxerat, cuius verba subscribā ad Venerem, ἀριμ' ὑποβύξασα χαλοὶ δέ σ' ἄρον ὠκέες τρουτοὶ πτέρυγας μελαίναι πυκνὰ διέοντες. Cui etiam deæ gratas esse columbas censebant, & in eius tutela putabant: ea quoque de causa columbam Iantidis Stella laudarat. v. hiculum quoque Veneris quadrigis olorum trahi poëtarum commentum est. Papinius de Venere,

— thalamique egressa superbum  
Limen, Amycleos ad fræna citauit olores,

quos & amori tribuit Horatius, — purpureis ales oloribus  
Comeffabere Maximi,

ubi vel purpereos dixit olores pulchros de purpuræ miranda pulchritudine, vt & Maro, — luménque iuuenta Purpureum, ita Horatium interpretatur Seruius: vel poëtica ad miraculum audacia est vsus, vt quem rerum natura non procreat in eo auium genere colorem, 25 eum fucaret. Quærit autem Catullus cui nouum suum libellum expolitū noua pumice donet: moxque quasi ei Cornelius Nepos statim occurrerit, respondet, Corneli tibi. debet igitur in expolito interfisti: quod ex Aufonio palam est ita scribente, Dein cogitans mecum non illud Catullianum, Cui dono lepidum nouum libellum: sed ἀμυσότερον non diu quasiui. Tu enim occur-

risti. Sed cum ait, Nec pratoribus esse nec cohorti, illud pratoribus, cui non scrupulum mouet, præsertim cum prætor vnus esset non multi, vt & paulò post in eodem dicitur epigrammate? Itaque non inscitè, sed bellè illi faciunt, qui quæstoribus legunt: sed cum amicus sit alter ipse, putemus prætores hic appellari, qui videbantur apud 35 prætorem multum gratia & amicitia valere, eiusque amici habebantur vt præfecti, legati, tribuni, contubernales: qui alteri prætores videbantur: vel censeamus pluralem pro singulari positum. Quod autem in eo epigrammate legitur,

At certè

At certè tamen, inquiunt quod illic Natum dicitur, cum ab vna puella dicatur, nō satis perspicio quo pacto illud inquiunt possit subsistere, nisi pro vt inquiunt intelligamus desiderato supplemento, quod non est frequens: alioqui potius inquit id vehementer contendere rim esse scribendum. Hic autem merus est Thyonianus.

Bacchus, inquit, iste merus est, non dilutum aqua vinum: sic vocatus est Liber pater posteaquam rediuuius è laniatione gigantum redintegratus est: Aufonius, Ne in sacris & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Urbium, illum de Dionysō, hunc de Hippolyto reformatum. Quod autem de Volusij

annalibus ioculari dicebatur obscenitate, idem de annalibus Tanusij celebratum fuisse in epistolis refert Seneca his verbis, Annales Tanusij scis quam non decori sunt, & qui vocentur. alij Tamusium tamen scribunt non Tanusium: sed Tanusium agnoscunt codices Tranquilli in Iulio. Cæterum,

Ridere catuli ore gallicani,

Est turpiter & latè inter ridendum os diducere, vt patulus erat oris rictus canibus gallicis venaticis. Iam verò,

Glubit magnanimos Remi nepotes,

genus obscenissimæ Veneris significat, vt & apud Aufonium.

Deglubit, fellat, molitur.

Myrtus autem Asia est Lydia, vel quod idem est, Mæonia. Sic autem regio ad Sardis Tmolum & Caystrum vocatur vuida & vliginosa & Myrteris aptissima. Illic & Asium pratium erat, & Asia palus. Interpretes quoque Apollonij scribit principio Lydiam vocatam fuisse Asiam. eius hæc verba sunt, ἀσία γὰρ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ λυδία, καὶ ὄμιρος ἀσίαν ἐν λιμῶνι, καὶ ἡ κατὰ

ἀσία λέγεται. Non tibi Aurunculeia periculum est, vir politissimus & in gremio Musarum educatus Muretus in vetustis legi libris affirmat, sic prima syllaba eius nominis à versu antegresso haurietur. Cottæ autem Aurunculeij dicebantur, quorum Aurunculeia Iulia è familia vt suspicor erat,

Alte cinctus, discinctus, mures, murina pelles.

Alte cinctum antiqui vocabant strenuum, fortem, virilem, minimè mollem: credo quòd genus illud cincturæ hominum non esset delicatorum. nam præcinctura vt fluxior & laxior in Cæsare argumentum habuit mollitudinis: & discincti quoque effoeminati habebantur: demissisque esse vestibus elegantie videbatur mollioris. sed è tabularijs eruenda fides est, quando in eo genere scriptionis versamur, quod signatis tabulis ferè confirmandum est. Seneca lib. epistol. 14. de Mecenate, Alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse

I 3 discin-

saty. 5. lib. 1. *discinxisset.* Hinc illustratur duobus locis Horatius,  
*Hoc iter ignavi diuisimus, altius ac nos,  
Præcinctis unum:*

saty. 8. lib. 2. id est quod unum esse solet strenuioribus. Iterum,  
*His ubi sublatis puer altè cinctus acernam  
Gausape purpureo mensam perterfit:*

id est, fortis & strenuus seruus mensam terfit: *Βασιλεύους* tamen mulieres  
Homerus, id est altè cinctas alio sensu dixit. Mures etiam antiqui, quod  
ex eodem Seneca perspeximus, intellexerunt non tantum domesticas il-  
las bestiolas penori infestas, omniâque rodentes: sed siluestres ferâsque  
bestias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt mar-  
tes & hermelini, quibus nobiles hiberno tempore pellitas gerunt penu-  
las, eo quoque nomine censerî videntur mustellæ, quæ si veriloquium se-  
quaris, sunt mures longi. Sed à præcone citandi testes sunt. Seneca lib. 14.  
epistolarum, *non hodièque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac  
murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt?* Iustinus de Scythis,  
*Lanaeque usus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vratur, pel-  
libus tamen ferinis aut murinis vestiuntur.* Mastrucas quoque illis Septen-

seneca lib. 14.  
epist. 97.  
lib. 2.

lib. 2. contra  
symmach.

trionalibus populis è pellibus tribuit Prudentius his versibus,

*Tentaui Geticus nuper delere tyrannus,  
Italiam patrio veniens iuratus ab Istro,  
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis  
Soluere, mastrucis proceres vestire togatos.*

id est, vestibus scortis: & à Claudiano iuuentus pellita eadem de causa  
dicitur: sic enim scribit,

*Castra cruore natant, moritur pellita iuuentus.*

claudianus  
panegy. de  
quarto honori  
consulatu.

Hodie quoque è Scythia frigidissimisque regionibus lautissimæ pelles  
murium afferuntur megistanum hiberno cultui. ad hanc classem referen-  
di sunt mures etiam pontici, & mures alpini, de quibus à Plinio in histo-  
ria naturali relatum est.

ADRIA-



ADRIANI TURNEBI AD-

VERSARIORVM LIBER

DECIMVS SEXTVS.

10

Catullus explicatus, specula, corruere, saltus.

CAPVT I.

15 **V**ERSVS Catulli sunt non perinde faciles ob ignorantio-  
nem historiae, *De comâ Berenice.*

*Anne bonum oblita es facinus, quod regium adeptæ es  
Coniugium, quo non fortius ausit alis?*

20 Sed quæ offusa est caligo sensui, discussa est ab Hygino  
Augusti liberto his verbis, *alij, inquit, dicunt hoc amplius* *Hyginus lib. 2. de signor. caest. historia.*

*Ptolemaum Berenices patrem multitudine hostium perterritum fuga salutem pe-  
tuisse: filiam autem saepe consuetam in equum insiluisse, & reliquam exercitus co-  
piam constituisse, & complures hostium interfecisse, reliquos in fugam coniecisse:  
pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit. Idem & Callimachi in-  
terpres Catullus canit,*

*Cognoram à parua virgine magnanimam.*

25 Sed & illud non sine quadam nebula est,

*Et Veneris casto collocat in gremio.*

Eodem Hygino auctore gremium significatur Arfinoës Zephyritidis: ita  
enim indigitabatur, & Venus appellabatur. Quid? Illud an sine nubilo est? *Lib. 2. de si-  
gnor. caest. hi-  
stor.*

30 *Ille quoque euersus mons est, quem maximum in oris  
Progenies Phthiae clara superuehitur.*

Montem autem Atho crediderim significari, quæ ducta fossa, admissoque  
mari continenti abscidit Xerxes: quamquam autem est maximus mons il-  
le, tamè eum gloriae suæ magnitudine & claritate superuehitur & superat

35 Achilles Phthiae clara progenies: nisi si dicat ultra eum montè Thessaliâ  
esse, eiusque partem Phthiam in qua diuinis honoribus colatur Achilles.  
Sed vt porrò pergam, & ex eodem poeta quædam explicare coner, car-  
men illud ad Ianuam æquè ac folium Sibyllæ obscurum & tenebricosum,  
mihi de Clodia intelligi videtur, quæ Cæcilio Metello nupserat. nam

I 4 Lesbia

Lesbia Catulli sine controuersia Claudia est. Itaque & inepigrammate scribitur nominatim,

Ad Iannam.

Non ita Cæcilio placeam cui tradita nunc sum.

Has igitur fores pulsavi & penè aperui, ac facile ex his quæ hîc posui fuerit in sensum si non penetralem, aliquousque tamen ingredi. Cùm autem scribit: *Brixia Chinæ supposita specula,*

Ibid.

Speculam montem Chinæum vocat. nam ex editis montium iugis prospectus peti potest, & lôgè lateque illinc licet speculari: sic apud Homerû,

—σκοπιῶν εἰς παρὰ λείωσιν ἀνελθάν,

Ad Mallium.

Cæterùm illud. — *Et in quo me corruerit genere,* submendosum quibusdam videtur: quod si est, non video quid accommodatius & appositius possit & propinquius populari scripturæ (quandoquidem sæpe euenire solet, vt in vicinum lapsus contingat) reponi quàm torruerit. Nec tamen corruere tantum concidere est, verum etiam

10

Lib. 4. de ling.

Lat.

Plautus Rudens sc. Qui homo.

deijcere, & pessundare, etiam conijcere vt apud Varronem, *spicæ corrun- tur in corbem,* & congregare, vt Plauto in Rudente corruere diuitias: quæ quidem notiones verbi ex eo manarunt, quòd quæ in corbem deiiciuntur, multa simul etiam coniecta sunt atque congregata: sed torruerit utique mihi placet, quia mox adiungitur, *Cùm tantum arderem, quantum Trinacria rupes:* quod significationi torrèdi nõ corruèdi cõuenit. & alio loco,

15

De Cælio

Quintio.

Ad Mallium.

*Cùm vesana meas torreret flamma medullas.*  
— *quæ Themis, inquit, olim Antiquis solita est munera ferre pijs.*

20

hic Themis iustitia esse videtur, vel dea iustitiæ custos: quanquam Hesiodus iustitiam Iouis & Themidis filiam in originibus deorum ponit. iustitia autem antequam relictis terris hominum scelere pollutis in cælû subuolasset mortales omni bonorum foelicitatisque genere cumulabat, vt seculo aureo & argenteo. Cùm porrò scribit,

25

De saltu firmo.

no.

Lib. 4. de ling. Lat.

*Firmano saltu non falso mentula diues,* saltum pro magna possessione accipit, vt à Varrone memoratum est in libris de re rustica. E lepido igitur concinnoque poëta hæc quæ annotaremus selegimus, quæ si lectori ingrata futura non sunt, pretium operæ absoluerint: sin ingrata sint, æstimationem alijs scriptoribus, qui in hoc genere collectitij velut æris se occupant, quæsiuerint. nam horum comparatione meritò plaris erunt.

35

*Habuuerit, fluida, mulcat.* CAPVT II.

ANIMADVERTI veteres solitos interdum productionis causa hiatus breuitatem literæ u alterius supplemento extendere: sic in præterito pro

pro pluit, etiam pluuit in historicis reperimus, & è consuetudine producendi habuuerit pro habuerit apud Plautum in Asinaria,

Asinar. sc. Age dum istum ostē de.

Lib. 2.

*Tot reddat spurcas, quot puras habuuerit.*

Eadem planè formula pro fluido etiam fluuidum extulit Lucretius:

*Sed quod amara vides, eadem quæ fluida constant.*

Idem quoque cùm liquida tendit, liquida duplicato u scribendum existimo, vel u pro consonante exaudiendum, vt in silua. idem poëta erit toti huic capiti vestigalis. obseruasse genus dicendi in eo ipsa raritate insolens mihi videor. Nam vt archaismus priscorum, omnes homines qui sese studeant præstare, efferebat, pro qui student præstare: & apud Plautum scri-

10 *ptum est, Atque ego me id facere studeo,* pro ego facere studeo. rursus in Casina, *Quid velis modo, id velim me scire,* pro velim scire. sic in simili ferè genere, sed adhuc inusitatior eloquutus est hunc in modum Lucretius,

sallust. in bell. Caril.

Casina sc. vt illum dij.

Lib. 2.

15 *Sed nihil omnino recta regione viai Declinare quis est qui possit cernere sese?*

pro quis est qui possit cernere. & lib. 1.

*Quippe etenim quam multa tibi me fingere possum,*

Lucret. lib. 1.

20 pro fingere ego possum: sic enim in libris antiquis reperitur, qui si errant, ne in nos culpa conferatur. ex hoc poëta etiam intelligimus pleraque neutra, quæ hodie in ar desinunt antiquo ritu desuisse in are: pugillar pugillare, exemplar exemplare.

Lucret. lib. 2.

*Exemplare, inquit, dare, et vestigia notitiae.*

quæ in mentum etiam in men, vt fundamentum fundamem, momentum momen. *Tantum, inquit, quod momen mutatus dicere possis:* id est momentum mutationis. In illo autem versu,

Ibid.

*Prætereaque solere vias restringere nostris,*

Ibid.

30 pereleganter restringere est aperire, & quod constrictum erat laxare, vt & apud Plautum restringere dentes, quod irritati canes dum ringuntur faciunt.

Captiueis sc. Miser homo est. Lucret. lib. 2.

— *quapropter ubi ipsam*

*Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debet.*

id est debet surripere & subtrahere motus. sic enim singulari non plurali numero legendum auguror. Sed amabo te, cur toties à Lucretio dicitur inane vacuum: an quòd inane aliquod sit plenum, à quo distinguat? Inscitum id quidem & delirum sit. an quòd poëtico iure adiunctionem addidit non necessariam? ne id quidem credo: sed quod aëris plagam solent etiam inane appellare latini, discernendi dirimendi que causa inane vacuum appellauit: vt cùm scribit, *per inane meant vacuum: & non per inane*

Lucret. lib. 2. meat

meat vacuum, quod scilicet per aeris regionem feratur, in qua etsi inanitas est, non tamen omnino vacua, nec sine corpore: idque nos ante recordamur explicasse: lego autem,

Ibid.

Quapropter simul inter se tardantur, & extra Officiuntur.

5

illud quoque sic in cartharum veteramentis reperio & amplector.

Ibid.

Illa quoque in solis qua lumine cernere quimus, Ne quibus id faciant plagis apparet aperte.

Trinummo sc. ne, hic more prisco est non: ut apud Plautum, nisi ne vis, pro nisi non vis: Neque fuit neque erit. ego vero libris araneoso situ squalidis auctoribus versus hos sic lego,

Lucret. ibid.

Denique multa vides, quibus & color & sapor una, Religionem animum cum turpi tangere parto, Reddita sunt, cum odore, imprimis pleraque dona,

10

tantum ne quid dissimulem in vetustis libris, euariat quod contingere parato scribitur: ego eum tangere parto, emendo sensu poscente (nos enim sollicitos habet religio cum contra aliquid quaesiuimus) vel cum tingere parto, id est cum ob turpe partum superstitione tingeris & imbueris, alterum tamen prattulerim. Usurpat & mulctare pro mulcere, quando auctore Prisciano mulceo mulsum & mulctum facit in supino: sic enim scribit, Omnis enim sensus qua mulctat causa iuuatque Haud sine principali aliquo lauore creata est. quidam etiam multat legunt, alij mulcat. verum mulcat apud Tacitum est laedit: & in antiquo lexico lego mulcat, verberat, cruciat. Veteribus tamen libris & Dionysio Lambino assentimur mulcet in Lucretio legendum esse. Sed iam satis hoc caput excreuit, eiusque hic finis sit.

Ibid.

Titiulitium, eij, culex, remittere sub furca, lingulaca, certamen, exponere cubito, corbita cibi.

25

CAPVT III.

PLAVTINVM salem nostris interdum aspergimus studijs, quo fastidium illo velut condimento detergamus, vel tedium seueræ musæ leuamus. ex eius itaque fabellis quæ non inutilia fore lectoribus credimus, interea enotamus, & in has paginas referimus: velut è Casina quædam hic excerpta sub signabimus.

Casina sc. vna ad epeol opera.

Non ego istud verbum emissim titiulitio.

Lib. 18.

Titiulitium hic Festus nullius esse significationis scribit, ut apud grecos uullius est σκινδαφός & βλιθυε: sed auctor non contemnendus Fulgentius, Textiulitium legisse videtur, cum ita scribat, Textiulitium dici voluerunt fila putrida, qua de telis cadunt. hic ergo textiulitium rem vilissimam interpretor. tamen autem videtur Felto effutitium temerè vocabulum ad vilitatis & contemptiois significationem, tamen origo ac natales, à quibus

Fulgentius lib. de voc. ant.

35

bis deducit Fulgentius, magnam verisimilitudinē præ se ferunt. ut enim in textiulitium vilitium inest vilitatis sententia: sic antegressam vocabuli partem sensus expertem de nihilo iactatam esse non est credibile: titi autem cum sensus nullus sit, & sit texti, textiulitium dictum putemus. Sed si Fulgentium sequamur, in mensione versus vna erit syllaba supprimenda, dicendumque textiulitium. In ea autem fabula eij scribendum, ut prior syllaba producat, duobus his locis,

5

Senex hic maritus habitat, eij est filius, Iterum, Sibi istam uxorem is sperat, si eij sit data. inquit Plautus, Eho tu nihili cana culex, vix teneor, quin qua decent Te dicam,

Casina in prologo.

sc. Omnib. reb. ego.

10

hæc cum de amasio sene dicantur, sic mihi persuadeo, culicem hinc figuratè amatorem esse, quod cum sua promuscide formosorum & formosarum cutem culices pertendant, & tanquam quodam siphone sanguinem eliciant, amore quodam eorum capti esse videantur. Meleager poeta lib. 7. Epigrammaton quadam zelotypia æmulatur culices, ac eis malum minatur nisi se Zenophila ipsius amica abstineant. sic enim dicit,

15

—λήγετε τὸ λυμὸν ἢ γνώσεθε χερῶν ζηλοῦτων δούραμιν. Idem culici amoris internuncio ad Zenophilam mandata dat.

20

Sine, inquit, modo rus veniat, remittam ad te virum Sub furca in urbem, tanquam carbonarium.

sc. Sine modo.

Furca aprati gestabantur carbones, & furciferi serui sub furca plectebantur, & in exemplum traducebantur. ærumnæ etiam furculæ erant, quibus onera tollebantur ferebanturque. Non dubito autem quin lingulatæ legi debeat non lingulacæ, si analogiam sequamur, sed consuetudinem expugnare difficile est. Itaque ut nec pastinacam improbamus, sic nec lingulacam explodamus. Eam distinguere videtur Plautus à solea, de qua paulò antè locutus est: sed ut opinor, id tantum risus causa fecit, cum idem piscis sit, qui βούγλωσσος Græcè vocatur: aut soleæ certa species erit lingulam bouis propius referens. Quod autem subijcit uxorem esse nimis lingulatam, vel potius ut editur, lingulacam, significat eam esse nimis argutricem & verbosam & garrulam, & ut dicere solemus, linguacem. Obseruandum autem est specimen spectamen & certamē eiusdem interdum prope significationis esse. Nam certamen pugnam & dimicationem non semper significat. Plautus,

30

Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.

sc. Nunc amicitia

Fulgentius, catillare in hac comœdia interpretatur esse catellorum more circum domos ire & girare: Plauti verba sunt,

Operam uxoris polliceor foras quasi catillatum,

sc. ut propinquarem.

Alij



Alij tamen à catillone malunt vim verbi eruere, quàm à catellis deriuare. Reperitur & catillæ in antiquis libris, vt alio loco docemus. Sculponeas idem, quæ calceamenta sunt rustica in Catone & meo etiam iudicio in comico Plauto, idem tamen Fulgentius explicat cestos esse plumbo ligatos: verba sunt Plauti,

cap. 59.  
fulg. de vocib.  
ant.  
sc. sine modo.

*Qui quæso potius quàm sculponeas?*

at verò illud, *sepit veste id, qui estis*, id est obducit veste naturam eam qua mulieres sunt, quæque honestè non potest nominari. sic naturam qua mulieres sunt dixit Varro de re Rustica. legi autem in membranulis,

Lib. 2. c. 4.  
sc. Neque quò  
fugiam.

*Tanquam senex abs te decumbam,*

quod est quasi essem maritus tuus, qui abs te decubarem, & Veneris furta clam tentarem. Illud in iisdem membranulis sic exaratum erat

sc. Vbi tu nunc  
es.

*— hac ibo caninam scæuam spero meliorem fore.*

hic scæua omen est & augurium, estque & bona scæua & mala. est igitur canina scæua, cum canis latrat, aut ringitur. ait enim minus grauem fore seni canis latratum, quàm probra & contumelias & iurgia quibus ab vxore rixosa onerabitur: quod quidem & supra attigimus. Iam cubito exponere, pro cubito deijcere & profernere, eleganter dictum est, quod sumptum est ab his, quæ è naui exponuntur, vel mercibus, quæ expositæ sunt.

sc. sensum su-  
per.

Cæterù corbitam cibi lego, nō vt editur, corbitant vbi: verba Plauti sunt,

sc. Nec pol ego.

*Ego noui illas efrices, corbitam cibi*

*Comesse possunt.*

Corbitam autem cibi interpretor onerariam cibo refertā, vt Cicero nauem auri & paleæ dicit. Nam corbitare verbū inusitatum & inauditū est.

*Lædere manes, in Tibullo, dens clauis, dij magici, Bubastis, cista sacrorum.*

CAPVT IIII.

VELVT recensioem quandam nonnullorum Tibulli locorum, & explicationem leuem & expeditam & succinctam hoc capite instituimus.

Eleg. 1. lib. 1.

*Tu manes*, inquit, *ne læde meos*: hoc, vt opinor sentit, noli ipsa tibi manus afferre in meo funere, noli radere tuas genas, dilaniare vestem, scindere comam. hoc enim si facies, me offendes, lædesque manes meos.

Ibid.

*Seu referat fixo dente puella fores.*

Dentes in clauibus dicebant. Germanicus in Arateo carmine,

*Qualis ferrato subigens clauicula dente,*

*Succutit & foribus redducit vincula claustri.*

hïc ergo fixo dente est inserta clauis.

Eleg. 2. lib. 1.

*Sola feros Hecates perdomuisse canes:*

Hecaten veneficorum præsidem veneficæ susurro magico eliciunt canibus

bus comitantibus occurrentem, vt diximus: Horatius,

*— serpentes atque videres*

*Infernas errare canes.*

Maro,

*— visaque canes ululare per umbram.*

*Concidit ad magicos hostia pulla deos*

Eleg. 2. lib. 1.

Dij magici sunt, dij inferi, Pluto, Proserpina, Hecate, quibus immolabantur hostiæ furuæ.

*Sertaque de sanctis deripuisse focis,*

id est de aris, lego non diripuisse. *Quid tua nunc Isis tibi Delia?* sanè Isis multa curabat valetudinum genera, & eius etiam tutelæ commissi erant

Eleg. 1. lib. 1.  
Eleg. 3. lib. 1.

nauigantes vt Lucianus scribit: quibus nominibus eius sacra obijt Delia peregre mari Tibullo profecturo. In eius deæ comitatu ex Ouidio didicimus fuisse Bubastin, quam secuti notationem nominis, ælurum diximus: verum sic Diana ab Ægyptijs vocabatur. Nicarchus libro 1. Epigram.

*Ὅστω βέβαιος καὶ ἀλύσει· εἰ γὰρ κείνη*

*Τέξεται ὡς αὐτὴ, τίς θεῶν ἐστὶ λόγος.*

15

*Dum vehet amnis aquas*, hoc quadam dicitur phantasia, vt grammatici loquuntur, vel opinione quasi amnes ipsi animati sint, & aquas portent suas.

Eleg. 4. lib. 1.

*Curtius suas tantum aquas vehentem.*

*Effluit effuso cui toga lapsa sinu,*

Eleg. 6. lib. 1.

vel fortasse laxa: qui laxius cingebantur, neque togam arcto fatis nodo adstringebant, & delicati habebantur & amatores, vt Iulius Cæsar & Mæcenas, qui discinctus, malè præcinctus, & tunicā habere solutā dicebatur.

*— ducorque capillis Immeritò, proprias proripiòrque vias.*

Ibid.

In eam immeritò, cum innocens sim, rapior viam, qua veni ad amicam, & ab ea capillis correptus in meam retro reijciòr viam.

25

*Ducit inops tremula stamina torta manu.*

Ibid.

In maximis numerabant malis colo vitam miserè tenuitèrque tolerare. Iuuenalis,

*Horrida quale facit residens in codice pellex.*

Saty. 2.

Addit & Tibullus in senectute, vt ex ætate quoque mala, accrescat cumulus ærumnis.

30

*Frigidus intonsos Taurus alat Cilicas,*

Eleg. 7. lib. 1.

hïc intonsos Cilicas vocat, vt existimo, eos qui Taurum incolebant, quæ pars trachea Cilicia dicebatur, montanaq; erat, populos intonsos & feros habens, quos asper mons alebat, non campus frumentarius.

*Et lenis occultis conscia cista sacris*

Occultabantur in cistis orgia Bacchi & sacra Isidis & Osiridis, & aliorum deorū arcana mysteria, & secreta mystica. Apuleius, *Ferebatur ab alio cista*

Lib. 11. de asino  
aur.

*secretorū capax, penitus celans operta magnificæ religionis: vnde Martialis cistigeros vocat, qui & contemptui erant: eius verba sunt,*

*— nupsisti Gellia cistigero.*

& manasse hinc crediderim vocabulum Cistophori nummi, quòd percussus esset forma cistam ferentis.

illeg. 9. lib. 1.

In cinerem, & rapidas munera vertat aquas.

Parum mediussidius abest, quin putem Tibullum versum Homericum esse interpretatum.

Αλλ' ὑμῖς μὲν πάλιν ἕδωκεν γαῖα γένοιτο

quod est, vos omnes terra & aqua efficiamini. Hæc ego è libro primo Tibulli saltuatim collecta bonorum iuuenum lectioni transmittere volui, quæ etsi magna non sunt, aut recondita, tamen vt humiles myricæ interdum, reptantesque per humum lasciui hæderarum pampini, & in tabernarum fronte promptæ merces, non in interioribus penetralibus & hypothecis latentes homines delectant: sic bonos iuuenes, nec obrectandi malignitate morbosos fortassis ista delectabunt.

Tytirus, auena, seruus ad pedes, pacta conuentaque, mercatura, venales, rectum libramentum, tuber, foro cedere, spondere in incertum. CAPVT V.

TYTIREs apud Maronem calamo canit, & vt pastor, & quòd tytiros etiam calamus est auctore Hesychio: & tytirenus monaulus vel tibia calamina quæ auena etiam dicitur: Dum tua multorum vincat auena tubam, scribit Martialis: & Maro,

Lib. 8. epig. 3.

Siluestrem tenui musam meditaris auena.

Eclog. 1.

ad Maronis locum de calamo agresti respexit Seneca de beneficijs, qui non calamo tantum cantare, & agreste atque inconditum carmen, aliquam tamen obseruationem modulari docuit. Ex eadem Senecæ officina hoc caput instruetur, quasi liber ille huic capiti præbenda conduxerit. Ad pedes serui dicebatur, qui ad dominorum cœnantium pedes stabant: Seneca, Seruus,

Lib. 4. de beneficijs. cap. 6.

Lib. 3. de beneficijs. cap. 27.

qui cœnanti ad pedes steterat, narrat, quæ inter cœnā ebrius dixisset. Martialis, Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Lib. 12. epig. 88.

Vnde & argutia illius epigrammatis pendere videtur,

Lib. 5. Epig. 70.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas, Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Pactum est ex parte stipulantium: conuentum cum quæ pepigerunt promissa sunt, de hisque est conuentum: hac de causa pacta conuenta & pacta conuentaque legimus: antecedit enim pactum, sequitur conuentum. Seneca, nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur. Veteres mercaturam à mangonio separauere, Plautus,

Lib. 1. de beneficijs. cap. 15.

Trinummo sc.

Quo illuc homo se.

Mercaturam an venales habuit?

Et eodem

Et eodem lib. Seneca, mercator urbibus prodest, medicus agris, mango vena- lib. 4. de Benef. c. 13. Libramentum rectum eodẽ lib. pro perpendicularo posuit sanè quam eleganter: eius verba sunt, modo exclusit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrasque successit, id est ad perpendicularum inter vtrunque interpo-

sita fuit. Idem quæ tuber conuertit, Tuber, inquit, quidam tyranni gladio diuisit, qui ad eum occidendum venerat. vomitiam Plinius eandem rem cum scriberet lib. 7. de Iasone Pheræo, vocauit. Hic, inquit Seneca, corpore deformis est, aspectu fœdus & ornamenta sua traducturus. Hinc illustratur Iuuenalis, in qua se traducebat Vlysses Ancipitem,

10 Foro cedere non aliud esse videtur, quàm æris alieni causa in forum non ventitare, & creditoribus non soluere, quod genus cessionis erat. Itaque inter creditores bona diuidebantur. Seneca, & appellare debitorem ad diem possim, & si foro cesserit, portionem feram. id tamen de argentarijs præcipuè dici solebat, qui mensam in foro habebant. Spondere in incertum apud 15 Senecam, est non in cerram nummorum summam, sed quantumcunque quis debeat fide sua iubere, quæ periculosissima sponsio erat: eius sunt verba, sed non si sponderi in incertum iubebis, si sisco obligabis.

Abstit, fullonem comprimere, annuit, ninguir, sarpta, hominem exiuit, flectere promontorium. CAPVT VI.

20

ANIMADVERTI multa aliter à Grammaticis veteribus ex auctori- bus proferri, quàm hodie edita cernantur: eorum quædam, & nonnulla alia obiter signabo, plura alij notabunt. lib. 11. Metamorph. editum est,

Alcyones lachrymas, & quæ pars admonet abstit,

25 vbi Priscianus abstit pro abstitit legit: sed & lib. de Orat. legit, attendere & aucupari verba oportebit inquit: quod hodie secus excusum est. apud Terentium in Phormione,

Tum Antiphonem video ab sese amittere inuitum eam inque,

quod hodie non item percrebuit. vt apud Plautum, fructus fullonius in obscœnissima re ponitur: ita comprimere fullonem apud Priscianum Neuius dicit in re foedissima. Itaque nomen fullonis in obscœnis ponebatur, quod iam antè Tertulliano annorasse me recordor: verba sunt Næuij,

Quando ego plus sapiui, qui fullonem compressi quinquatribus.

legit & in Terentij Adelphis à capio cæperet,

Prius olfecissem quàm ille quicquam cæperet.

35 hodie diuersè scriptum est. Lapidibus pluuisse in Liuius agnoscit, nos pluuisse: nam eodem modo annuo annui in præterito faciebat. Ennius,

Annuit sese mecum decernere ferro.

Interea toto non secius æquore ninguir,

Li. 4. de Benef. c. 13. Lib. 5. de Benef. c. 5.

Lib. 2. de Benef. c. 19. c. 5. lib. 7. Lib. 4. de Benef. c. 32. saty. II.

Li. 4. de Benef. c. 39.

Ibid.

Lib. 9. de prima coniug. Prisc. lib. 10. ex 2. de orat. Act. 5. sc. 8. Apud Prisc. lib. 10. Pseudolo sc. quos seruitute. Lib. 10.

Prisc. lib. 10. Adelph. act. 3. sc. 3. Lib. 2. 21. et 22. Apud Prisc. lib. 10. 3. Georg.

k 2 in Vir-

in Virgilio asserit, nos ningit legimus. apud Horatium,

*Non auspiciatos contudit impetus Nostris,*

in Prisciani scribitur libris: quanquam non constat an ita legerit. hodie in Horatianis exemplaribus *Nostris* editū est. Locus Varronis egregius extat apud Priscianum de Pysyllis & ophiogenibus, quem & mediusfidius

adscribam. *ut, inquit, habent Parij qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Pysylli, quorum Ophiogenes, cum arbitrantur suppositū esse in stirpe aliquem, si admoneāt ut pungat colubra, cum pupugerit, si de genere sit, viuere, si non sit, mori. Rursum, adnota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat ex Pysyllorum genere esse.* In Plinio malè legi censeo in insula Cypro pro in insula Paro: quomodo & re-

peri in optimo exemplari. In Varrone de re Rustica cum oblinerunt vasa legit, non ut hodie. apud eundem Priscianum extat verbum *sarpo*, quod est puto: vnde *vineta sarpta*. Inde nos hodie *falcem vinitoriā*, qua ad putandum vinitores vtuntur, *sarpam* vocamus. sed fortasse tamen verius sit *sarpam* ab *harpe* deduci, & *sibilum* ut plerunque in densum spiritum exasperari. atque adeo *falcem lignatoriam* sic vocamus, propterea quod cædit & putat arbusculas. legit & in Propertio,

*At tibi qui nostro nexisti retia lecto.*

quod nunc aliter est: sed & in oratore Ciceronis, at *Æsopum si paulum irrauserit explodi*, affirmat Priscianus: nos irraucuit mutauimus, nihil tanti

Grammatici auctoritatem reueriti. *septima & vicefima Olympiade hominem exiuit*, in Solino recipit: nos exiit in eius locum reposuimus. καμπτεν δ'εραν dicunt Græci nautica locutione, quod Latini *flectere promuntorium*: cāpsare promuntoriū more Græcorum apud Priscianum dixit Ennius, et si à cambio id deducit Charisius. verba sunt Ennij, *Leucaten campfant*. Est autem

*flectere promuntorium* circum promuntorium cursum *flectere* & nauigare. Cicero ad Atticum, *Sed Leucaten flectere molestum videbatur*. & de diuinatione, *Qui nauigant, in flectendis promuntorijs ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt*. hæc pauca collegi, quæ exemplo & documento alijs esse possunt, ut ex antiquis Grammaticis eiusdem generis plurima eruant, quod quidem & perfacile est, & à quibusdam in multis auctorum locis eleganter iam factum esse scio. legit idem lib. 2. de natura deorum, quo facilius id quod docere volumus intelligi possit, cum hodie volumus in exemplaribus reperiamus.

*Reperitius ciuis, reptitius, absque carnificis nomine, ancillaris in Sallustij oratione legendum.*

CAPVT VII.

CIRCUMFERTVR oratiuncula amarissima nomine Salustij in Ciceronem,

ceronē, & Ciceronis in Salustium pari & acerbitate & petulātia vel scripta vel habita: quanquam de auctoribus nostri Grammatici altercantur, & eorum quos nominaui non esse, nullum arbitrium recusantes contendūt. quibus ego fidem haberem, nisi me reuerentia sui in diuersam sententiam Quintilianus traheret, qui ita scribit lib. 9. & apud Sallustium in Ciceronem, *O Romule Arpinas*. veruntamen in Salustiana *reperitius* appellatur ciuis, per contumeliam, qui non est origine ciuis, sed iure, ut in ciuitatem receptus, quo iure municipes erant. *Reperitius* igitur est qui ortu non est, sed tanquam repertus ciuis & quæsitus. alij tamen *reptitius* legunt eleganter, ut per contumeliam irrepsisse in ciuitatem dicatur, quidam *irreptitius*: non deest etiam qui *reperitius*, quasi is sit, qui cum se ciuem Romanum ferat, ab alijs reperatur. sed *reperitius*, quod in veteribus libris perscribitur, ut ingenuum & verum suo in familiari lare libentius retinuerim, quàm summouerim. *Vxor sacrilega ac periurij delibata*. In Sallustio, in Cicerone,

bonis libris debilitata reperio, ut cum ægritudine pedum Terentia sæpe laboraret, eam valetudinem ei ob periurij poenam à dijs immortalibus immisam innuere videatur. *M. Crassi viri Consularis*, malem *M. Crassi viri clarissimi*. *Absque carnificis*, autem, *nomine*, est cum se carnificem nominare deberet. sed & legis *Plautiæ*, non *Planciæ* legendum arbitror: & alius *Tusculanā*, alius *Pompeianā villam*. ex *M. Crassi* familia dicit, & quod in *Crassi* domo Cicero habitabat, & quod quasi ex eius familia esset, *Crassi* instituto multos infimos, & *Remp.* sæpe contra nobilitatem, nobilium simulatē negligēs defendebat. hoc enim *Crassum* fecisse è *Plutarcho* cognouimus. quid tamē si legamus? ex *M. Crassi* familiaritate. Pro nostrorū omnium omnino melius & Latinius est nostrū omnium, & *obliuisci seruitutis turpissima*, legendum videtur, cum in antiquo libro tuæ prius scriptū sit, in quodam etiam tuæ. *Egeris oro te Cicero*, valet sanè egeris: estque oro te, non obsecrantis, sed concedentis. *Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares?* apparet ex aduersaria oratione legendū esse *ancillaris*, cū in ea scribatur, *nulli priuatim ancillatus sum*: idque de *Pompeio* intelligendum arbitror, cui *insidiatum* Ciceronē fuisse opinio fuit, quod & *Pompeiu* à *Cicerone* abalienarat, ut ab eo destitutus fuerit, cum armis pulsus à *Clodio* est: reuersus tamen ab exilio modis omnibus sibi *Pompeium* colendum, & ei inferuendum esse putauit, quod hic ei obijcitur. *Paulus* quoque *Manutius* vir

eruditissimus & intelligentissimus *ancillaris* legendum censer.

*Absentia, puer Iunonius, ad rudem compellere, ad stipulatore.*

CAPVT VIII.

DOLENTISSIME scripta est epistola ad Octauium, qui optimatibus

K 3 prodi-

cic. epist. ad Octauium.

proditis arma in Rempub. conuerterat. eius initio statim reperio in codice manu scripto, *nulla remedia quæ vulneribus adhibentur non faciunt dolorem, quamuis sint salutaria.* hanc ego scripturam dissimulare non potui fortasse recepta accommodatiorem. In eadem epistola absentia sunt futura, cum scribitur, *et absentiam sensus significatio.* iam enim de præsentibus & præteritis erat loquutus. reperio & in scripto libro, *absens pro me exoptulem tecum: atque ita dico pro me, si salus mea.* ista secus aliquanto edita sunt, nec ramen hæc quæ protuli, indigna luce & publico credidi: quæ condemnata ab eruditis, ad blattas tineasque lucifugas denuò reuertentur. lego autem indubitanter, *aut si nulla ratione publicis.* Reperio in veteribus monumentis, *donabat ciuitates immunitate et nationes, ex commentario dictaturam gerebat.* & mox, *prohibebat dictatorem creari, ipse regnabat in consulatu, unus prouincias omnes concupierat.* Obsecro quis queri poterit per me huic scripturæ publicum videre licere? quis exoptulabit meritò, quòd à me ab exilio aut deportatione reuocata est? si restitutio doctis non placet, iterum deportabitur in insulam vltimam. pro, *ut tunc quidem optimus,* reperio, *ut nunc quoque optamus,* & pro *affectam et prostratam,* desperatam & afflictam: & *immemor beneficij tui,* non vt excusum est, beneficij sui: atque tui aliquòto melius est & Latinius, nisi, vt in quodam libro reperi, accusandi casu legas, ingratum & immemorem. Quis est in eadem epistola Iunonius puer? an felix & fortunatus, ex eo quòd Iuno felicitatem & diuitias promisit Paridi, si pro se iudicaret? & non putem. an, vt quibusdam videtur, est delicatus & delicijs innutritus? minimè gentium. An potius fortunatus & felix velut Iunonis cælitum reginæ filius: vel qui beneuola & propitia Iunone Lucina natus est, quæ partibus præest? Et verisimile fuerit, præsertim cum mox eum aureum partum appellet. sic quòd Iuno connubijs præsidet Virgilius scripsit,

*Dijs equidem auspicijs reor et Iunone secunda.*

Nec enim censuerim esse ad Martem respectum, quem Iunonis filium fuisse fabulæ loquuntur. pro, *quis tanta erit animi facultate,* repono, auctoribus libris antiquis, *quis erit tanta animi facilitate.* Est enim hic facilitas credulitas. quis, inquit, tam credulus & facilis erit, vt ista memoriæ propagata & historiæ mandata crediturus sit? dicitur adstipulator hac epistola fuisse pater Augusti: adstipulator autem erat, qui stipulanti accedebat, idemque stipulabatur, vt pacta & conuenta essent firmiora, magisque cauta & rata: ac in foro Romano circum argentarias homines erant, qui ad stipulandi quæstum exercebant, præstoque erant stipulantibus & paciscentibus. adstipulator in antiquo Lexico *ὑποστυπρωτής* exponitur, id est, qui præter stipulatorem interrogat atque stipulatur. cum scribit, *Ille tamen exorabat:*

multa

multa sunt subaudienda, vt, quamuis enim regnaret Antonius. pro, *sepulta reliquia,* quod vehementer approbo, sepulture reperio, quod etiam non damno, deterius tamen iudico. & mox, *qui proxime in illam aeternam domum decesserit.* reperio etiam, *conciliaffet eam potentiam, sed forma per dedecus pecuniam et nomen nobile consceleratum impudicitia dedisset.* obijcit enim ei impudicitiam, quòd stupri nefandi consuetudine adoptionem auunculi & hæreditatem sit meritus. Sed quid est ad rudem compellere? nempe est rudis & missionis spe gladiatores congregare, vt compelli pecus dicitur quod congregatur: rude autem donati ferro dimicare non coguntur. hinc illud Ciceronis, *non enim in acie versatur et ferro, quasi rudibus eius eludit oratio.* Charisius, *Rudis scipio quem lanista liberandis gladiatoribus gerit.* significat igitur Octavianum promissa rude, exercitum è gladiatoribus Iulianis coëgisse: ac intellexit veteranos, quos è colonijs euocauit Augustus, quos, quòd eorum aliqui gladiatores fortasse fuissent, aut etiam ad contemptum & probrum, gladiatores appellauit, & ad rudem & præmia conuenisse intelligit. dotale autem matrimonium dicit, quasi nupserit Iulio Octavius, cuique vt vxori legitimæ imperium Iulius legauerit. Hæc à paupere domino sunt Musis humanioribus libamina sacrata.

*Oetum, cici, et quædam alia in Plinio obseruata.*

20

CAPVT IX.

IN amplissimis illis & feracissimis Plinij noualibus quanta, dij vestram fidem, succreuit tribulorum, lapparum, & lolij copia: sed earum infelicitium herbarum purgatio maiorem alicuius agricolæ diligentiam studiumque desiderat, non hanc nostram perfunctoriam leuemque operam. Interim si potero locos aliquot perpurgabo vno è libro, quædam etiam declarabo: quædam tantum comparabo. *mandunt,* inquit, de Ægyptijs loquens, *et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna.* Illud oetum quod genus herbæ sit quortus quisque scit? ne ipse quidem gloriabor me scire, cum præsertim herba Ægypto peculiaris sit: sed quid de ea legerim, vel suspicer potius, attingā. Oetum esse suspicor, quem Theophrastus vingum appellat his verbis, *ἡ ὄσα δὲ ὑπὸ γῆς φέρει καρπὸν οἶον ἢ τε ἀραχιδνα, ἢ τὸ ἐν αἰγύπτῳ καλεῖσθαι ἑλιθόν.* sed & Hesychius scribit, *ἑλιθόν καλεῖσθαι μῆλον ὑπὸ ἐνίων οἶτον.* quanquam in eo *αἶτον* scribitur & *ἑλιθόν*, quod vtunque mendosum reor: aut apud Theophrastum *ἑλιθόν* non *ἑλιθόν* scribendum. Magnam autem mihi coniecturam mouet vingum esse oetum, quòd vt Theophrastus vingum & arachidnam coniunxit, sic Plinius oetum & arachidnam. *Aphace,* inquit Plinius, *acinos quam vocant, epipetron.* scribendum reor, *Aphace, cynops: epipetron vocant, quæ nunquam floret.* Theophrastus,

K 4

ἑλιθόν



οιον ἀφάκμης ἢ τὸ τῷ κύνωπος: oculum caninum vertit Theodorus. Paulò post  
 c. 15. lib. 21. de epipetro scribit, εἴτα δὲ ἢ ὄλωσ ἀνανήσ, κατὰ περ ἢ τὸ ἐπί πετρον. *Celebrt*, in-  
 quit, *cnicon Italia ignotam, ipsis autem oleo non cibo gratam: crediderim scri-*  
 bendum cici, id est ricinum, vnde cicinum oleum apud Aegyptios expri-  
 mebatur, vt, ne testimonia vndique hostiatim corrogem, hunc & illum 5  
 auctorem appellando, vno ore omnes scribunt. sequenti capite scribit Pli-  
 c. 16. lib. 21. nius, *Cnidos, polyacanthos: emendandum Theophrasto auctore arbitror,*  
*cnecus pro cnedos, vt & paulò post idem verbum nequam & nihili eijciē-*  
 dum: *uno autem caule nec ramosum cnidos.* legendum enim cnecos. *Anthra-*  
 Theophrastus *lium*, inquit, *longius à flumine nascitur:* in Theophrasto *μαλινὰ θάλασσιν*, scribi- 10  
 lib. 4. cap. 10. tur libro quarto, *φύεται ἔξ ἡμῶν ὁ καλεῖται μαλινὰ θάλασσιν.* pro chondrilla Plinij  
 c. 17. lib. 21. in Theophrasto legitur *ἀνδρουάλα*, quod sequitur Theodorus: sed falsi su-  
 Theoph. lib. 7. specti sunt Theophrasti libri, cùm alio loco multo propius ad verum le-  
 cap. 7. gatur ὡσπερ ἡ χονδρίλας, vbi chondrillam Plinius scripsit, Chandraliam ver-  
 Lib. 7. cap. 11. tit Theodorus. quod Plinius anthriscum appellat, vel potius Plinij libri, 15  
 c. 15. lib. 21. *ἐν θρασικόν* Theophrastus nominat, & forrasse fidelius. sed & omnibus in lo-  
 Lib. 7. cap. 7. cis apud Thophrastum *ἰξίον* legitur, vbi apud Plinium euulgatum est li. 21.  
 c. 16. helxine: sed & vbi in Plinio editum est, *alteri arenaceum*, in Theophrasto,  
 lib. vnde mutuuum sumpsit, *σισαμοδὲς* scriptum extat, quod est sesamaceum:  
 lib. & in ononide sic Plinium emendo, *Sequitur arata frugibus inimica vinax-* 20  
*que præcipue.* Sed hæc satis sint libanti præsertim, & eorum conuiuarum  
 more qui fastidio laborant, aut mulierum quæ malacia, leuiter degustan-  
 ti: eadem scitamenta auidius confectetur, qui maiore eorum appetentia  
 ducitur.

*Ille Iupiter, liquidum, liquet, liquidus animus, terram tangere, Hercu-* 25  
*lem inuocare, tam placidus quàm aqua.* CAPVT X.

CVM Iouis nomine veteres pronomen ille sæpe iungebant, quod aut  
 demonstrando faciebant, vt lucefcit hoc iam: cœlum enim ostenditur:  
 vel amplificando. Plautus mostellaria, 30

— *ita ille faxit Iupiter:*  
 videlicet, vel qui illic est in cœlo, vel præpotens deus. Amphitryone,  
 — *quod ille faciat Iupiter.* Curgulione,  
 — *nec me ille sirit Iupiter.*

Turbare & liquere contraria sunt, & in liquore ponuntur, inde ad alia trās- 35  
 feruntur: vt, liquida æthra dicitur, quæ opponitur turbido aëri. Plautus

Mostellaria, 40  
*Tam liquidus est, quàm liquida esse tempestas solet.*  
 Liquidus ignis, purus tenuis clarusque est. Inde liquidum auspici-  
 fereno

fereno puroque cœlo certum nec dubium auspici-um nobis ostenditur.

In epidico, — *liquido exeo foras auspicio aui sinistra,*  
 & in Pseudulo, — *ai sinistra auspicio liquido.*

Liquet enim turbido & fecato opponitur. Plautus,  
 5 *Nunc liquet, nunc defecatum est.*

Hinc animus defecatus, in quo nihil est turbidi, nihilque molestiæ.

In Aulularia, *Nunc defecato demum animo egredior domo.*

Vinum enim defecabatur faccis transmissum, & liquidum è turbido red-  
 10 debarur, vnde istud translatum: & animus liquidus, modò non perturba-

tus, ab aëris statu metaphora ducta, vt in Epidico,  
*Animo liquido es & tranquillo, tace:*

modò non sollicitus, vt Pseudulo,

— *bene curassis, liquido animo es.*

Sed quod dixeram turbare & liquere cōtraria esse, apparet è Mostellaria,

15 *Sicut ego efficiam, quæ facta hic turbabimus,*  
*Profecō vt liqueant omnia & tranquilla sint.*

Inde turbare rationes & conturbare per translationem vsurpari credide-  
 rim. In eadem Mostellaria editum reperio,

*Dij te deæque perduaxint cum isto omine.*

20 Sed si legitimos senariorum numeros teneo, si Latinè aliquantillum scio,  
 pro *perduaxint*, *perduint*, non dubitanter reponam. Sequitur non longè,

*Tangite vos quoque terram.* genus quoddam venerationis erat & cerimo-  
 niæ superstitionisque, vt terram tangere. Varro, *hoc ter nouies cantare iubet,*

25 *terram tangere, despuere, ieiunum cantare.* Macrobius, *Cùm tellurem dicit, ma-*  
*nibus terram tangit.* Simile est illud Ciceronis, de Aruspicum respon-

30 *sis, aut puer ille patrimus, aut matrimus, si terram non tenuit.* in eadem fa-  
 bula scribitur, *Atque Herculem inuocabis,* credo quòd à Græcis Hercules

cognomento *ἀλεξιπικτος*, id est malorum depulsor coleretur: veterator  
 autem seruus, qui miris modis herum ludos facit, ad depellendum larua-

35 rum & lemurum periculum, herum quem territauit, vt Herculé inuocet,  
 monet. *Quid tute hominem hominum omnium teterrime,*

*Venisti huc extentatum,*

valet ferè ostentatum. vt enim ostendere valet tanquam se obtendere,  
 quod est antè: sic extendere est extra modum se tendere. extentatum igi-

35 tur est extensum vocem tuam. antè enim dixerat,

*Euge strenue. Iam appetit meridies.*

id non temerè dictum. Nam & danistæ dixerat seruus, vt circiter meri-  
 diem rediret, & alioqui post meridiem non ferè quicquam rei Romani

incipere solebant, præsertim magistratus, nec pacisci. Plutarchus, τὸ μὴ  
 ποιῆσαι

Epidico sc. At  
 at tacete.  
 Pseudulo sc.  
 Dulcia atque  
 amara.  
 Ibid.

Aulularia sc.  
 Nunc defecato.

Epid. sc. Ma-  
 le morigerus.

Pseud. sc. non  
 audis.

sc. Iupiter su-  
 premus

sc. habeo Ne-  
 ptunc.

Varro de re  
 rust. lib. 1. c. 28

Macrobius lib. 3.  
 Sat. c. 9.

Mostellaria sc.  
 habeo Neptu-  
 ne.

Mostellaria sc.  
 scelestiorē ego.

sc. Melius hoc anno.

ποιεῖται ῥωμαῖον ἀρχοντα (μυθῆκος μὴ δὲ ὁμολογίας μετὰ μὲν τῶν ἡμετέρας. Quid ille con-  
somniauit, haud paulò malim, quàm consummauit, vt sit, quid cogitauit,  
quid somniauit.

Tam placida, inquit, est quàm aqua.

sc. Nunc ego illum.

Nam aqua dicitur, cùm æquata est, vt in trāquillitate, vnda in tempestate. 5

Vidisse nunquam abiectas aedes,

sc. Quid tibi visum.

crediderim esse scribendum abiectas. abiectas enim dicit vilissimo pretio  
venditas, vt non tam venditæ videantur fuisse, quàm proiectæ. Dij immor-  
tales mercimonij lepidissimi, Græca locutio est, in qua subtricitur causa: quod  
qui Græca primoribus gustarunt labris, quid valeat intelligunt. Hos tan- 10  
quam flosculos legens & ferrum contexens, non tamen nimium lepidum,  
admixtis etiam vrticis, vt lasciui nonnulli solent, quò ludo fruantur, no-  
bis parabamus, quod etiam alijs transmitteremus, quibus si iniucundè fra-  
grabit, operam tamen coronarij gratuitam boni consulere debebunt.

Ibid.

Tryblium, fontinalis, batiaca, bene me, bene te, da puer auguris apud Flac- 15  
cum, vertitur cadus. CAPVT XI.

sc. Agite ite fo-  
ras.

DIVERtere in Plauti facetam scenam libet, & eius in theatro fabu-  
lam spectare, Stichum, in qua dicit,

Hoc conuiuium est pro opibus nostris satis commodulè, 20

Nucibus, fabulis, ficulis, oleæ interrupto lupillo.

in his quod postremū est, propè ab ipsa tota cauea exhibitur. Ioachimus  
Camerarius ~~Commodulè~~, qui ~~commodulè~~  
huic comico nauauit operam, in teriplo se reperisse in veteribus libris te-  
statur. ego ex eo emendo, tryblio, quod verbum Græcum quidem est, 25  
vsurpatum tamen à Latino Varrone est, & catinum significat. fabulas au-  
tem & lupillum pro fabis & lupino dixit per diminutionem sed & cum  
minuto crustulo libentius duobus verbis quàm vno coniuncto legerim.  
sequitur non longè,

Quid istud est prouinciæ. St. utrum fontali 30

An libero imperium te inhibere maui?

ego Fontinali lego, quem deum fontibus præfuisse ex eo conijcio, quòd  
fontinalia eius sacra dicerentur à Romanis. Itaque & fontinalium nomen  
& trochaici versus dimensio satis præstant, quod emendauit rectum & in-  
culpatū esse. Nomina poculorum Græca sunt in eadem fabula scaphium, 35

Non in Batiola  
Athenæus lib.

cantharus, batiola: sed hoc postremum sic appellatum à Nonio, Athe-  
næus batiacam vocat & batiacium. affert enim è Diphilo, βαγλαφος, πε-  
πις, βαλιαχη λαβράνιος. & mox subiicit, ἰδύμος δὲ ὁμοίον εἶναι φησὶν αὐτῷ βομβυ-  
λίῳ ἢ βαππαλίῳ. & libentius assentiar Athenæo quàm Nonio, præsertim  
cùm

cùm quædam etiam Plauti editiones batiocis hodie exhibeant. Legem  
bibendi proponit seruus, vt olim solebat in conuiuijs, vt tot cyathos bi-  
bant quot digitos habent in manu, id est quinque. tot enim sunt in manu  
digiti. Itaque subiicit Græcam cantionem, ἢ πέντε πίνῃ ἢ τέλει πίνῃ ἢ μὴ τέλει αἴμα.  
5 quod valet, aut quinq; bibe, aut ter bibe, aut ne quatuor. In Athenæo legi-  
tur, ἢ πίνε βία, id est tria bibe, quod integrius puto: cantionē q; interpretatur  
de vini tēperatione, quinque vini cyathorū ad duos aquæ, aut trium ad v-  
nū, quo sensu non videtur accepisse Plautus: sed ad quinque tantū cyathos  
vini retulisse, quibus non duos aquæ cyathos, sed semicyathum misceri  
10 iubet. Nam quinque cyathorum decima est semicyathus. Sequitur autem  
protinus, tibi propino decima fonte, quod valet aque decima parte. Solebant  
autem prisici in bibendo bene sibi & ijs quos amabant aut charos habe-  
bant precari. Tale illud comici, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam  
Stephanium: ac more Græco velut per infinitiuū ita extulit subaudito ver-  
15 bo precor, bene nos viuere & valere: sed & propter suos aut amicorum  
succensus bibere consueuerant, vt Horatius, Da puer auguris Murena,  
quod est Græco more dictum causa subaudita. id est enim propter augu-  
ratum Murenæ vel interprete Aufonio qui ita scribit, in qua propter mediam  
noctem & nonam lunam & Murena auguratū ternos ter cyathos attonitus petit  
20 vates. inter libandū etiam bene eodē modo precari solebant. Quid. lib. 2.

sc. Agite ite fo-  
ras.

Od. 19. lib. 3

Auson. epistola  
quæ præponi-  
tur Edyll. 15.

Ouid. lib. 2. Fa-  
stor.

Factorum, Et bene nos, bene tu patria pater optime Cæsar,

Dicite suffuso per sacra verba mero.

Tamen nos efficimus pro nostris opibus nostra mœnia,

dicit comicus in serui persona eorum imitatione, qui pro suis opibus &  
25 facultatibus non deesse se Reipub. prædicant, sed se munera facere dicunt,  
& de patrimonio fungendis muneribus impendere. Mœnia enim pro  
muneribus dixit antiquè. scribendum mox crediderim,

— amica vter vtrubi accumbamus?

Quamuis de subito vel cadus verti potest, valet exhauriri. quæ enim 30  
exhauriuntur vertuntur: hinc versus ille Lucilij,

sc. Agite.

Vertitur Oenophoris fundus sententia nobis.

& apud Horatium,

Inuertunt aliphanis vinaria tota.

hæc ex illis Plauti spectaculis obiter annotabamus, sed aulæum tollemus, 35  
& hic finem capitis faciemus.

Satyræ 8. li. 2

Fortuna huiusce diei, encrinomenos, probatio athletarum, Simon,

Hercules octæo habitu. CAPVT XII.

FORTVNAM cognomento huiusce diei à Romanis cultam, à Carulo  
dedica-

Plutarch. in  
Mario.  
cic. 1. de legib.  
c. 8 lib. 34.

dedicatam è Plutarcho nouimus: eius & apud Cic. 2. de legib. mentio est, & apud Plin. lib. 34. duobus locis, sed veluti de cœlo tactis aut sideratis: eos proferam. *Quam, inquit, Romæ Emilius Paulus ad ædem Fortunæ dedicauit. Item duo signa, quæ Catullus in eadem æde posuit palliata.* scribendum attestantibus veteribus exemplaribus, ad ædem fortunæ huiusce diei 5 dicauit. Rursum, cuius signa ad ædem Fortunæ huiusce deæ sunt seminuda, lego, huiusce diei sunt seminuda. illud quoque sincerum fore ita restitutum crediderim. *Athenis Satyrum, turmam Alexandri, amicorumque eius.* non enim satis probare possum genus loquendi vt Satyrorû turma dicatur. quod si præter rationem linguæ quis etiam testimonium desiderat, is 10 ita habeat, me vt scripsi sic in optimo codice legisse: cuius equidem auctoritatè linguæ Latinæ elegantia subnixam pro nihilo putare non debui. æquè illud eidem codici acceptum feretur, quod vt suspicor, aliquanto verius est, quàm quod receptum est. *prælium equestre: simulacrum Trophoni ad oraculum.* Idem inquit Plinius, *Catagusam & ebrietatem & Liberum 15 patrem.* Quæ est obsecro ista catagusa? vtrum quæ lunam beneficijs & cantionibus deducit? an potius quæ pensa deducit, vnde & κατὰ σελήνην hoc posterius equidem ad veritatem propensius crediderim. *Alcámenes, inquit, Phidiæ discipulus, & marmorea fecit & æreum pentathlum, qui vocatur encrinomenos.* encrinomenos vocatur qui athleticis adnumeratur, id est qui in 20 eorum numerum recipitur: vnde & ἑγκρινος ἀθλητής dicitur: probationem athletarum vocauit Cicero lib. 1. officiorum: probabantur enim vt reciperentur & accenserentur. eius verba sunt, *At qui hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset.* Legendum in eodem auctore, paulò antè crediderim, *Item Stephusam spilumenem oportam, id 25 est coronantem mulierem fecit, & sordidum autumnum.* Nam & Ouidius scripsit,

*Stabat & autumnus calcatis sordidus vnus.*

Plinius ibid.

*Idem equitem Sarmenem, qui primus de equitatu scripsit.* quis non è lib. Xenophontis de re equestri intelligit Simonem esse legendum? *Iuxta inquit, 30 strâ Herculis tunicati, eleo habitu Romæ, torua facie sentienteque suprema in tunica.* illud eleo habitu ideo suspectum est, quòd à scriptura recedit antiqua quæ est, soleo, ad augurem aliquem deferenda vel coniectorem: eam ego cum amico meo viro longè doctissimo ostendissem, ioleo legendum suspicabatur: ego oetæo Plinianum haud dubiè affirmauerim. Oetæus enim 35 habitus illa tunica molesta vocatur à Plinio, quæ tabe veneni imbuta visceribus eius inhæsit, tantòsq; cruciatus excitauit, vt in pyram ardentem sese conicere maluerit, quàm tantum dolorem diutius perferre. Hæc tamen mea, quod iam sæpe testatus sum, & nunc repeto, pro senatusconsulti

fuli auctoritate haberi minimè velim. tam liberum alijs sit rectè sentire, quàm comminisci impunè mihi licet. hæc enim meorum indicatura est, hoc pretium, & ab hoc præconio alijs commendata esse velim.

5 *Sicelides Musæ, si canimus siluas, regnat Apollo, magni menses, menses vertentes, menses lunares, louis incrementum, & quædam alia.* CAPVT XIII.

QUIBUS in locis nobiles poëtæ versati sunt, eos posteritas Musis consecratos in suis poëmatis sæpe appellauit: quòd crediderint excelluisse illos poëtæ priscos numeris non potuisse, sine dearum illarum instinctu. Sic Pieria & Libethra propter Orpheum, Helicon propter Hesiodum obtinuerunt, vt illinc Musæ à poëtis exordientibus deducerentur, quibus etiam in locis illis ædes fuit. sic ob Theocritû siculas inuocat musas Maro, *Eclog. 4.*

*Sicelides musæ paulò maiora canamus.*

15 *Si canimus siluas, silua sint consule dignæ,* sic dictum interpretor, vt si Bucolica cantusque pastoritios canit Maro *ibid.* (nam pastores in siluis pecus pascere solent) eum tamen operam dare debere, vt tamen dignum sit consule Pollione. quod enim de filuis provincia consulum hîc solent nugari, à sententia poëtæ abhorret. Eusebius *Eu ebins lib.* autem in Constantini imperatoris vita existimat quæ à Sibylla de Christo *vt. de vita Constant. c. 21.* prædicta fuerant, filio Pollionis attributa esse à Marone, quod & verum existimo.

*Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo,*

exponi video de Augusto, quod verum non puto, cum sensus sit, faue Diana nascenti puero, qui carmine Sibyllæ prædictus est, cui vaticinationes *Eclog. 4.* 25 inspirauit Apollo. nam puero nato regnat Apollo, eiusque præfagia nunc comprobata certaque fidem merentur & vigent. Incipit autè principium magni anni, quem cecinit Sibylla, procedere & decurrere consularu Pollionis, quo nascitur ille puer: & procedent magni menses, non Iulius & Augustus, vt stultè multi blaterant, sed menses magni anni. Nam 30 vt magnus ipse annus dicitur, sic eius magni menses. Itaque quemadmodum annus vertens duodecim tricentū plus minus dierum menses habet: sic & magnus annus duodecim dimetata & descripta habet mensium spatia, quæ aliquot secula complectuntur. vt autem in anno magno sunt menses magni: ita in anno vertente, menses vertentes, qui à lunaribus 35 differunt. Vitruuius, *Luna die octauo & vicesimo & amplius circiter hora cali circuitionem percurrans, ex quo cœperit signo ire, ad id signum reuertendo perficit lunarem mensem: Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit.* *Lib. 9. c. 4.*

*Ille, inquit, deum vitam accipiet,*

L de Salo-

de Salonino perspicuum est dici, cuius natales inciderunt in principium sæculi aurei, quo homines sublatis sceleris propè vestigijs vitam deorum viuebant. Hesiodus,

Hesiodus lib. I. oper. & dier.

Ωτε θεοι δ' εζωον ἀμειβόμενοι ἄλλοις.

Natus autem, inquit, Saloninus homines nostræ ætatis heroas quosdam cum dijs permixtos videbit. nam in illa probitate & integritate sæculi aurei deos cum hominibus versatos esse credebant, quod rursus futurum gloriatur poëta reuerso eodem sæculo. Catullus,

In Epithal. p. lei.

Presentes nanque ante domos inuisere castas  
Sapius, & sese mortali ostendere cœtu  
Cælicola nondum sprete pietate solebant.

10

at illud, Aspice conuexo nutantem pondere mundum,  
valet rotundo, vt,

Eclog. 4.

Conuexa polus dum sidera pascet,

1. eneid.

cùm ait, globosa & rotunda intelligit: etsi alio etiam modo explicari posse diximus. Orbem Pollionis virtute pacatū rectum iri à Salonino adulatoriè dictum est, vt & hæc omnia. Cùm enim fingat Pollionis fastos principium fore reducis aurei sæculi, eius virtute pacatum iri orbem dicit omni scelere bellòq; compresso, quorū vestigia quidem vix reliqua erunt.

Eclog. 4.

At simul heroum laudes & facta parentis  
Iam legere:

20

cùm ait, de hominibus suæ ætatis, vt heroibus loquitur, vt aureo & Heroico seculo reuerso, quorum res & præclara facta leget adulescens Saloninus. Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum.

Eclog. 4.

Saloninum vocat Iouis incrementum, vt ab Ioue educatum, à quo reges educari opinio erat, qui ideo διοσεφείης ab Homero vocantur. magnum igitur Iouis incrementum, est magnus Iouis alumnus. Apud Apuleium, mirum illud incrementum lenam me putauit, cuius monstratu puellam illam cognosceret: de filio suo Cupidine Venus dicit, vt fit τὸ το τὸ γρέμμα.

Apuleius lib. 5. de Asino aur.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

30

Arride puer matri, vt & eius elicias risum. ridentibus enim puerulis libenter adrident matres. Nam Vulcanum, cui parentes non adriserunt, nec Iupiter dignatus est mensa, nec Pallas cubili, quod infaustissimum ei fuit. ne igitur tibi idem eueniat ride, vt arrideant. Veram igitur puto Quintilianii sententiam, — qui non risere, parentes

Lib. 9. c. 3.

Eclog. 4.

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili:

35

legentis, & vt distinxī, interpungentis: interpretantisque ex his qui non risere, parentes deus & dea dignati non sunt hunc mensa & cubili. Ita dea non Minerua intelligitur, sed Iuno, quæ ei lectum non posuerit: alij de Genio

Genio & Iunone intelligunt.

Iam noua progenies celo demittitur alto,

Eclog. 4.

de Stoicorum sententia dictum est, qui in ἀποκαταστάσει, post deflagrationem cadere de cælo femina dicunt, quibus hominum instauretur genus, qua de re scribit Cicero 1. de legibus, & lib. 1. de nat. Deorum, semina deorum decidisse de celo putamus in terras, & sic homines patrum similes extitisse, vellem diceretis, deorum cognationem agnoscerem non inuitus.

cic. 1. de legib. 1. de nat. Deor.

Automata, amphiblictra, pes porrectus, pes constratus, pes quadratus,  
horologia anaphorica. CAPVT XIII.

10

DIU multumque dubitavi quæ essent apud Vitruuiū Engibata libro decimo: cùmque illius vocis originem neutra in lingua viderem, nec viris doctissimis illis quidem, verum nullo testimonio sententiam confirman- tibus suam, qui censent esse machinas, quibus imagunculæ mouentur, as- sentirer: velut ad incitas redactus, ad sacram confugi anchoram, id est ad quoddam veterum librorum oraculum, quorum ex adytis hæc verba retuli: alia quæ ab eo liquore pressioibus coacto spiritu efferre à natura mutatos effectus ostenduntur, vt merularum, quæ motu voces atque angubata libentiaque tandem mouent sigilla. Huic si tanquam oraculo vates sagax interpretque

20

adhibeatur, is ita legendum fortasse censuerit, vt merularū aqua motu voces: vt hæc verba ad efferre referantur: mox, atque angulata lebetia, quæ tandem mouent sigilla. Suspicaretur & quispiam non incōcinnè legi posse ansulata: quanquam anguli extantes & eminentes satis ad ea mouenda accommodati sunt. sed hæc ego frustra mecum sic deputo & ariolor: cur non potius

Vitruuius lib. 10. c. 10.

25

affirmo legendum merularum aqua motu voces, & automata libantia vel bibentia? In tractorijs machinis ab eodem nominatur tympanum quoddam, vt in editionibus extat, ἀμφίρουσις & ἀεὶ τρυγος: quæ quidem vocabula adscriptitia & irreptitia sunt, pro quibus in veteri legi exemplari ἀμπίσις, vt ita tympanum vocetur, quod rudente inuoluto tanquam vestiatur: vt

Lib. 10. c. 14.

30

proinde tympanum tanquam vestitura dicatur: & ἀεὶ θεσις, quod ei circumponatur funis. non extant hodie scripta eorum, qui his vocabulis sunt vsi, & ab architectis mechanicisque excogitata sunt, nec eorum vsus in hac significatione publicus est. si quis ἀμφίρουσις legeret priore loco, quam proximè ad secundum vocabulum etiam accederet: sed mihi hîc satis est

35

fideliter testari veterum monumentorum auctoritatem. apud Theonem in pneumaticis idem tympani genus reperio vocari ἀμφίρουσις, quod ei funis circumuoluatur: posset & ἀεὶ θεσις etiam appellari. Quid autem est ad sacoma adpendere apud eundem auctorem? vel vt in libris veteribus scribitur, ad sacomam? Nam Græca in a neutra, in fœminina mu-

Theon. in pneu- mat.

Lib. 9. c. 3.



tantur interdum à latinis. sic enim & schemam dicunt. Id nihil aliud est, quàm ad pondus adpendere, cùm facoma sit illud pondus, quod per sca-  
 Lib. 9. c. 3. *pum libré decurrit, & rem pensat.* In duplicanda Deli ara scribit Vitruuius,  
*uti ara eius quantū haberet pedum quadratorū, id duplicaretur.* pedes constrati  
 Fest. lib. 15. in plano dicuntur, quadrati in solido & profundo. Festus, quadrantal ait  
 amphoram esse, quòd vas pedis quadrati octo & quadraginta capiat sexta-  
 rios. Frontinus, *in pede porrecto semipedes duo: in pede constrato semipedes qua-*  
 Frontinus de li- *tuor, in pede quadrato semipedes octo.* Duplicatio igitur pedum quadratorum  
 mitib. agror. nihil aliud est, quàm cubi duplicatio. erat enim ara Delia cubica. In calce  
 c. 9. libri noni lubentissimè legerem, *calculi aut ova proiciuntur:* non ut in libris  
 inoleuit, *aut tona,* nullo tolerabili sensu: & quia audacia proeectus sum, qua  
 intemperatè & insolèter iam dudū fat scio abutor: sed cùm semel faciem  
 permricueris, bene gnauiter impudentè esse oportet: ut in eadem pertenden-  
 dam licentia & perseuerè, in hibernis horologijs, quæ anaporica legimus  
 c. 9. lib. 9. dici, libenter anaphorica legerem. Nam & anaphora verbum astrologo-  
 rum est, & adiectio aspirationis non vsque quaq; proiectæ audaciæ videatur  
 esse. De anaphoris autem apud Ptolemæum legere in promptu est li-  
 Ptolemæus lib. *bro secundo magnæ compositionis.* quo autè argumento anaporica dici  
 2. magnæ com- *debeant, non satis perspicio, & prudentioribus existimandum relinquo.*  
 posit. Interim tamè illud testatū volo, quæ hîc dico, me ea religione non dicere,  
 qua in tribunali dicerem: sed, ut artes plerūque facere solent, me con-  
 iecturam captare, quam neque alijs magnopere vendito, neque mihi satis  
 approbo. non tantum qui ad verum euasit, laudem meretur in conijciendo,  
 verum etiam qui verisimilitudinem tenuit.

*Manubiæ, aliptæ, iatraliptæ, & quædam alia in Cicerone*  
 explicata. CAPVT XV.

AMBIGITUR cur statim initio epistolarum ad Lentulum Cicero, Ego  
 Epist. 1. lib. 1. *omni officio ac potius pietate,* scribat. que enim pietas Ciceroni erga Lentu-  
 Epist. famil. lum intercessit? Ego hoc nomen ad amplificationem Lentuli erga Cice-  
 ronem meritō posuit esse arbitror, cùm officij nomine sibi non satisfac-  
 eret, & grauius aliquod & sanctius sibi vocabulum quærendum puta-  
 ret, ad testificationem sui erga salutis suæ auctore grati animi, quem cùm  
 parentis loco ducat & numero, ut in quadam oratione dicit, pietasque in  
 parentes sit, ideo pietatis nomen vsurpauit. Alia epistola, *quibus intellexi*  
 Epist. Periu- *te perspicere meam in te pietatem: quid enim dicam, beneuolentiam? cùm illud ip-*  
 cundæ lib. 1. *sum grauisimum & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis*  
 Epist. fam. *esse videatur?* in eadem hac epistola illud, *nostram vicem vltus est ipse sese,*  
*quid valet?* sententia est, cū ipsum vlcisci debuerimus, ipse se vltro vltus est.  
 nostram

nostram igitur vicem valet, nostra vice. Plautus Mostellaria, *Mostellariæ Sc.*  
*Qui hodie sese excruciarī meam vicem possit pati.* *Iupiter. supre-*  
 sic magnam partem nostra oratio constat iambis, pro magna ex parte Ci- *mus.*  
 cero dixit. *Subductis rationibus summam feci cogitationum,* à calculatoribus *cic. in Orat. ad*  
 est ductum qui æra redigunt in summam, summamque ex ijs faciunt. Ut *Erut.*  
 imperatores de præ datitia pecunia, id est de manubijs, ut templum, por- *Epistola Per-*  
 ticum, in vrbe ædificabant: ita decretam sibi à senatu ad ædificandam do- *incunda lib. 7.*  
 mum pecuniam manubias vocat. Domum autem suam monumentū, rem *Ibid.*  
 augens, ac propter decretam à senatu pecuniam, monumentum senatus *10*  
 dicit. Olim medicina in morbis tantum profligandis censebatur, & salutis *10*  
 restitutione: in valetudinis conseruatione & virium amplificatione *παιδ-*  
*τισίας* & aliptæ, id est vinctores occupati erant: illi quoque quorum officium *15*  
 ex vinctore & medico conflatum & mixtum erat, vel potius qui me- *15*  
 dicorum erant vinctores, qui iatraliptæ dicebantur, ut Celsus vocat: etiam *Celsus lib. 1.*  
 nonnulli longos morbos aliptarum officio attribuerunt, ut scribit Cælius *cap. 1.*  
 Aurelianus. ideo Cicero scripsit, *sed vellem non solum salutis meæ, quemad-*  
 modum medici: sed etiam, ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent. *Epistola Per-*  
 in quo analepticon, qua è morbis sese recreant & reficiunt ægri & affecti, *incunda.*  
 aliptis etiam tribuere videtur. Iatraliptas Plinius vinctores medicorum & *Lib. 29. c. 1.*  
 20 mediastinos eorum seruosque dicit esse ita scribens, *Prodicus Selymbriæ*  
*natus discipulus eius, instituens quam vocant iatralepticon, vinctoribus quoque*  
*medicorum & mediastinis vectigalia inuenit.* Se dicit Cicero libenter Vale- *Lib. 1. epist.*  
 rio gratificari nomen Iurisconsulti & tribuere, ut ille videri & audire cu- *fam. epist. cur*  
 piebat: idque se eo libentius dicit facere, quòd gaudeat eum iuris potius, *enim tib.*  
 25 quàm iniuriæ studiosum esse voluisse, cùm audaciæ hominum ad iniuri-  
 am tanta sit licentia concessa, ut mirum sit quenquam ad ius & sapientiam *Ibid.*  
 potius, quàm ad vim & iniuriam propensum esse, & miretur eum iuriscon-  
 sultum videri velle. *ubi numero aliquo sis,* dicit Cicero, pro vbi & alij iuris-  
 30 consulti sint, non tu solus, ut in Sicilia, ne animos nimium tollas, quòd solus  
 istic sapias. quanquā ne nimium tibi arroges & sumas, qui istinc veniunt,  
 non te magnopere cōsuli dicunt: & si quando consuleris, non admodum  
 bene respondere. Locatur autè ex ambiguo Cicero, quòd superbi respon-  
 dere alijs etiā non dignentur, & quòd improbi & contumeliosi malè res-  
 pondeant, quod est contumeliosè & iniuriosè & acerbè. *Neque in Appul-*  
 35 *siam tuam accedas,* inquit, *ut possimus saluum te venisse gaudere.* Erat enim in-  
 salubris & pestilēs Appulia, & verebatur, ne si eò defleceret, aduersam va-  
 letudinē cōtraheret morbiq; lues in ea sic grassata erat, ut absumptis mul-  
 tis mortalib' vix quisquā reliquus esset è Valerij notis & propinquis, cùm  
 interim ignobilè & ignotū cauilletur, cui nullus propinquus sit & affinis.

Quæ Plinius de croco è Theophrasto sumpta in literas misit, doctis admirationi sunt: & qui Plinij studiosi sunt, aduersus reprehensionem eum vix satis defendere possunt, cum in quibusdã sensus Theophrasti non agnoscat: verba Plinij sunt, *Gaudet calcari & atteri pede, pereundóque melius prouenit: ideo iuxta semitas & fontes latissimum.* Ego Plinium aio in Theophrasto non legisse vt in exemplaribus cuditur, *ἐν τοῖς κροκτοῖς*, sed *ἐν τοῖς κροκτοῖς*, quod haud paulò melius est, quàm quod hodie in sedibus alienis regnat. sed & si atteri pede in Plinio legimus ( sunt enim eius codices, in quibus atteri tantum legitur ) non dubito quin legisse videatur *καταστρέφειν ἢ παταγεῖν τῆς ῥίζης*, quod aliquanto, quàm *κατα* accommodatius fuerit: quanquam *κατα* exterminare non ausim. his igitur ita emendatis, neminem esse existimo quem Plinianæ interpretationis poeniteat. Sed vt eundem illum de croco Plinij locum excutiamus, vbi scribitur, *aliqui Phlegæo secundum locum dedere*: reperi in verustis monumentis, modò heræo, modò Theræo, eorum ego librorum auctoritatem non debui contemnerè. Dioscorides scribit *ἐξ ἀγῶν ἢ ἀπαλίας*. Itaque etsi in tanta librorum inconstantia & discrepantia perdifficile est statuere quid legendum sit, tamen ferè adducor, vt Ægæum scripsisse Plinium censeam: vt mirum mihi videatur vnde Phlegæum in Plinium irrepsit, cuius apud Dioscoridem quem è vestigio secutus videtur, nihil tale compareat. Sincerum dicit crocum Plinius imposita manu crepare, veluti fragile: humidum, quod euenit adulteratione, cedere: sed quid si, cum in verustis exemplaribus sedit hoc loco reperiamus, silet scribamus, vt verbo crepat opponatur? etsi enim quæ cedunt non sonant, nec crepant: tamen silet aptius aliquanto videretur: sed hîc homines moneri se putent, non cogi: neque tanti facio meas cogitationes, vt putem earû velut imperio quædam proscribi, quædam perscribi debere, hoc præsertim in loco, vbi cedendi eadem voluntas & notio propè est ex euentu & consequutione, quæ silendi. sed, vt in desultoria opera, & quodam animi æstu, quid interest inter petasonem & pernam, apud Martialem ita in lemmatis scribentem?

cap. 6. lib. 21.

Theophr. lib. 6. cap. 6.

cap. 6. lib. 21.

lib. 13. epig. 54.

lib. 13. epig. 55.

Athenæus lib. 14.

*Cæretana mihi fiet, vel massa licebit*

*De menapis, lauti de petasone vorent. Iterum,*

*Musteus est, propera, caros nec differ amicos: 35*

*Non mihi cum vetulo sit petasone nihil.*

Ego putem petasonis partem pernam vocari, vel Athenæo auctore, cuius hæc verba sunt, *ἐπεὶ δὲ πετασῶνος μέρος ἐστὶν κείτου, ἡδὲ πέρναν καλοῦσι*. non modò non igitur inuito Athenæo, sed approbante & libente sic accipiemus, pernam

pernam partem esse petasonis. sunt ergo pernae suum crura: etiam in hominibus dixit Ennius.

*His pernas succidit iniqua potentia Pœni.*

rest. lib. 17.

Perna autem & petaso Græcam ostendunt originem, prius à πέρνη ortum videtur, alterum latitudinis significationem præ se fert.

*Amicam liberare, alliatum, mortarium, gnarures, hornum, sat acceptum, prehendere aurem, substringere*

*aurem. CAPVT XVII.*

NON ab re à Plauto dictum est de dissolutis & nequam, *amicas emite*, *Mostellaria liberate*, quod tamen contra hominum opinionem impius Theodorus rectè fieri disputabat. Si enim, inquit, honestum est amicam liberare, item & amicam: quo audito filius Phocionis lasciuior alias & petulantior metreticulam liberauit. verba Plutharchi sunt, *καὶ τὸ γινώσκοντες τὸν ἀδελφὸν παρὰ τὸν φίλον ὁμοίως. εἰ δὲ μὴ τὸ ἐταίρον, ἔδδὲ τὸ ἐταίρον. γέμενον οὐδ' ἑαυτῷ πρὸς τὸν ἑταίρον ὡς εὐ ἔχοντα, λύσει τὸν ἐταίρον.* Idem comicus non longè hinc scribit, *Sine me alliato fungi fortunas meas.*

10

15

20

25

30

35

hîc alliatum interpretor moretum cui allium admixtum est, atque adeo de cibus omnibus intelligo, quibus allium intritum est, ad quòd cibi genus Terentius respexit cum scripsit, *Tute hoc intristi, tibi est omne exedendum.*

quod annotat Donatus à rusticis de alliato mortario dici solere: vbi mortarium cibum ipsum, id est moretum vocat, à quo moretarium, pila vbi interitur, & extrita litera mortarium dictum est.

*Simul*, inquit idem Comicus, *gnaruris volo esse hanc rem mecum.* sic se reperisse in antiquissimis libris, ~~hinc est hinc est hinc est~~ Ioachim Camerarius scribit. *Gnaruris* autem accipio accusandi casu multitudinis numero, vt sit gnaros, voce obsoleta & antiquata, qua etiam vsus est in prologo Pœnuli, *Ad argumentum nunc vicissatim volo remigrare, ut aequè mecum sitis gnarures*, id est gnari. In lexico etiam latinogræco reperitur gnarurem γνωριμιον, & gnarurat γνωρίζει. ait idem, *horno messis magna fuit*, hornum eleganti sermone significat hîc annonam. Nam magna messis annonæ felicissimus prouentus est: sic horno se curare, pro cibo dictum pereleganter à Varrone quodam à nobis capite obseruatur. illa etiam in eadem Mostellaria loquendi ratio minimè vulgari nec tralatitia translatione ornata venustatem auget,

*Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicam sempiternum.*

Iterum, *Si tibi sat acceptum est, fore amicam tibi sempiternum.*

L 4

Et

sc. 1. Exi de culina.

Phormione sc. 2. act. 2.

Mostel. Sc. Removatus multum.

Pœnulo in prologo.

sc. 1. Ampridæ mecastor.

sc. 1. Ampridem.

Et in Sticho.

sticho. sc. Ita me dij.

Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho. Satis autem acceptum valet, certum & compertum, & firmum, veluti datis fideiussoribus & sponsoribus. satis enim accipit, cui praedes & sponsores dantur. unde translationes illae sunt profectae.

Idem ait,

Soli gerendum censeo morem, & capiundos crines.

Mostellaria sc. tampridem.

Hic ego capere crines esse suspicor blandiri & assentari, leuique capillorum tactu ac mulcente delenire, & amabiliter attingere: sic etiam aures leniter tractabant ijs quibus adulabantur, quosque captabant & admirabantur, & quibus indicabant vel simulabant amorem, & quos osculabantur.

— aurem, inquit Flaccus, substringe loquaci.

saty. 5. lib. 2.

Plautus in Asinaria,

Prehende auriculas, compara labella cum labellis.

Asinaria sc. cur me retentat.

— speculo, inquit idem, claras clarorem merum.

Mostell. sc. tampridem

Hæc ego verba sic intelligo, tam claras esse ædes tamque polita & nitida facie, ut æquor & planities speculi non sit clarior. Itaque satis ad speculum eas esse claras ait, claroremque merum. speculo igitur valet, vel si speculum ex eis esset faciendum. Hæc tanquam decumæ è Mostel. Plauti exactæ collectæque sunt

Cicero in Lucullo explicatus, Hicetas, terra Platoni non mouetur, terra penitus defixa radicibus. CAPVT XVIII.

PRVRIGINOSVM quiddam, ut ita dicam, & scabiosum videtur inesse in peroratione Luculli, cum causa academice in vtranque partem disputata sententia tandem dicitur, cum autem velle videatur dicere retinendam esse, præfertim cum percipi & comprehendi nihil possit tollendam tamen ἐποχῶν, cum de omni re assensio sustineri non possit: particulam per veluti scabiem quandam extrens, & in eius locum veluti floridam cutem particulam nec inducens, lego, nec ἐποχῶν illam omnium rerum comprobans: quo quidem in loco Carneadem sequitur, qui assensionem relinquebat sublata comprehensione: sapientem enim assentiri & opinari, nihil tamen percipere dicebat. Numenius apud Eusebium de Carneade loquens ab Arcesila discrepante in epoche, μὴ γὰρ ἐν τῷ παρὲ ἐποχῆς λόγῳ παρὰ αὐτὸν δέσσει, φάσι ἀδύνατον εἶναι, ἀνθρώπων παρὲ ἀπάντων ἐπέχειν. Ἄρα φερὸν δὲ εἶναι ἀδύνατον ἀνατέλλειν, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀνατέλλειν, ἔπ' ἀντα δὲ ἀδύνατον. Hanc itaque sententiam cum esse etiam Carneadeam & academicam intelligeret Cicero, ait sese non eam aspernari, percontatusque Hortensium, quid ei videatur, ridens ille respondet, tollendam epochen, in quo impru-

Acad. quest. lib. 2.

Eusebius lib. 4. enang. præparat.

imprudens academice assentitur, cui tamen aduersarius erat: proinde mox exclamat Cicero eum captum esse, eamque propriam esse academice sententiam. sic enim scribit, teneo te inquam. Scriptum est & à Cicero eodem libro, Niceram Syracusium censuisse cælum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare: hic in nomine proprio serè suspicor aspirationem in literam n, versipellem esse factam, Hicetamque scribendum. sollicitat me Laertius, & ut ita credam, facit in Philolao ita scribens, κατὰ κώχλον πλὴν γὰρ κινεῖσθαι πρὸς τὸν εἰπεῖν, οἷδ' ἐκείτω συγκαύσιον φασί. ait Cicero quibusdam Platonem idem in Timæo dicere videri, sed obscurius, atque ea sanè Aristotelis sententia est libro 2. de cælo: sed eam calumnie insinulat Simplicius: cum enim Plato scribat in Timæo, τὴν δὲ γαῖαν ἰλλομεθίω παρὲ τὸν διὰ παντὸς τεταμένην πὸ λον. Illud ἰλλομεθίω pro εἰλαμεθίω & κινεμεθίω accipit: at Simplicius pugnat esse alligatam, hærentem, ut apud Apollonium est vinculis adstrictum. Cæterum quod ait, terra penitus sine defixa sit, & quasi radicibus suis hæreat: è Xenophanis sententia dixit, qui eam in infinitum demissis actisque radicibus hæere censet. Plutarchus δὲ ἐπὶ Θάλασσιν ἰλλομεθίω λέγει. Xenophanis πρὸς τὸν εἰς ἀπειρον ἐπιζῶσθαι. Nec eo tamen empirici notiora esse illa, scribendum censeo, non ut per omnes peruasit libros, Empiricis nam Empirici, quod à Galeno scriptum etiam est, contemnebant corporum dissectiones, quod dicerent alium habetum coloremque esse in viuis ac mortuis, in integris ac dissectis. Lego etiam sed mihi minores tale visum, hoc sensu, non respondent maiores & veteres philosophi, ut Aristoteles & alij: sed minores & iuniores, ut Stoici. Hanc paucorum locorum animaduersionem explicationemque gratam esse bonis inuenibus vehementer optamus.

Genius, deus natalis, Iuno natalis, pressum qua sillo scortum. CAPVT XIX.

NATALI die celebrabatur & colebatur genius, ut ex illa Persiana cæsura planum est, Funde merum genio. Colebatur autem à viris: hi enim genium habere censebantur: non à foeminis, deusque natalis vocabatur: testimonio est Tibullianum illud, At tunatalis quoniam deus omnia sentis, Annue. Iam autem antè Deum etiam naturæ vocatum fuisse obseruauimus, & in commentarios hos retulimus. ut autem viri suo natali genium colebant, sic mulierès venerabantur Iunonem, quæ etiam Iuno natalis dicebatur, ut apud Tibullum, Natalis Iuno sanctos cape thuris acervos. Igitur, ut per genium virorum, sic per Iunonem mulierum iurabant, de viro Tibul-

Tibullus lib. 4. eleg. 5.

Tibull. lib. 4. eleg. 6.

Tibullus sic scribit,

Tibull. lib. 4.  
Eleg. 5.

*Pérque tuos oculos per geniumque rogo.*  
de muliere idem,

*Hæc per sancta tuæ Iunonis numina iuro.*

Tibull. lib. 2.  
Eleg. 12.

Cùm autem ille politus suauisque poëta, & quidam Phœbeus olor canit, 5  
— *presúmque quasillo Scortum, quam Serui filia Sulpitij,*

Tibull. lib. 4.  
Eleg. 10.

scortillum significat egenum, & se meretricio quæstu malè tolerans, lanificioque miseram trahens vitam. quæ enim ad extremam redactæ erant paupertatem meretrices & mulieres, lanam demum faciebant, & illa se Minerua exhibebant. 10

Tibull. lib. 4.  
Eleg. 10.

Sed &, *Sit tibi cura togæ potior,* de mœcha foeda & famosa adultera dicitur, vt apud Martialem,

*Vis mage quæ meruit mittere, mitte togam.*

Martialis lib. 2. epig. 39.

Tibull. lib. 4.  
Eleg. 10.

in cuius epigrammatis clausula *ne credam, quàm nec credam,* malim. Ille autem poëta, in quo sincerus esse videtur & ingenuus Latini sermonis fa- 15  
por nullo peregrino vitiatus succo, more tamen rituque Græcorum duas negationes vnius vice quibusdam videtur posuisse, ita scribens,

*Non ego signatis quicquam mandare tabellis,*

*Ne legat id nemo, quam meus ante, velim.*

Lib. 4. eleg. 7.

vt sit, ne legat id quisquam: poterit tamen exponi, vt legat id aliquis, an- 20  
tequam meus. In eodem porrò poëta legendum crediderim,

Lib. 4. eleg. 3.

*Nunc sine me sit nulla Venus, sed lege Diana,*

Hoc sensu, nunc quia absum, nec tecum venor, nulla tecum puella sit: sed lege castæ Dianæ castus in siluis agites atque veneris. Hæc veluti ramenta pluma leuiora puluisculi more conuerimus ex illo nitidissimo poëta, 25  
quæ si quis non probat, reuerrat, vt parasitus dicit Plautinus.

sticho. sc. quif-  
nam obsecro.

*Lua mater, Mineruium, Linius emendatur.*

CAPVT XX.

ROMANORVM erat consuetudo arma de hostibus capta interdum 30  
cremare Vulcano, aut Marti, aut Mineruæ, idque ab Imperatorib<sup>9</sup> factum reperimus non rarò. Sed libro etiam 45. Lunæ matri id factum scribit

Linius. lib. 45.

Linius, vt cùm in superioribus numinibus constet rei causa, hîc vacillet & titubet, certè non appareat. quid enim attinet arma in honorem Lunæ comburi. Ego istam lunam capite foras præcipitem agendam puto, & in 35

Linius lib. 8.

hos penates reuocandam Luam matrem, vt & lib. 8. scribitur, *Armorum vis magna tum inter cæsa corpora hostium tum in castris inuenta est. Ea Lua matri dare se consul dixit.* ea dea nomen à luendo expiandoque fortita videtur esse, & præfuisse lustrationibus & lustris. post cædem autem hostium & bellum

bellum, opus purgamentis & piaculis est. Eodem verò 45. libro cùm scribit, *In oppido Mineruio duas portas & muri aliquantum de celo tactum,* partem quandam Romæ mihi videtur intelligere, in qua templum Minerue erat, quod Mineruium dicebatur, vt Dianium. Varro lib. 4. de lingua Latina, *Varro li. 4. de Ceroliensis quarticeps circa Mineruium.* sed & Athenas in Italia collocat quas *ling. Lat. Stephanus de urbibus.* quod vocabulum Latinis auribus Mineruium explicat. Erat & in Campania Athenæum promontorium Mineruæ sacrum, ad verbum Mineruium: cum templo autem aliquid etiam oppidi erat: non enim sine tectis alijs solum desertumque vt opinor Mineruæ delubrum procul ab hominum cœtu exulabat. de his igitur Mineruijs melius fuerit intelligere. & quia, vt nostrum sæculum corruptum est, sic quoque eadem in libros passim peruasit corruptela, censoria notatione indiget & virgula. In eo igitur libro cùm legitur, *pecuniam illum dare non potuisse, militem honorem non posse.* Illud posterius, *non,* quod in primis editionibus non extat, fugandum est, & *honorem dare posse* scribendum. qui autem potest honorem dare, penes eum etiam potestas est non dandi. Intelligat igitur Paulus, qui se negat habuisse potestatem dandæ pecuniæ, militem habere potestatem mandandi suffragio triumphi, quem non deferet malè merito. iste sensus & historico dignior est, & argutior, & acrior. nihilo secius & illud subscriptionem notæ censoriæ meretur. *Omnes illas victi-* *Linius lib. 45.*  
*mas quas traducendas in triumpho vindicauit.* si in triumphum dicauit scribatur, & sententiæ satisfiet, & ingenua quædam liberalisque antiquitatis indoles apparebit. etiam animaduersione indiget illud, *ego qui de illo tri-* *Ibid.*  
*umphau,* ab altero funere filij curru ex capitolio ad alterum propè iam expirantem veni. Igitur scribo, *filij in currum:* & distinguo sic. ante quam currum triumphalem ascenderet alterum se amisisse è liberis dicit, alterum actò iam triumpho, quod consonat historiæ. Illud etiam quiddam habet quod *Ibid.*  
tanquam tribu mouendum est, *pullo amictus illo Perseus ingressus est castra.* in cuius locum & tribum inducendum villo: vt sit pullo amictus villo. Quod si quis fillo malit, litigantem me non habebit: alterum tamen magis probantem: sed omnium tamen maximè, pullo amiculo Perseus. Has ex illo Liiij libro obseruatiunculas colligebamus, iuuentutis studijs potius quàm nostris sedulò inseruientes.

35 *Censui censendo, gratiosa missio, auocare concionem, tabularium, adiectiones familiarum & locorum.* CAPVT XXI.

MIRVM fortasse videri potest, cur Linius scribat libro 43. Furium & *Linius lib. 43.*  
Martienum alterum Præneste, alterum Tibur exulatum abiisse. id enim est prope modum Exquilias à feruenti migrare Subura, & cum Satyrico loquar



loquar. sed enim vrbes erant aliquot Latinorum, in quas exilij causa solum vertere ius erat iam inde ab vltima propè antiquitate, in quibus hæ duæ numerabantur, quod Alicarnasseus declarat. Sed & ex eodem Liuij libro quædam alia notare non ab re fuerit, vt quod è vestigio sequitur, *Liuius lib. 43.* compellare pro accusare poni solere à bonis scriptoribus: verba Liuij sunt, *fama erat prohiberi à patronis nobiles ac potentes compellare*, cuius quidem notionis verbi multa apud reliquos extant exempla, quæ rescribere longum esset. Qui ex ijs mulieribus suscepti essent, quibuscum ius connubij non esset, seruorum in numero fuisse videntur: quidam Latinæ conditionis fuisse credunt, quod eo Liuij quem proferam loco probare conantur. *10* sed aut nihil video omnino, aut seruos esse Liuius ostendit: eius verba sunt, *ex militibus Romanis & ex Hispanis mulieribus, cum quibus connubium non esset, natos se memorantes supra quatuor millia hominum orabant, vt sibi oppidum, in quo habitarent, daretur: Senatus decreuit, vt nomina sua apud L. Canuleium profiterentur: eorumq; si quos manumisset, eos Cartciam ad Ocea-* *15* *num deduci placere.* Ecce Liuius manumitti eos senatui placuisse scribit, quo significat, ingenuos non fuisse: sed & eam coloniam Latinorum fuisse libertinorumque appellatam esse scribit: quæ firmissima sunt nostræ sententiæ adiumenta. Sors cernere dicitur, eum eius aleæ aliquid permittitur, vt id disceptet, vt euentus sit, quem diiudicauerit. Liuius eodem *20* *libro, priusquam id sors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utranque provinciam, quod res desideraret, supplementi, decerni.* Legem censui censendo dicere, pro censui agendo æstimandisque ciuium fortunis & facultatibus, vetere dicendi formula, vsurpauit Liuius his verbis, *Legem censui censendo dicturos esse, vt præter commune omnium ciuium iusiurandum,* *25* *hæc adiurarent.* Id est hæc iurarent, aut præterea iurarent, id enim est adiurare. Cicero pro Flacco, *illud quero sintne ista prædia censui censendo? Grati-* *30* *osa missio præter causariam & ignominiosam & honestam confectis stipendijs, est apud Liuium quæ per ambitionem & gratiam impetrata est: sic enim scribit, & quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa* *30* *esset.* Auocare concionem est concionem à magistratu, qui eam aduocauit, abducere: quod, vt apud Gellium est, ius erat aliquibus magistratibus facere. Sed à tribuno auocare, vt ex Liuiio auguramur, nefas: sic enim dicit, *eo facto auocatam à se concionem tribunus quaestus.* Tribunus non tantum multam irrogat, sed etiam crimen iudicat, cum quem de crimine *35* *condemnat: qua de re apud populum post certabatur ex prouocatione.* Liuius, *& utriq; censori perduellionē se iudicare.* proinde Cicero scripsit de legibus, *cum magistratus irrogasset iudicasset ve.* Tabularium locus erat Romæ refertus omnibus instrumentis, tabulis, literisq; publicis, in quibus omnia pascua

pascua, prædia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptionesque publicanorum perscripta erant. Erat autem in atrio Libertatis: Liuius, *censores* *Liuius lib. 43.* *extemplo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis clausoq; tabulario & dimissis seruis publicis, negarunt se, prius quicquam negotij publici gesturos, quàm iudicium populi de se factum esset.* De eo Maro scripsit, *Insanumque forum & populi tabularia vidit,* Certus videtur in colonijs fuisse familiarum numerus, cui iniussu senatus adijcere non licebat. Tacitus, *Tacitus.* *Emeritensibus familiarum adiectiones.* quem in sensum esse Taciti verba accipienda, quæ tamen nonnullos in errorem induxerunt, ostendit Liuius, *10* *sic scribens: Postulantibus à senatu Aquileiensium legatis, vt numerum colonorum augetet, M. & D. familia ex S. C. scripta.* Sic etiam adiectio locorum in quadam inscriptione legitur, **TRIBVS XXXV. QVOD LIBERALITATE OPTIMI PRINCIPIS COMMODA EARVM LOCORVM ADIECTIONE AMPLIATA SINT.**

15

*Patagus, passer marinus, vola curriculo, iniicere terram, simulatrices, offermenta, ora, occent assit, presentanea porca.*

## CAPVT XXII.

**LEGIMVS** in Festi commentarijs patagum morbi genus esse, neque *Festi lib. 14.* *20* *præterea quicquam reperimus, quod enim morbi genus sit, nobis cogitandum reliquit vel ipse, vel eius abreuiator. ferè crediderim morbū esse vitis qui πατλαγος apud Theophrastum scribitur: eius verba sunt, ηεταλ εφ ενιοι καλεουσι πατλαγον εν λαβυδροι: vbi Theodorus πασκαλον legisse videtur,* *Theophrastus.* cum paxillum interpretetur: ac videtur hoc morbi genus esse, cum *25* *ciatur ligone in ablaqueatione, vt sit patagus plaga & percussio.* In eodem Festi commentario passerem marinum legimus esse struthiocamelum, qui cum ita volare soleat, vt à terra se non tollat, sed alarum passis velis vna currens regimet: idcirco Plautus scripsit, *Perfa se satini hæc tibi.* *Vola curriculo: istud marinus passer in circo solet.*

*30* *Marinus autem vocatur passer, vt reor, quod ex Africa in Italiam mari adueheretur. Eodem libro præcidaneam porcam dicit esse Festus, quæ immolabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset: hoc intelligo de genere sepulturæ, quod per iniiectionem glebæ fiebat: quod genus sepulturæ omnium infimum erat, vsurpabaturque, *35* *cum quis in cadaver insepultum inciderat. Nam insepultum relinquere nefas habebatur, quod porca expiandum esset, id est piacularibus sacris soluendum. Horatius,**

*— licebit Iniecto ter puluere curras.*

Inexpiabilem penè fraudem fuisse id non facere ostendit,

M

Negligis

Od. 28. lib. 1.

*Negligis, immeritis nocituram  
 Post modò te natis fraudem committere : forsan  
 Debita intra vicesque superba  
 Te maneant ipsum, precibus non linquar inultis,  
 Téque piacula nulla resoluent.*

*sophocles.* Atque eadē erat Græcis opinio, & pulueris iniiciendi religio. Sophocles,

*Δεπλή δὲ ἄσρος φέυροντος ὄς, ἐπὶ κόνις.*

*AEn. 6.*

Hanc saltem sepulturam postulat ab Aenea, naufragus Palinurus, cum ait apud Maronem, *Auc tu mihi terram iniice.* Sic etiam apud Alicarnasseum

*Dionys. Halicarn. lib. 3.*

metu piaculi à populo sepelitur Horatia, *ἀλλὰ οἱ παρόντες ἀντίω ἐρριμμένω ἐν* 10 *ᾧ διεγέσθη χεῖρῳ, λίθοις ἐπιφοροῦντες καὶ γλῶ, ἐκίθευσαν ὡς πῶμα ἔρημον κηδομένων.*

Iam hinc non omitam monere, quod C. V. Petro Fabro Regis consiliario acceptum fero, cum in Festo ipsiusque breuiario omnis hostia, quæ vel frugum causa, vel mortui, cui iusta quis non fecisset, immolatur præcidanea vocetur: à Mario Victorino culpari, qui eam ita appellarit, cum præcidariam dici debere pronunciet, dicatque à præsentanea differre, quæ præfente mortuo, quem condituri sunt, imoletur. Ergo auctore Fabro in Festo vbi scribitur mutilate, *presan... porca dicitur, ut ait, Veranius,* non dubitandum, quin legendum sit præsentanea porca. adicitur enim, *quòd pars quedam eius sacrificij fit in conspectu mortui.* Eodem in cõmentario quod 20 legimus pedibus obsidum, improbæ pecuniæ est & subarata, cum obfitum legendum sit pro pedicoso. sed & in proximo Lucillij versu scribendum conijcio.

*Lib. 14.*

*Obtruso ore pugil piscinensisque resesque.*

*ibid.*

Scribit Festus simulatrices esse mulieres sagas & expiatrices, vel sacerdo- 25 res quæ expiare sunt solitæ, quod verbum putem ex eo natum, quòd in sacris multa simulentur, & simulata pro veris haberetur, vt apud Maronem.

*Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.*

*4. AEn.*

Alioqui mulieres rebus diuinis deditæ simulatrices dicebatur, sed & sim- pulatrices. In censoria lege fartorum tectorum scribebatur, *porticum sar-* 30 *tam tectam habeto, pro dito,* quod est habeto & portò alijs redemptoribus dato. hoc ideo retuli, quòd mendosum in Festo sit, & obscurum. plorare apud priscos etiam erat quiritatu & ploratu auxilium petere, & appella- re clamareque. Festus, *si parentem puer verba sit, ast ollus plorasit parentes,*

*Lib. 14.*

*Diuis parentum sacer esto : sic ferè corrigendum Festum crediderim, in quo* 35 *verberit, non credo rectè legi. aut potius verberit, erit verberet, vt alio loco vindicit, vindicer. dignū obseruatu est, cum Festus palilia dici rectè iudicet, Mario Victorino parilia placere, palilia displicere: sic enim scribit,*

*ibid.*

*Parilia dicuntur non palilia, non à Pale dea, sed quòd eo tēpore omnia sata arboresq;*

*& herba parturiant pariāntque.* Athenæus quoque parilia nominat, quæ sua Athenæus lib. dicit ætate Romana vocata, condito vrbs genio & Fortunæ templo. 8. inquit, *παῖλια παλαιὸν καλεῖσθαι, νῦν δὲ ῥωμαῖα.* In Festo autem pararium æs 14. à paribus, id est, duobus equis nomen habuisse arbitror. Iurisdicctio prætoris olim in possessione danda, adimenda, recuperanda, retinenda posita fuit, non dominio & iure rei tradendo. Id enim ad legitimas pertinebat actiones non prætorias: indicant id verba Festi quæ subscribam, *Itaque in* 10 *legitimis actionibus nemo ex ijs possessionem suam vocare aude: sed ad interdictum venit, vt prætorijs verbis utatur, vt i nunc possidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis: aduersus ea vim fieri veto.* Penatores, inquit Festus, *sunt apud Catonem, qui* 15 *penus gestant.* hac Catonis auctoritate adducti quidam opinatores in codice Iustiniani in penatores mutandos censent: nos cum id extra cancellos nostros sit, pedem referemus, & iurisconsultis sua relinquemus, eorumque iudicio stabimus: tantum dicemus in antiquo vocabulario reperisse nos, opinatores esse æstimatores, vel militares. Procos Seruius Tullius in descriptione classium quam fecit, perquam antiquè vocauit patricios, velut proceres, velut proceres: ne id quidem mendo vacat, quæ mihi causa adscribendi fuit. *Offerumenta sunt,* inquit Festus, *quæ offeruntur:* 20 *id ego de ijs accipiendum putauerim, quæ in sacris dijs offerebantur: vnde vt suspicor natus est elegans Plauti iocus,*

*Ni offermentas habes plures in tergo tuo:*

*Rudente sc. exiè phano.*

vbi offermentas vibices plagarum tergo oblatarū perquam ioculariter appellat. Offucare idem Festus explicat aquam in fauces ad bibendum 25 dare, & hinc putant infucare esse, apud Plautum vinum aqua diluere, cum etiam aqua eius color infucetur: atque id merum infucabat, quàm infucabat malunt, cum infuscare verius putem, quòd cum generosi vini nigrior sit color, dilutior mixta aqua fusciorque reddatur. Occasus occasio 30 veteribus fuit, vt apud Ennium de Coclite,

*Hic datus est occasus, Horatius inclutus saltu.*

*Fest. lib. 11.*

Qui de cœlo tactus erat Romanorū religione non cremabatur, sed sepe- liebatur Plinio auctore, cuius verba sunt, *hominem ita exanimatum cremari* 35 *fas non est, condi terra religio tradidit.* leges tamen Numæ ne sepeliri quidem volebant, cum iusta fieri fulminatis nolent: eas proferam ex Festo, *si ho-* 13. *minem fulminibus occisit, ne supra genua tollito.* Huius legis hanc esse sententiam existimo, vt si quis Iouis fulmine sit exanimatus, ne ad sepulturā tol- latur. Iterum, *homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.* Occentassit pro conuitium fecerit veteres dicebāt, inquit Festus: hinc illa 12. tab. lex, *si quis occenta sit, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiūm ve al-* 14. *ibi.*

*teri precaretur. Ora non solum extremas partes significat, sed etiã primas:*

*Cecilius apud Fest. lib. 13. Cecilius, Oram reperire nullam quam expediam queo.*

*Proinde Maroni tota regio est, ut cum scribit,*

*9. aneid.*

*Et mecum ingentes oras evolvite belli:*


Et ante eum Ennio,

*Quis potis ingentes oras evolvere belli.*

Bellè enim totum campum & regionem spatiumque intelligunt, id est bellum ipsum per circumlocutione: quidam tamen principium accipiunt.

*Lib. 13.*

In opimis spolijs quæ ab Ope dicuntur, in Festo non levis residet error, cum scribitur, *opem cognominatam esse constituit*, ubi piaculum non ut opinor commiserit, qui consuam scripserit, quod Opis cognomen fuisse legimus. sed quæ de opimis spolijs scribit, è re fuerit cum Plutarcho conferre, quod & nos aliquando faciemus.



## ADRIANI TVRNEBI AD-

### VERSARIORVM LIBER

DECIMVS SEPTIMVS.

*Mutitare, manuarium, subidus, insubidus.*

CAPVT I.



**V**T veteris monetæ pretium & æstimatio à nobis plerunque ignoratur, ita & priscorum verborum aut rarorum significatio, quæ tamen quia in scriptoribus occurrunt, etsi rarè parcèque vsurpata, declaranda sunt, ut leuetur aliorum labor. tria aut quatuor eius generis apud Gellium explicabo. Is ergo ita scribit, *quam ob*

*cap. 2. lib. 18.*

*causam patricij Megalensibus mutitare soliti sunt, plebs Cerealibus?* Ego hinc mutitare interpretor mutuè vicissimque conuiuia inter se exercere quasi mutuitare, quod tanquam mutuarent alij alijs conuiuia, quando qui dederant vicissim etiam accipiebant: vel potius tanquam dapes & epulas commutare vicissim. Id etsi supra attigimus, tamen iterandum ob raritatem putauimus. Idem ait, *hoc ære collecto quasi manuario cænula curabatur*

*cap. 13. lib. 18.*

*omnibus:* est manuarium, æs, quod in manibus & vsu habetur, ut monetarium, sed cum, ut aliquando à me probatum est scriptorum exemplis, in aleæ lusu manus dicantur, ipsæ ludendi vices, haud equidem dubitè quin manua-

manuarium dicatur, vel manuarium æs, quod quis in alea lucratur: ac vocabulo inde translato Gellium esse vsum hæc fides sit, quòd ab alea caput exorditur his verbis, *Saturnalibus Athenis alea quadam festina & honesta lusitabamus. Sic tacitus, subidus, duplo ideo pereo*, illud subidus non est notationis vulgaris: mihi quidem à sue deduci videtur, ut turpis sit, & sui similis & ineptus. Ego tacitus, inquit, & mutus ut sus adsto, neque explico quid me vrat, quidque à te poscam, ita duplo pereo. In eadem notione & insubidus vsurpatur apud eundem, particula in non inficiante, sed potius augente. Locum autem eo libentius adscribam, quòd eo vocabulo velut molesto offensi emendatores substituere vicariam operam insipidius, *verte enim*, inquit *& muta, ut verbes dicas, insubidus nescio quid facies & pinguius.* Iterum, *hæc tamen inepti & insubidi hominis iocà non præteribo.* Ista nos verba damus iuuentuti: quidni enim verum loquamur? nam horum verborum interpretatione hætenus profecimus, ut neque penum, neque pectus, neque loculos instruxerimus, sed verba tantum contulerimus: atque hæc tota opera, ut ne quid dissimulemus, verbosa est.

*Afiduus labor apud Martialem, molles honores, sidereus colossus, pressura croci, dorica venabula. CAPVT II.*

20

**N**ODOSVS est iste grammaticis versus Martialis, quem prima specie quis enodem, ut ita dicam, crederet,

*Afiduus iactet nec Babylona labor.*

Ego, ut adhuc feci, nec reprehendendis aliorum sententijs me venditare de creui, nec immanè aggerare caput molem ambitiosa ostentatione eruditionis commemorandis omnium sententijs. Ego igitur existimo dici non esse tanto labore, tamque impensè laudandam Babylonem, ut perpetuè in laudatorum ore versetur. is enim est affiduus labor, cum assidue laudatur Babylon. Illud quoque quod è vestigio sequitur,

*Nec triuia templo molles laudentur honores,*

*Ibid.*

non puto exquisitius & ingeniosius explicandum, quam ut intelligamus ex eleganti illa & molli & egregia & honesta ionica structura non esse tantopere efferendum templum Ephesæ Dianæ. At verò sidereus colossus ex eo dicitur, quòd & colossus erat dicatus Soli, & radiatus erat. nam & colossus Romanum à Nerone factum venerationi Solis consecratum fuisse Plinius dicit: atque is radiatus erat. Martialis,

*Lib. 34. c. 7.*

*Nec te detineat miri radiata colossi,*

*Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.*

*Lib. 1. epig. 38.*

*Et Cilices nimbis hinc maduere suis,*

*Epig. 3.*

M 3

est,

est, croci perfusi sunt unguento, imbris ritu eos aspergine madefaciente quadam expressa machinatione & arte. Nam Lucanus scribit,

Lib. 9.

*Utque solet pariter totis effundere signis  
Corycij pressura croci: sic omnia membra  
Emisere simul rutilum pro sanguine virus.*

Pressura autem croci succus est croco expressus, unguentumque è croco.

Epigr. 23. in Amphith. C. 5.

*Dorica quam certo venabula dirigit ictu,*

intelligo Laconica. Iuventus enim Laconum montes venatu assidue lustrabat venabula gerens. Nemo autem ignorat eos Dorici generis fuisse: vel potius à Doride, in qua est Pindus mons optimè ferax materiè ad hastilia, sunt Dorica vocata venabula. Certè Dorica etià erat armatura certi cuiusdam suiq; generis, ut ab Hesychio refertur, & Doricum pro Græco audiri potest. *Ille tulit,* inquit, *geminos facili ceruice iuencos.*

Hesychius.

Epigr. 23.

ab eo dicit duos esse tauros in arena interfectos: sed vel iocose, facile tulit hoc præmium cæforum duorum iuencorum, neque eo ceruix eius laboravit facili nisu portantis: vel sine ioco, facile sustulit & interfecit boues eorū ceruice ad conficiendum minimè dura & repugnante, sed facile venabulorū ferro violata, quam quidem posteriorem sententiam veriore puto: nihil tamen vetat diuersos sensus scribere, quorum intelligentiæ verba repugnare non videantur. Nam quin prior verbis poëtæ egregiè significantur, nemo nisi pertinax, inficiari potest. nos tamè secundum posteriorè sensum sententiã dicimus, & ita poëtam intellexisse non dubitamus. Simile est illud Lucretianū, Præcipitesque cadunt molli ceruice profuse.

Lucr. lib. 6.

*Lycurgeti, Arpinates aquæ, refractariolus, tocullio, phocis curiana.*

25

CAPVT III.

MULTA sunt quæ verborum ambiguitate duplicem capiunt sensum: sed tamen ea in ijs significatio accipienda est, quæ ad intelligendū potior, ut in illo M. Tullij ad Atticum loco: *nosmet ipsi, qui Lycurgeti à principio fuissetus quotidie demittigamur:* non constat satis vtrum à Lycurgo legistore, an ab oratore, qui & Lycurgus vocatus est, Lycurgeum se fuisse dicat: sed cum se acrem & asperum in Clodium fuisse declarare videatur, facile mihi persuadeo, ut à Lycurgo oratore, qui accusator fuit vehemens & acerbus, adiectio illa deriuata videatur. de Lycurgo Cicero in Bruto, *accusationem factitauit, ut Athenis Lycurgus.* Sed profectò necesse est ex ijs epistolis hanc fuscillam detexamus. quæ sunt igitur immortalæ reliquiæ, cum scribitur *immortuis reliquiis coniurationis.* An in vrbe mortuæ, ut de Lentulo & Cethego & alijs intelligamus, de quibus sumpsit supplicium? & non putem: sed potius cum oppressa fuisset coniuratio consilio & virtute

Lib. 1. ad Attic. epist. Accipi tuas.

Cic. in Bruto.

Lib. 1. ad Attic. epist. Vereor ne putidum.

Ciceronis

Ciceronis, reliquias tamen eius etiamnum quasdam in vrbe superstites fuisse existimo, neque dum mortuas. Tusculanum autem venditum est, vendere cupit. Desiderandi enim verbum est venditum, ut apud Plautum,

Mercatore sc. 1. Duas res simul.

*Parcerent mutuitanti credere,*

id est mutuari cupienti, ut ~~mutuitanti~~ animaduertit Iochimus Camerarius. In illa altercatione autem proterua & petulanti cum dicitur, *Narra inquam patrono tuo, qui Arpinates aquas concupiunt,* patronū malim intelligere Crassum, qui Clodium de polluta religione reum defenderat, quam Clodium, nec Arpinates aquas Ciceronem crediderim, cuius

Lib. 1. ad Attic. epist. Queris ex me.

nuptias Clodia petiuerit, verū Marij aliquod prædium arpinas, quod concupiuerit in Syllana proscriptione Crassus, nec obtinuerit tamen, in quo aquæ vel calidæ vel frigidæ saltè erant Fibreni, ut non debeat mirū videri Clodio ad Baias & calidas aquas hominem arpinatè fuisse, cum aquæ etià Arpini essent, ut patronus Clodij, qui eas concupierat, sciebat, Clodius ignorabat, qui marinas solas aquas ut Baianas & Puteolanas nouerat. Sunt qui marinas Marianas explicant, referuntq; ad fundū, quem Marius habuit ad Misenum: sed tum Arpinates aquæ dici non possent, sed Arpinatis: actum argutissimus quoque sensus esset. Refractariolum autem iudiciale dicendi genus appellat, velut *ἀνακλαδέν* vel *ἀντανακλαδέν*, quod in ge-

Lib. 2. ad Attic. epist. Cal. Iudicandi genus appellat.

nere iudiciali aduersarij contumaciter repugnent: nec solum in perpetuis orationibus, quæ alter dixerit refringunt in aduersarium & reijciunt sed etiam in altercationibus multo apertius. At verò, *non habebam te in tocullionibus,* est non numerabam te in minutis foeneratoribus. Nam à *τόκος* per diminutionē fit *τοκούλιον*, vnde & *τοκούλιον* diminutiuum foeneratoris, id est foeneratorculus, ut à *σιέπαρον* fit apud Plautum *σιέπαρνίων*, à *παλαίπρα παλαίπρων*. Illud autem est obscurissimum, *lacet enim ille sic, ut Phocis curiana stare videatur.* nec videtur velle Curium ariolari & diuinare sibi que honores polliceri, ut quis eam suspicetur sententiam ex oraculo Apollinis, quod in Phocide erat. Credibilius est, cum Phocidem Græcam Philippus Macedo euerterit vrbibus deletis & in pagos redactis, dici Phocidem Curianam Curium aleatorem fortunis euersum, qui tamen comparatione Pompeij stare videretur. Nunc quidem nihil in mentem mihi venit quod accommodatius ad eius loci sententiam putem.

Lib. 2. ad Attic. epist. Prorsus vscribit.

35

*Dij patrij, ad nationes, pteron,* CAPVT IIII.

DIJ patrij sunt & qui Græcè *θεοί πατριῶν* vocantur, qui in patria coluntur nostra: sunt & *πατρώοι* qui à patribus nostris culti sunt, quorumque per manus à patribus religionem accepimus. Cum à Marone lib. 2. scribitur. *Dij patrij seruate domum,*

2. AEn.

M 4 poste-



Xenophon. posteriore sensu intelligeret Xenophon, qui de Ænea ita scribit, αἰνεῖται δὲ οὐ σὰς τοὺς παρρησίου καὶ μυσσοῦ θεοῖς. Nec Higinius aliter apud Macrobi-  
 Lib. 3. Saturn. c. 4. fet. Tantum autem superfuit vel diligentia, vel curæ Græcis grammati-  
 cis, vt geminos angues, qui suis voluminibus implicatū cum libris Lao-  
 coontem, quod hasta violasset equum durium, interfecerunt, conquiesce-  
 rint, & nominibus suis appellauerint Porcen & Charibœan, vt ab inter-  
 prete Lycophronis relatum est. Igitur,

*Ecce autem gemini à Tenedo,*

en. 2. cū à Marone dicitur, duo sunt illi angues intelligēdi: de his & Tryphio-  
 dorus & parux Iliadis auctor scripserant, atque vt reor libro 2. Maro pa-  
 ruam Iliadem imitabatur, cuius auctorem Homerum sunt qui putent, sunt  
 qui Leschen credant. De consilij autem sententia ex vno lapide, summi  
 artifices Laocoontem & liberos eius, draconumque mirabiles nexus fe-  
 cēre, vt scribit Plinius, qui diligentissimi scriptoris locus monet me ma-  
 numque propè inijcit, vt si possim ibidem fordes emaculem. Nam sic vi-  
 15 tiosè scribitur, *In honore est & in templo illo Hercules:* ego, inhonorus est,  
 nec in templo vlllo. Nam in templo non esse ostēdit, cū eum humi stare  
 ante aditum porticus scribit. sed ante aditum porticus dicit agnationes,  
 2. 5. lib. 36. intelligentia vtique difficili. ego *ad nationes sita* legendum puto: ac lo-  
 cum fuisse Romę sic vocatū suspicor, vt & ad malum punicum apud Tran-  
 20 quillum. mouet me idem Plinius paulò post scribens, *idem & à Coponio*  
 14 *nationes, quæ sunt circa Pompeium.* Nam, vt conijcio, ob illas nationes  
 Tranquillus in quatuordecim, locus ad nationes dicebatur: & facile fuit hiulca coniu-  
 Domitiano c. 1. gere, & duo verba in vnum confundere. Quod si quis coniecturæ subdif-  
 fidit, is sciat me ista in vetere exemplari disiuncta legisse: in quo & erat,  
 25 *Cingitur columnis 36. pteron vocauerē:* cū duo hæc verba non otiosa desi-  
 derentur in editionibus. sequitur enim paulò post, *Nanque supra pteron,* vt  
 Plin. c. 5. lib. iam pteron antecessisse videatur in Plinio, cū describantur quæ supra  
 36. ipsum sunt. In hoc igitur caput veluti stipem duo auctores contulere.

*Iacula maura, Syrtis, Græca testā, & quadam in secu-  
 lari Horatij carmine explicata.*

CAPVT V.

Lib. 5. diu. inst. cap. 18. RECTE, inquit Laetantius, Flaccus tantam esse dixit innocentia  
 vim, vt ad tutelam sui non egeat nec armis, nec viribus, quacumque iter  
 fecerit,

*Integer vitæ scelerisque purus,  
 Non eget mauris iaculis nec arcu.*

Od. 2. lib. 1. Maura autem iacula dicit, quia Mauri optimi iaculatores erant, & his ar-  
 mis

mis vtebantur: Herodianus, *Κωνσταντῶν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν παρρησίου οἱ ποζῆτες Lib. 3. ἀκριβῆντας, καὶ μαυροῦ οἱ ἀκοντῆς ἐν δειροῖ.* Mauris autem etiam domo profi-  
 cipientibus iaculis opus erat, ob leones & feras quas Mauritania fert. Ce-  
 terum cū ait Flaccus,

*Sine peu Syrtis iter aestuosas,  
 Sine facturus per inhospitalem  
 Caucasum:*

Syrtis intelligere non possum arenosos illos in Africo pelago maris  
 tractus vadis breuibus infestos nauigantibus: neque enim qui nauigat vel  
 10 timet feras, vel arcu in eas aut iaculis indiget: & de itinere Flaccus loqui-  
 tur, non nauigatione. sed tractum terræ illis sinibus vicinum intelligo, qui  
 etiam Syrtis nomine vocabatur. Lucanus,

*— nam litore sicco*

*Quam pelago Syrtis violentius accipit Austrum,  
 Et terra magis ille nocens.*

15 Aestuosas igitur interpretor, non reciprocis & efferuescentibus vndis  
 agitata, sed feruidas & valde calidas. Nam ille Africæ tractus feruet &  
 æstuat. Quinetiam arenosa illa Lybiæ spatia mediterranea Syrtis appel-  
 lantur, non tantum littoralis ora: Prudentius,

*Nec responsa refert libycis in Syrtibus Ammon,*

20 Mox ait se sine metu belluarum amores suos innocentia fretum cantatu-  
 rum esse in locis & vastitatibus incultis plagarum frigore & ardore inha-  
 bitabilium si in his collocatus sit, quæ belluis abundant. Nam ad septen-  
 trionem gryphes, alca, bisontes, bonasi feruntur esse: ad meridiem ti-  
 25 gres, leones, pantheræ. Aduentitium huic capiti lucrum erit è superiore  
 quodam cantico, in quo canit, *Græca quod ego ipse testa.* hic ego testam do-  
 lium interpretor. Nam dolia veterum fictilia erant: vnde prouerbum  
 figlinam à dolio incipere. Græcum dolium dicit cumanum. Nam & cu-  
 manam patellam in Lemmatis memorat Martialis,

*Hanc tibi Cumano rubicundam puluere testam,  
 Municipem misit casta Sibylla suam:*

30 & Varro calices cumanos. Nam ait, *dolia atque apothecas triclinares, meli-  
 cas, calenas obbas, & cumanos calices.* Cumas autem oppidum Græcum fu-  
 35 iſſe à Calcidentibus conditum è Marone scimus, aut dolia Græca dicit  
 quæ facta erant in regione Italiæ illa, quæ Græcia magna dicebatur. Sed  
 & in illo tractu erat insula Pithecusa, quæ, si credimus Plinio, à figlinis  
 doliorum nomen inuenit. Ita enim scribit, *Ænaria ipsa à statione nauium  
 Ænea Homero in carmine dicta: & Græcis Pithecusa, non à simiarum multitu-  
 dine (vt aliqui existimauerē) sed à figlinis doliariorum.* Addam & supplemen-  
 tum è

od. 21. lib. 1.

rum è carmine sæculari, quod exacto sæculo in honorem Apollinis & Dianæ cani solebat à pueris & puellis patrimis & matrimis, illis Apollinem, his Dianam laudantibus alternis, quòd tempora ducere videantur cùm Apollo annos metiatur, Diana menses lustrer: quòd salubritatem & intemperiem, morbos & secundam valetudinem, vbertatem & famem, pestem & eius liberationem afferre putarentur: ac qui morbis interibāt, eos veteres ab Apolline & Diana interfici credebant, viros ab Apolline, mulieres à Diana. Homerus,

Εὐθὺν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξυῶ

Ὅϊς ἀθανοῖς βελέεσσι κατέκτανε,

10

sic periēre Amphionis liberi horum deorum sagittis confixi.

Sub Antandro moliri classē, desertæ terra, Aeneadas meo de nomine dico, stant manibus aras, patriæ aræ.

CAPVT VI.

15

Xenophon. lib. 1. Hellenic. Ibid. Xenoph.

OB copiam & commoditatem naualis materiæ ex Ida monte Maro Aeneam Antandri classē edificasse scribit ac eo certè in loco plerunque naues fiebant, Xenophon in Hellenicis, ἐκέλευσε ναυπηγεῖσθαι Σίηρις ἐν Ἀντάνδρω. Iterum, καὶ ἄλλαι ἐν Ἀντάνδρω ἐναυπηγεῖτο ex illius ergo loci opportunitate scripsit,

— classēque sub ipsa

20

Antandri, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Sed hanc ipsam Antandrum sequetur classis aliorum eiusdem libri locorum. Nam cur,

— & desertas querere terras,

Ibid.

dixit Maro? Puto quòd urbem esset Aeneas conditurus: conditur autem in quibus locis antè non erat. sic loca illa sola sunt & deserta, quæ coloni condunt & frequentant: nisi quis explicet ex eo quod scribitur ab eodem poëta,

Hinc Dardanus ortus, Huc repetit.

Ibid.

Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

30

Dionys. Halicarn. lib. 1.

Aeneam urbem ab Aenea fuisse conditam dicit Dionysius in Cherrone- so Pallene, à qua Aeneadas dicit vocari Stephanus: ab eadem vrbe Aeneatas appellat Lilius & Dionysius. sed Aenos significari à Marone videtur, quæ vrbs Chersonesi erat, vt Plinius ait, cum Polydori tumulo.

Effigies sacræ diuūm Phrygiæque penates,

35

Quos mecum à Troia, mediisque ex ignibus urbis

Extuleram.

Lib. 4. c. 11.

3. AEN.

Deorum Patriorum secundum quietem oblatam speciem Aeneæ in Italia narrat ex historia vetere Dionysius: vnde & occasio hinc Maroni fingendi fuit.

di fuit. Nam etsi alio tempore & loco obseruatos Aeneæ deos penates ait, tamen ex prisca historia hoc ipsum hausit.

Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

3. AEN.

videntur veteres manibus honoratorum virorū aras esse soliti consecrare, duas, cùm aliàs etiam manes in diuorum numerum semper referrent, vt hoc è loco patet: quod & in apotheosi facit Maro,

— en quatuor aras,

Elog. 5.

Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phœbo.

— stant, autem, manibus aræ

3. AEN.

10

Ceruleis mæstæ vittis atraque cupresso,

cùm dixit: etiam duas saltem significauit, ideoque multitudinis numero locutus est: & in quinto Aeneidos,

5. AEN.

Ex quo reliquias diuinique ossa parentis

Condidimus terræ, mæstasque sacrauimus aras.

Excipit incautum patriasque obtruncat ad aras.

3. AEN.

15

Quas hinc appellat patrias aras ambigitur. ego vt augeatur scelus sacrilege necis, dici puto eum interfectum esse ad publicam & patriam Delphorum aram Apollini consecratam, quod & ab Euripide scribitur in Andromacha. Non desunt tamen qui aram Achillis à Neoptolemo Apollini

Euripid. Andromacha.

20

insultante consecratam patri intelligant. audiui & qui patrias Apollineas interpretaretur, non à Patris vrbe Achaia, vt Serulius exponit, sed è cognomine Apollinis qui πατρῶος à Græcis vocatur, vt refert in Atticis Pausanias: alij ad Apollinem cognomento Genitium, qui Deli colebatur, & eodem fortasse cognomine Delphis, referendum censent: aut si Delphis hoc cognomento non colebatur, fuisse tamen Apollinis hoc cognomen prædicant. genitor dicitur à Valerio Flacco,

Pausanias in Atticis.

Phœbi genitores ad aras, Ventum ait.

Lib. 5. Argonautic.

30

Athenis quoque, vt scribit Pollux, in Thesmothetarum probatione quærebatur, haberentne Apollinem patrium & Iouem Herceum. Alij quòd pater Apollo sit, vnde & à Marone scriptum, da pater augurium. Narycij autè non Naritij scribi debet, à Naryce Locridis vrbe. ita collatitia quadam libri tertij Maronis stipe caput hoc emendicatum confecimus.

3. AEN.

35

Morbis fonticus, ludibrium Faunorum, Flaccus explicatus, captus, perduellio, dia dearum, rotunda, sirpi.

CAPVT VII.

MORBVM fonticum in 12. tab. interpretantur eum qui noceat: sed Plinius eo nomine morbum comitalem intellexit, cùm ita scripsit de lapide gagate. deprehendit fonticum morbum. Nam Dioscorides scripsit,

lib. 16. c. 19.

Lib. 36. c. 19. 205 ἑπιληπτικῶν. Idem Plinius quem Græci ἐφιάλτω & Latini incubum ap-  
 Lib. 5. c. 92. pellant, ludibria Faunorum vocavit, quod Fauni veterum opinione dor-  
 cap. 4. lib. 25. mientibus ista hominibus visa immittere crederentur. verba Plinij sunt,  
 Lib. 3. c. 134. hæc medetur & Faunorum in quiete ludibrijs: quod Dioscorides scribit, 293  
 Od. 30. lib. 3. αὐτῶν τὰς ἐφιάλτων πινυμὲς. Cùm Flaccus scribit,  
 — dùm capitolium

Scandet cum tacita virgine pontifex:

opinor id ad sacra Idulia referendum. Nam in arcem per sacram viam  
 quotquot Idibus sacerdotes ascendere solebant ad sacra facienda, vt à  
 Lib. 17. Varrone scribitur. Taurus pars est obscœna, vt apud Festum in solitau- 10  
 rilibus, atque harum hostiarum omnium immolati sunt tauri, quæ pars caditur  
 in castratione. inde lastauri dicti. Perduellio nihil aliud olim erat quàm cæ-  
 des: postea immutata significatio est. Nam cum Horatius perduellionis  
 accusatus fuisse dicatur & condemnatus à scriptoribus Latinis, cædis &  
 homicidij, id est φόνος à Dionysio dicitur postulatus & iudicatus: & Festus 15  
 eum parricidij accusatum dicit apud Duumuiros fuisse. Vt ab Homero  
 Ibid. δία γυμνακῶν, sic ab Ennio dictum est eius imitatione,  
 Ennius apud Fest. lib. 17. Constitit inde loci propter sos dia dearum.

Quæ turunda apud Catonem scribitur, vereor nerotunda scribi debeat,  
 Cato de re rust. c. 157. vel rutunda, quando vtroque modo in verustis reperimus libris: sic autem 20  
 scribonius Lar vocantur μασγαλιῶν. Suspicionē mouet Largus Scribonius qui ita scribit,  
 gus lib. de cō Emplastrum manibus subigetur, & redactum in rotundas ampliores, quas mag-  
 prof. medica- dalidas dicunt reponetur. fortasse enim in Catone transpositæ sunt syllabæ,  
 ment. cap. 201. & è rutundis turundæ factæ. Olim in legibus quæ de venditione caue-  
 Lib. 17. bant pro, & tradito dicebatur transque dato: quod apud Festum extat, 25  
 quia tamen obscurum est, declarandum obiter putavi. Cur sirpos ænig-  
 mata Latini vocent adeo nescire multos video, vt ea de causa vocabulum  
 subrogent, scruposque putent ænigmata dici debere: ego quod multa è  
 sirpo vitilia necerentur, vt tegetes, nodos ænigmatum sirpos dici suspi-  
 cor. Serilia vetus poëta Pacuuius funes appellauit, veriloquium & nota 30  
 Apud Festum tionem verbi Græci secutus. Nam σπάρτα, Græcè dicuntur à serendo:  
 lib. 17. vnde & ferilia, quod canabi linoque fierent: quamuis de sparteis illud  
 dixerit. Nec ulla subsclus cohibet compagem aluei: sed sut a lino & sparteis serili-  
 bus. Habetis minotal magna varietate conditum, si forte ad gustum facere  
 potest, quod promittere non ausim, boni consulturus si nauseam & fasti- 35  
 dium effugero hominum malacia laborantium.

Ruscus, galbus, galbeus, galbinus, ampivnare, relunua, reluere, excodicare. CAPVT VIII.

EFFIGIES, inquit Festus, in Capitolio ephebi erat rutrum tenentis, Lib. 16.  
 & more Græcorū arenas ruentis exercitationis causa: vt opinor qui athle-  
 tis adscripti erant, fodiebant arenam, & ruebant pala vel rutro, quod ge-  
 nus exercitationis attigit Theocritus sic scribens,

Καὶ χεῖρ' ἔχον σαπᾶναι τε καὶ ἔργα πειρομένο μᾶλα.

Theocritus E-  
dyll. 4.

5 Rusceam faciem pro colore rusceo dixit Cato, qui è viridi rutilus est, aut caro apud  
 flauus: coronas aureas ruscea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula. legi & in Fest. lib. 16.  
 antiquo lexico ruscum pro sordido, cui pro suo merito quisque fidem vel  
 addat vel detrahat. galbeum autem, vt & hoc interim addam, Festo or- Fest. lib. 7.  
 10 namenti genus est. sed & eidem galbeæ, vt hîc, armillæ sunt, quibus etiam  
 triumphantes utebantur, atque adeo milites donabantur virtutis ergo.  
 galbeum Tranquillus remedia lana intoluta interpretatur. vt autem sus- In Gallia cap. 3.  
 picor à colore nomen habere galbeæ: nam galbus in Latinogræco lexi-  
 co explicatur χλωρός id est viridis, pallidus, flauus: hinc galbula auis, quæ  
 15 huius coloris erat: inde & galbanus color, & galbinus, vt apud Iuuenalem.

Et galbana rafa.

Iuuenalis Sa-  
tyr. 2.

Vegetius in Veterinaria florem eryngij ait esse galbinei coloris, quem Vegetius lib. 3.  
 herbarius eruditissimus mihi dixit esse coloris cærulei dilutioris & palle- Art. Veterin.  
 fcantis. color galbinus dedecere viros censebatur, vt mollior & effœmi- cap. 2.  
 20 natior: hinc galbini mores à Martiale dicuntur. Apud Iuuenalem galba- lib. 1. epigr.  
 na coloris explicant subalbidi & subruffi pellucensque, de galbani flore. 64.  
 Quam omnibus in libris reduuiam appellari legimus, ipsa vocabuli ori- Saty. 2.  
 gine adductus contra fidem librorum omnium & famam, reluiam liben-  
 ter appellarem, cùm præsertim à reluendo reluiua dicatur grammaticis  
 25 auctoribus, cùm se cutis reluit, quod est resouit circa vngues. Quare etsi  
 improbum est aduersus omnium librorum auctoritatem niti, tamen tene-  
 re me non potui, quin hoc adscriberem, quod ita accipi velim, vt à me  
 affirmari hoc homines non putent, sed tantum moneri. Lingua gallica  
 vocabulum habet piruetare, quod veterem redolet originem. nam ampi-  
 30 ruare præsul Saliorum dicebatur cùm in saltatione motus edebat, girum-  
 que aut saltum dederat, cui mox alij, qui in choro erant, eodem gestu mo- Lucil. apud  
 tus reddebant, quod redantruare dicebant: hinc versus ille, Fest. lib. 16.

Præsul vt ampivnat, sic vulgus redantruat ipsum.

Lex 12. tab. extat apud Festum, quam sic legi debere conseo: est enim fœ- lib. 16.  
 35 dè contaminata. nam in secunda, inquit, tabula secunda lege scriptum est, quid  
 horum verum fuit iudici arbitronæ reoue, eo die defensus esto: vel, si quid horum  
 unum. Scio hominibus eleganti doctrina perpolitus, Si quid horum vitium  
 fuit iudici, arbitronæ, reoue, dies diffissus esto, legendum videri: sed nondum  
 illi me satis mouent. arbitror enim cùm in possessionem bonorum mitti

N soleret,

foleret, si quis vadimonium non obiisset, nec defensus esset, legem cauiffe eum defensum videri, si quid eorum, quæ enumerarat, vnum fuisset iudici arbitroue reoue. Versus est ex astraba Plauti,

Plautus apud  
est lib. 16.

Quasi tollenonem aut pilum Græcum reciproces plana via:

vbi pilum Græcum esse arbitror genus pili, quo in Græcia pinsebatur, 5 quale fortasse ab Hesiodo describitur,

Hesiodus lib. 2.  
oper. & dier.

ὄλον μὲν τριπόδων τὰ μνην, ὑπερόντα τριπύχων.

quanquam illud Plauti pilum, vt tolleno, reciprocabatur: attollebatur enim altera parte depressum pondere aut viribus hominis, mox remissum deprimebatur, & fruges pinsebat, quod in loco plano fiebat. atque vt tu- 10 multuaria est hæc opera, & immemor plerunq̄ue laboris exacti, fortasse hoc antè scripsimus: sed in eadem vestigia veluti per labyrinthum incedentes sæpe reuertimur inobseruabili errore. Reluere Festo resolueret est & repignerare, qua in significatione vsurpatum est à Cicerone in Sa-

Lib. 16.  
Cic. in salust.

lustium, vt in optimo codice legi, unde tu, qui modò ne paternam quidem 15 domum reuere potueris, repente tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam in Tiburci C. Casaris, reliquasque possessiones paraueris? Excodicare à Festo vsurparum reperi pro eo quod est, siluis & codicibus locum liberare & purgare, quod galli exfertare vocant, cum inquit, siluester locus excodi-

Lib. 16.

catur: quanquam in alia significatione à Palladio ponitur. 20

Lib. 2. tit. 1.

Iulææ voces, ilia ducere, Nanetes, Aturus.

CAPVT IX.

Lactantius de  
Phænice.

LACTANTIUS in carmine de phœnice, canoros huius auis modulos narrans, Iulæas appellat voces: vnde & cura grammaticis quærendi, 25 quæ sint Iulææ voces nata: & cum Iulum constet esse hymnum quendam, inde magno consensu esse voces Iulæas ab illo dictas adfirmant: ego potius putem à quinquennali certamine Ioui Capitolino instituto, quod triplex erat, gymnicum, scenicum, musicum, vt Suetonius scribit in Domitiano. Nam cum ab imperatoribus committeretur, qui Iuli à poëtis 30 appellantur, vt à Valerio Flacco,

Cap. 4.

Valer. Flacc.  
lib. 1.

— Phrygios prius indignatus Iulos:

Iulæas voces musicas & canoras crediderim, quales musicorum erant in certamine capitolino. sic Martialis Iulæam dixit oliuam,

Lib. 9. epigr.  
36.

Cuius Iulææ capiti nascuntur oliuæ:

id est coronæ ab imperatore datæ. 35

Peccet ad extremum ridendus & ilia ducar:

Epist. 1. lib. 1.

vt de equis circensibus, vel curulibus, est à Flacco dictum, qui cum pares non sunt septem circi spatij, deficiunt exanimati, nec tanto cursui sup-  
petit

petit spiritus & anhelitus: equi autem vel suspiriosus, vel densioris spiritus, dum animam ducunt, ilia trahunt: atque ea potissimū parte sentitur, quam liber & facilis commeet anhelitus. Lucanus lib. 4.

Lucanus lib. 4.

Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus urget,

Et defecta grauis longè trahit ilia pulsus.

5

Plinius in verbasco loquens de suspiriosis equis: Tanta huic vis est, vt in- cap. 6. lib. 26.  
mentis etiam non tusientibus modo, sed ilia quoque trahentibus auxilietur potu.

Papinius de equis curuli certamine fatigatis,

— nec iam integer illis

Impetus, & longi suspendunt ilia flatus.

10

id de ægris pecudibus etiam Maro dixit,

— imaque longo

Ilia singultu tendunt.

Lib. 6. The-  
baid.

3. Georg.

Sed in porta canterius non cadet, nec hic mihi erit huius viæ finis: pere-  
15 grinabor longius, & euchar, nec in Lucanos tamen excurram, sed ad Lu-  
canum veniam, meliorem vatem quàm vulgo fastidiosi & delicati exilti-  
mant, quibus nisi quod gracile est & deductum, nihil placet: sanguinem,  
succum, lacertos & thoros quod habet, tumidum inflatum suffultumque  
calumniantur, quod non serpit generoseque attollitur, vt exaggeratum,  
20 nimiumque odere. is ergo ita scribit,

— tunc rura Nemetis

Qui tenet, & ripas Satyri, qua littore curuo.

Lucanus lib. 1.

Satyri huius fluuij Gallia nusquam, quod equidem legerim, mentio est:  
& proinde meritò è Gallia fortasse expungeretur: neque verò id religioni  
25 esse debet, cum s litera extrita Atyri commodè legi possit. Constat au-  
tem è Ptolemæo in Gallia nobilem huius nominis fluuium esse in Aqi-  
tania è Pyreneis montibus labentem, qui hodieque penè nomen anti-  
quum retinet. Aturnus ab Aufonio appellatur, in Mosella, Tarbellicus ibi  
Aturnus. quid quod, qui rura Nanetis, legendum etiam videtur, non, Ne-  
30 metis, Nemetes enim sunt Germaniæ populi ad Rhenum? Nanetes in  
Gallia notissimi, qui ναμνηται à Ptolemæo vocantur, in quo ναμνηται scriben-  
dum reor. Nam etsi Vangiones postea nominat, hîc tamen Nanetas po-  
tius putem eum scripsisse, quàm Nemetas. Nihilò secius esse puto corri-  
gendam in Lucani illo versu,

Ptolemæus.

Aufonius Mo-  
sella.

Lucanus lib. 1.

35

Et Biturix, longisque leues Saxones in aruis,

vocem Saxones, & in Suesones notissimos Gallia populos commutan-  
dam. nulli enim in Gallia, Saxones à veteribus memorantur, & codicum  
vetustorum vacillans incertaque scriptura, modò Axones, modò Saxo-  
nes, modò etiam Leufones, modò Laufones interdum quoque Suesones



scribentium, ad audendum temerarium facile impellit, & Suesones inferendum.

*Redit in rugas, hoc habet, auertentes dij, dij depellentes, ante  
cœnam, cœna, præminens, syrtes. CAPVT X.*

saty. 6.

I AM decies redit in rugas, apud Persium nisi memoria me frustratur, exponi solet, decies crumenam non explet, & eam adhuc rugosam necdum distentam relinquit. Ego tamen, ut hunc sensum insimulare ineptiarum non ausim, ita Iuuenalis explicationem opponere & obijcere ausim, qui cum idem genus dicendi vsurpet, sententiam hanc exprimit, etiam tanta summa non fatiat, sed corrugat & iratum reddit adductumque vultum. sic autem scribit,

saty. 14.

*Hoc quoque si rugam trahit, extenditque labellum.*

Ementores sumus & erronei, propeque fugitiui: neque retrahi è fuga possumus, quin huc & illuc cursitemus.

12. AEN.

*Hoc habet, inquit Maro, hæc melior magnis data victima diuis.* illud hoc habet, è consuetudinis vulgaris sermonis desumptum, qua etiam summa interdum poemata condiuntur atque commendantur. simele est illud Terentij, *certe captus est, habet.* sic enim aliquem haud leuiter percussum dicere solemus. hoc imitatus est Prudentius,

Andria sc. 1.  
act. 1.

In Psychomachia.

*Hoc habet, exclamat victrix regina.*

Dij auertentes sunt qui à ποσειδάωνι à Græcis vocantur, qui auertunt prodigia & portenta: dij depellentes etiam & auerrunci vocantur. Tarquinius Priscus in ostentario arborario apud Macrobius, *Arbores quæ inferum deorum auertentiùmque sunt in tutela, eas infelices nominant, alternum sanguine infelicem.* veteres à sanguine & cruore abhorrebant, ita arborem cuius lignum cruentum videbatur, sanguine dixit infelicem: his autem arboribus infelicibus portenta & prodigia mala iubebant comburi: atque ita se ea procurare existimabant. Apud Macrobius Cato scribit, *descendit de*

Lib. 3. SATURNE  
c. 14.

*cantorio, inde staticulos dare, ridicularia fundere:* staticuli sunt saltationes statariæ quædam, non perinde motoræ, quales erant in eo chori genere, quod στασιμὸν à Græcis vocatur: vel staticuli à parte saltationis dicuntur, in qua statur. Nam etiam à saltationis spatij, ut quidem censent spatio-rem vocauit idem Cato Cælium: sed satius sit cum Festo erratorem intelligere: quem eundem & fesceninum à versibus fesceninis obscenæ lasciuæ appellauit. In cœnarum conuiujs lautissimis primi ferculorum missus ante cœnam dicebantur, qui & iterabantur, interdum: secunda fercula, ipsumque velut solidum corpus cœnæ, cœna: ut apud Macro-

Apud Macro-  
lib. 3. SATUR. c.  
14.Lib. 3. SATUR.  
c. 13.

bium, *ante cœnam echinos, ostreas crudas, quantum vellent: deinde mox, in cœna sumina,*

*sumina, sinciput aprugnum.* à Iuriconsultis prærogare pro prærogare poni animaduerti, cum antè expendere significat: quod scilicet ante erogatur pecunia. sic in alijs solent Latini non rarè vocales coniungere, & in vnum confundere: ut in vocabulo præminens, pro præeminens. Prudentius.

Hymno 11.  
Cathermer.

*Insignis ipse & præminens,*

Syrtes non tantum mare breue & vadosum, arenisque & aggeribus infestum nauibus significant, ut in Africa, quod antè diximus: sed etiam squalentes & arenosos solitudinis tractus: quod similitudine quadam credo factum, cum & Syrtes in Africa arenosæ essent, & arenosam latè longèque desertamque oram porrigerent. Prudentius de Helia,

Hymno 7.  
Cathermer.

*Spreuisse tradunt criminum frequentiam,  
Casto fruente syrrium silentio.*

ut à Lucretio scriptum est,

15

*Non radij solis, non lucida tela diei:*

Lib. 10.

vbi tela diei sunt, ipsius luminis radij, quos cælum sol & stellæ huc eiaculantur: sic pro radijs solis, solis spicula dixit non ineleganter Prudentius,

*Caligo terra scinditur, Percussa solis spiculo.*

Hymno 2.  
Cathermer.

Apollini quoque, qui sol est, arcum & sagittas gestamen tribuit antiquitas. sic ex varijs velut tessellis, hoc emblemata vermiculatum est: quæ malè confertæ speciem non aridendam, sed irridendam præbebunt, artificique non applausum, sed explosum parabunt.

25

*Nobis Aquilo ventus erit, ni, excepi tibi, insanit amorem,  
sitiens luna, sicca luna, pura frons, potens.*

CAPVT XI.

*Hoc merui sperare? dabis mihi perfida pœnas:*

Propertius lib.  
2. Eleg. 5.

*Et nobis Aquilo Cinthia ventus erit.*

Cur obsecro hoc loco Aquilonis, & quam in sententiam mentionem fecit Propertius? existimant poëtam sibi augurari ventum propitium & secundum olim futurum, quod mihi non videtur, cum obscure amicæ dissidium minetur, ut suspicor. ut enim Aquilo mare turbat & vertit: sic nostra mens illo tanquam vento procelloso inflata mutabitur & vertetur, aliamque inueniam quam amem. In eandem ferè sententiam eadem elegia dicit,

35

*Non ita Carpathia variant aquilonibus undæ,*

Eleg. 5. lib. 2.

*Nec dubio nubes vertitur acta noto.*

*Ni nos diuideret, quamuis diducere amantes*

Eleg. 7. lib. 2.

*Non queat inuitos Iuppiter ipse duos.*

Ni pro ne posuit, ut Virgilius,

3. AEN.

N 3

Lethi

*Lethi discrimine paruo Ni teneant cursus.*

sunt etiam qui, *ne nos diuideret*, in Propertio legunt.

*Sic nobis qui nunc magnum speramus amantes:*

6. eleg. lib. 2.

Sic rectè. magnam enim spem sibi amantes proponere solent. Audiui tamen qui pugnarent esse legendum magnū spiramus, pro *μέγα φρονέμεν*. Græcæ enim locutiones Propertium affectare dicebant, & Græca plerumque reddere, vt,

27. eleg. li. 2.

*Quæque tibi excepi tum dea Leucothoe.*

pro *ἐξείλομαι* & *ἐξείπετα* ἡυξάμαι. Et,

35. eleg. lib. 2.

*Lynceus ipse meus seros insanit amores,*

pro *ἔρωτα νοσεί*. Et,

ibid.

*Ipse meas solus (quod nil est) amulor umbras:*

pro *ζηλοτυπῶ*: nihil tamen esse causæ puto cur speramus improbetur.

17. eleg. lib. 2.

*Barbarus excussis agitat vestigia lumbis.*

hoc versu agitare vestigia, est vestigia agere & incedere. Barbarum enim amore potitum & victorem incedere magnificè dicit.

18. eleg. lib. 2.

*Nunc licet in triniis sicca requiescere luna.*

cap. 9. lib. 17.

Ea est quam sitientem Plinius vocat. *simum*, inquit, *iniicere terra plurimum refert Fauonio flante ac luna sitiente*. Iterum, *quocunque tempore fiat, curandum ut ab occasu æquinoctiali flante vento fiat, luna decresciente ac sicca.*

ibid. Plin.

23. eleg. lib. 2.

*Sine vagi crines puris in frontibus errant:*

hoc de puro discrimine est intelligendum, de quo alibi ex Ouidio dicimus, quod nihil attinet iterare, ne eandem cantilenam occinendo molesti, odiosique simus, vt aliàs sæpe.

26. eleg. lib. 2.

*At nullo domina teritur sub limine amor, qui*

*Restat, & immeritas sustinet aure minas.*

Sublimen vno verbo pro fastu hîc multi accipiunt: duobus etiam verbis potest legi, quanuis asperæ fores sint & limen durum, ad quod excubet exclusus amans, tamen eo non teritur amor, qui medullis penitus inhefit, alteque descendit in venas.

27. eleg. lib. 2.

*Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella*

*Seruiat, & tota dicat in vrbe potens.*

Potens hîc qui in amore multum potest, vt qui amatur & potitur. vt apud Catullum, *sis in amore potens*, id est in amore eueniat tibi, vt potiaris.

De inferis ad fratris tumulum.

*Cinthia forma potens, Cinthia verba leuis,*

excellens, præstantisque forma, quæ ad amorem potest inducere.

Propert. lib. 2. eleg. 5.

— *illa peræque*

*Præ se formosis inuidiosa dea est.*

29. eleg. lib. 2.

Venus, inquit, omnibus puellis, quæ præ ea formosæ videntur, id est quæ sunt

sunt ea formosiores, infesta & iniqua est, & eo nomine malè audit, & in crimè vocatur, inuidiosaque est: vel inuidiosa, pro inuida vsurpatur, quod equidem verius putem.

*Ceratonia, Persea, costæ, & quædam in Plinio obseruata.*

CAPVT XII.

10 I V V A T interdum ea, quæ Latini scriptores è Græcis sumpsere, ad originè suam reuocare, & inde reperere. Nam & res tota liquidius cognoscitur, & vitia quædam in ijs, quæ aliunde exscripta sunt, animaduertuntur, quæ è suo exemplari emendantur: velut in Plinio quod scribitur, *similis bis siliqua, quàm lones cerauniam vocant*: è Theophrasto scribo, *ceroniam* vocant: Galenus etiam *ceratoniam* appellat. *Ægyptus*, inquit, & *persecam* arborem sui generis habet. Hæc à Theophrasto & Galeno *persea*, non *per-* *sica* appellatur, aliaque longè est à *Perfica* arbore: sed id iuris sibi fortasse permisit, immutare vocabulum. *Huic*, inquit, *pomum differens breuitate & mollicie*: In Theophrasto *ροκκύμηλον*, id est, prunum scribitur: in veteribus Plinij exemplaribus primum, quod ad prunum quam proximè accedit. Lego igitur, *sed vbi nux illi, huic prunum*, hoc sensu, vbi nux est amygdalæ, huic *Perseæ*, est prunum. *At è diuerso*, inquit, *cuci in magno honore palma similis*: in Theophrasto scribitur non *cuci*, sed *κικιφόρον*. Fuluum eius fructum dicit, quem Theophrastus *ἄπιξανθρον*: nomen enim fului variè vsurpari à Latinis obseruare licet, quod interim monui. *ἔσφομον* quod Theophrastus dicit, conuertit succo ex austero dulci. *Lignū*, inquit, *intus grandis firmæque duritia, ex quo velares detornant annulos*: ex Theophr. legendum prima specie videretur, lignum intus grande. Nam *πυρλωα μέσαν* Theophrastus scripsit: sed sic fortasse leuiter potuit ista deflectere, eundem tamen sensum reddere: grande tamen prætulerim. annulos velares, annulos appellat, vnde vela cubilium pendent vt & pandi reduci que possint, curraci materia & perpolita: *κρίως εἰς τὰς πλωμαίεις* appellat Theophrastus. *ob id*, inquit, *utilissima nauium costis*: Theophrastus, *χρόναι* τῶς τῶ ἐσθλίαι αὐτῆς. Interiores in naui ventris partes, quæ latera fulciunt, & fundum intus firmant, vt statumina, costas vocauit Plinius. *Facies enim spinæ, folia habet, ceu pennas*: Legit in Theophrasto *πλεροῖς*, cum in eo scriptum extet *πλεροῖν*. i. filici, sed *πλεροῖς* dicendum videbatur: atque hoc in loco plus aliquanto Plinius conuertisse videretur, quàm hodie in Theophrasto inuenitur, & mutilum quis in eo esse putaret locum: sed si quis diligenter ad viuū refecet, & cum Plinio comparet sequentia, etiam vberior Theophrastus apparebit: nisi quod in Theophrasto *ἕλημα* non *δίδημα* legendum

crediderim, ut hoc interim moneam: etsi quantum possum operam do ne monumenta Græca ambitiosè in hac commentatione attingam, quam dicatam auctoribus Latinis, non æquum accessionibus peregrinis & accersitis locupletare, nisi cum tanta propinquitas est rerum & scriptorum, ut hinc illuc transilire piaculum non esse videatur: quod & in præsentia 5 accidit. quid igitur vetat etiam admonere in Theophrasto eodem in loco emendandum ἀφ' αὐτοῦ μὲν εἶναι? folia enim tacta dicit protinus marcescere & collabi, deinde reuiuiscere: Plinius cadere interpretatus est, postea renasci: quasi ex arbore cadant, quod non censeam Theophrastum significasse, cum *Κυπρίαν* dixit.

Lib. 4. cap. 3.

*Bambata, Ausonij versus, nutrire vinum, & quedam in Columella emendata.* CAPVT XIII.

IN aceti scillitici confectioe iubet Columella decem bambatas in 15 mustum mitti: eo nomine intelliguntur scillæ quæ aliquo intinctu conditæ sunt. Romani autem cum Syracusanorum sermone hac in re, ut & in multis alijs, vterentur, potius bambatas, quam bammatas nominant, quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere solerent. id eo moneo ne quis verbū adulterinum putet. Versus elegans surreptus est Ausonio ex epistola ad Theonem, in quo mentio est aceti scillitici, quem beneficio Ludouici Rufardi viri doctissimi Ausonio reddam, 20

Ausonius epist. ad Theonem.

*Scillitico decies si corpus verris aceto:*

*Anticipes vinum samij Lucomonis acumen.*

Vbi si vinum legatur, ut in veteri Rufardi libro, Anacreon significari videtur, qui cum in Samo degeret, etsi inde oriundus non erat, ad carmen pangendum acuebat se meri potu, eum autem Sami degisse, amores Bathylli declarant: alij Pythagoram intelligunt. legitur etiam *Anticipesque tuo: sed & bonum*, circumlocutione vinum adumbrante. Non tollo tamen *Anticyramque bibas*, quod peruulgatum est. Cæterum mox in Columella legendum crediderim, *sed mustum despuma, ut limpidum sit*: nam de submassa monstrum est in vltimas terras deportandum. Eleganter verò eodem libro Columella vinum medicamento curatū nutrirī dicit hoc modo, *quanto maior æstus erit, eo sepius conuenit vinum nutrirī refrigerarique, & ventilari*. Iterum, *atque ita postero die purgamus dolium & nutritum vinum operimus atque oblinimus*. Ignis, inquit eodem libro, *in proximo decumano fiat, ut pix ferueat in qua pediculi vuarum statim demittantur*. Ut in assignatione agrorū decumanus limes erat omnium maximus, sic eadem metatione & descriptione in vitibus & agris cuiusque, possessionibusque maioribus limes

Ibid.

Lib. 12. c. 30.

Lib. 12. c. 21.

Lib. 12. c. 43.

limes currebat. non dubitanter illud in eodem libro corrigam, *promis quoque & cellariis aliquid attendentibus & metuentibus interuenire*. cui enim non primo statim aspectu occurrit appendentibus & metentibus à Columella scriptū fuisse? Lego & in 4. capite, *curam non defuisse Pænis*: quod 5 & in illibatis exemplaribus meliorisque notæ agnoscimus. nec multo post, *nec minus cellarij diligentiam præceptis suis instituere*: non ut reperio in omnibus codicibus, *diligentius*. Apparet veteres ad purificationem non quauis aqua contetos fuisse, sed viam & perennem & limpidam desiderasse, non desidem, non stagnantem, non turbidam è lacuna: ut non temerè Virgilius dixerit,

— *Donec me flumine viuo Abluero.*

2. AEN.

Nam torrens aqua est, sed non viua, nec ad purificandum idonea: quod non in sacris tantū, sed etiam in penore tangendo obseruauere, tanta castimonia veteres erant. verba sunt Columelle *Quibus si fuerit operatus vel 15 vit vel fœmina, debere eos flumine, vel perenni aqua, priusquā penora contingant, abluat*. Quos, inquit, *inscripsit nominibus coci & cetarij & salgamarij*: etsi non me fallit ad instruendas mentes artem cetarij pertinere, tamen haud equidem dubitem cellarij legere, cum præsertim Matium scribat huius libri initio pistoris coci & cellarij diligentiam suis præceptis instituisse: hunc 20 autem Matium crediderim amicum Iulij Cæsaris fuisse, ad quem extant quædam Ciceronis epistolæ. *Isque, inquit, succus vocatus melimeli*: ego melomeli scribendum existimo, ut succi nomen sit è cotoneis malis & melle. nam melimela, quæ in malorum genere numerantur, nomenque ex eo sibi peperere, quod melleum palato saporem præbeant, nihil ad melomeli 25 pertinent, quod è cotonei succo & mellis sapore temperatum est. Hæc ego satis confusè redegī, ut quodque caput legebam enotans: ita perturbatio lectionis, ordinis perturbationem attulit.

30

*Quaedam in Plinio emendata.* CAPVT XIII.

NIMIS patienter ineptias, fat scio, meas homines iandudum ferunt: sed iacta alea est: & vbi impudentiæ repagula semel patefeceris, benigna impudentem esse oportet, & susceptam ad extremum perferre personam: ut adhuc fecimus, in Plinio & alijs auctoribus audacter bacchabimur, & simili vecordia emendationū abutemur. quid enim attinet quicquam dissimulare? Sic igitur locum Plinij interpungo: *Quapropter 35 isdem imbribus quedam lædi videas, alia iuuari, & in eodem genere, sicut in piris, alio die hiberna quærunt pluuias, alio verò præcocia, ut pariter quidem omnia desiderent hibernum tempus & ante germinationem: quæ aquilonem austro utiliore*

utiliorem facit ratio, eadem mediterranea maritimis præfert. hæc interpunctio si quid turbidum erat eliquat, & hominum intelligentiæ præluceat, cum densas tenebras offundat editio recepta. Lego item, *vites aduri* (quod non antea) *Ænos sensit*. & erit igitur hæc optima & operi sacra, id est operi dicata, vulgo, *fatior*, excuditur, quod minoris est significationis. Durat, inquit Plinius de terra fullonia loquens, 30. annis, densior iusto cymini modo strangulat solum: ego signini modo corrigendum contendo testibus veteribus libris, & sententia postulante. Nam signino opere solum si constratum sit, nullam herbam ediderit. Reliquias cibi & humorem quem profundimus. tanta in oratione veteres erant plerumque verecundia, ut ne quid in ea iniucunditatis aut foeditatis inesse videretur, suis nominibus res non appellarent, quod è lib. 2. de Natura deorum cognoscimus, & è Plinio ita scribente: *Ceteri auctores consensu humanas dapes ad hoc imprimis advocant, alij ex ijs præferunt humanos potus*. sic alui proluviæ & lotium circumloquitur. non tamen semper hac verecundia & religione eos uti scio solere. tamen plerumque annoto. Lego, *Interuallo sesquipedum feri*. Nam si inter se contingant, præter alia vitia, etiam verminosa sunt. Quod ad terrorem Prænestinorum prætoris à Papyrio Cursore Plinius factum refert, ex historia Livij sic legendum est, *excide, inquit, radicem istam Papyrius Cursor imperator ad terrorem Prænestinorum prætoris: destringi securis iussit: est innoxium abradi partes quæ se nudauerint. testas aliqui, aliqui lapides rotundos subijci malunt*. Ego aliquanto plura quàm constitueram adscripsi, inuitatus emendationis aucupio, cum in proxima verba etiam mendosa incidissem. quod autem in editionibus est, *destringi securis se teste*, quæ obsecro sententiam interpretatur, quæ historiæ respondeat? hæc leuiter à me immutata fidem historiæ reddunt, à qua deprauata deflexerant: ut tamen etiamnum vestigia germanæ scripturæ aliqua compareant. nec tamen ita mihi hac in correctione placeo, nec me circumspicio, ut si quis melius aut probabilius quid afferat, non lubentissimè secururus sim.

30

*Alexis, galerus, nouo conditi, periculum, antiphates, veretilla, spuria, coniectio.* CAPVT XV.

Virg. 2. Eclog.

Apolog. 1.

IN secunda Maronis ecloga sub Corydonis persona Virgilius later, sub Alexidis seruus Pollionis, quem Virgilius deperibat, non ut Seruius censet, Cæsar intelligitur. Apuleius, *Quanto modestius tandem Mantuanus, qui ibidem ut ego puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro laudans, & abstinens nomenclaturam, sese quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat? Alexin autem nominavit ut reor, de nomine illius pueri, quem Epigrammate Plato*

Plato laudarat, cuius initium est, *Ναὺ ὅτε μὴ ἐν ἀλεξίς*. Galerius non tantum Mercurij erat, sed etiã pontificum: Apuleius, quod Imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus, quod lituus auguribus. erat & albogalerus dialium, ut Festus scribit. Nouum dicitur cum quid nouatur, ut cum noui coloni mittuntur: unde & Nouocomenses à nouis colonis sunt appellati, qui adiecti sunt veteribus ciuibus. Hinc Apuleius scripsit, *ac deinceps & veteranorum militum nouo conditi*. Periculum in vtraque parte bonam & malam dicebatur: unde & bonum periculum dici reperimus: Apuleius, *possem equidem bono periculo vel his dictis contentus perorare*. quod apud eum è Lelio legitur, *Antiphates illud quaritur*: scribendum existimo, Antiphates. sic, ut ait Plinius, *gemma nominatur nigra, quam contra effascinationes predicabant valere magi*. Cresias apud Stobæum, ὅρος ὅτι τῆ μυσίας εὐθρασε καλὸν ἄμρον. γυνάται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθῆς παρασημαζόμενος ὁ καλῶς ποιεῖ πρὸς ἀλφῆς ἢ λέπρας δι' οὗ τριβόμενος, ἢ τοῖς πᾶσι χροὶ ἐπιτίθειται. Impensum pretium pro magno precio dicebant, ut iam obseruauimus. Apuleius, *Tu eodem referes etiam gulones omnes, qui impenso pisces pretio à piscatoribus mercantur*. Sic & Liuius lib. 2. ab vrbe condita scripserat, *quia impenso pretio venibat, in publicum*: ex quo immenso fecere, optima voce iniquo iudicio circumuenta. Conchas quasdam, propter similitudinem pudendorum virilium & muliebrium, virginalia & veretilla vocat Apuleius: atque idem etiam spuria & fascina. Nam virginalia & spuria, à mulierum virginumque natura, id est obscœna parte habent, veretilla & fascina à virorum pudendo. Coniectio non tantum est, cum causa apud prætorem conijcitur, & quodam tanquam indice exponitur & breui: verum etiam pacto eo nomine venit, ut apud Apuleium in nuptialibus pactis sic scribitur, *præter hæc ea conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset*. Sic quædam Apuleij farragine hoc caput pauimus, ex vna eius segete parum altum iri credentes: quamquam sic quoque strigosum erit, nec bene habitum. quod alij in vno loco inuenirent, per multa eiusdem scriptoris loca circumagimur, ut inueniamus, ac sic vix tandem reperimus.

35

*Muria dura, cinis lixiuus, concha, fœnicium, spissamentum, lotum vomitorium.* CAPVT XVI.

MURIAM duram, quam in auctoribus sæpenumero legimus, esse eam crediderim, quæ falsissima est, & sale durare cibos, & salire potest, diuque conseruare, ut ab alia differat, quæ minus asperi salisque saporis, id est minus duri, est. Id quod loquor è Largo intelligi potest sic scribente, vel



scrib. cap. 185. *te, vel aqua marina, vel muria dura pota.* mox enim subiicit, *Item ovis anserinis fortilibus plurimum salis habentibus, vel iure gallinaceo agniuo ve quam pinguisimo & salisimo per se poto.* quod sanè planum facit eum ibi de salissimis loqui. Sale quoque duratos pisces in auctoribus legimus, quod ad enodandas illas voces pertinet. Cinis lixiuus interdum est ipsum lixiuum liquidum: quod ideo annotare volui, vt vindicarem à calumnia Plinium, qui pro *κωνία* interdum cinerem lixiuum posuit. Scribonius, *hoc teritur ex cinere lixiua donec leue factum habeat mellis spissitudinem.* Iterum, *hoc terere oportet ex cinere lixiua è caprisco vel sarmentis, donec leuia passu habeat temperamentum.* non tantum conchis appellatur faba, quæ cum suo folliculo est, vt apud Satyricum poëtam, *cuius conche tumes: & Martialem: Lib. 3. epigr. 7.* *Si fumet rubra conchis tibi pallida testa*

scrib. cap. 233. sed etiam concha: Scribonius, *ex fabæ quasi concha multo cum cumino cocta:* etsi hîc concha folliculus ipse videtur. in eo in impetiginis curatione, vt scrib. cap. 249. conijcio, vna animea malè & vitiosè pro vna taminia scribitur, quæ à Festo explicatur. Fœnicium videtur pro miscella posuisse in malagmate ad podagram, ex eo translatione ducta, quod in scœno varia sunt & promiscua herbarum genera: eius verba sunt, *ultimum nitrum & astus lapis fœnicio inducitur,* id est illi variæ & multiplici impensè additur, quo tamen de vocabulo amplius pronuntiandum est: nondum enim mihi satis liquet. aliquid tamen dicere tentavi, inuestigationis potius causa quàm affirmationis. Sunt qui melius fœnicium corium rubrum accipiant, vt in Pseudo-Plauti, ad operiendum. Appellat herpetem idem Latinè zonam ex eo credo, quod etiam *ζώνη* Græcè vocatur, vt à Nicolao in centesima 22. compositione propomatum. Idem vocat spissamentum, vt & Columella quo quid spissatur & obturatur: quod verbum tamen recentiores non ineptè stymmati accommodauère, cum apud veteres obturamentum sit.

scrib. cap. 271. Scribonius, *sed ante diligenter & spissè obturatum: atque ubi se congelauerit adeps, extrahendum erit spissamentum.* non tantum pinnis veteres vomitum prouocare, sed & loris solebant, quæ ex eo vomitaria vocabantur. Scribonius, *sapius datis & frequenter reiectis per pinnam, aut lorum vomitorium.* Casiam daphnidem vocat in compositione ad calculosos, quæ in Daphnes nemore prope Antiochiam colligebatur, vt suspicor: nisi quis daphnidis legendum putet, & baccam lauri intelligat: sed daphnidum in plurali, vt puto, dixisset. Santonica herba apud eum est absinthium Santonicum, vt & apud Martialem: *Santonica virga.* hæc cursitando ex eo collegi, plura & potiora illi obseruabunt, quos maioribus ire per literas auspicijs manifesta fides.

Smy-

Smyrna Cinna, cœna deum, desurgere, calces, Tympanorriba, terere. CAPVT XVII.

POEMA Cinnae vatis Smyrna inscriptum in magna celebratione apud antiquos fuit, nouem perpetuis elaboratum annis: vnde exijt vt reor, præceptum Horatij,

— nonúmque prematur in annum.

Nam exemplum Cinnae hoc ei vel consilium vel præceptum dictauit. de Cinnae poemate Catullus scribit,

10 *Smyrna mei vatis nonam post denique messem  
Quam cepta est, nonámque edita post hyemem.*

videtur poema tamen obscurum fuisse, proinde Martialis scripsit,

*Iudice te melior Cinna Marone fuit.*

ego crediderim argumentum eius fuisse de nefandis & incestis amoribus

15 Myrrhae, quæ deperijt patrem suum Cinyram: eam ego coniecturam facio ex versu vno poematis illius, quem profert Priscianus,

*At scelus incesto Cinyrae crescebat in aluo:*

& ex epigrammate in Castritiu, in quo vt de puella vel muliere scribitur,

*Vni Castritio se nubere Smyrna probauit:*

20 *Desinite indocti coniugio hanc petere.*

*Soli Castritio se dixit nubere velle,*

*Intima cui soli nota sua extiterint.*

Nam quæ Myrrha, eadem Smyrna dicitur. hæc ego satis curiosè scrutatus sum, quamuis non magni videatur studiosorum istud interesse: quia

25 tamen cum hæc legimus, animo angimur, si nesciamus quæ poematis sententia fuerit, idcirco labori non peperi meo. si quis delicatus & fastidiosus est, prætereat quod ad palatum non facit. *O noctes cœnaeque deum,* Horatius scripsit: eas cœnas è Dionysio exposuimus: sunt tamen qui cœnas

30 deorum interpretantur epulas illas esse, quæ deorum nomine in templis dabantur, aut ædibus sacris: vt epulum Iouis legimus. Apparatissimæ autem erant illæ cœnae & lautissimæ. Sed & diis ipsis sternebantur lecti, quibus similes dicat esse rusticas & frugi mensas Horatius. Citatur & à Prisciano Cornificius de cœnis deorum. Apud Horatium cum sermonum lib.

35 2. scribitur, *vides vt pallidus omnis Cœna desurgat dubia?* exponitur ab interpretibus optimis rectè de cœna surgat: legi tamen in lexico Latino-græco interpretationem, quam si negligerem piacularum me putarem. Constat cruditates & alui profluvia parari epulis dubijs & varijs. expositum igitur reperi desurgat, in secessum eat ad exonerandam aluum. sic enim scribitur: *Desurgit ἀποδύει ὡς ἀετῖνος.* Sic desurgere à Scribonio vsurpatur, *Te-*

nesmus

nesmus est irritatio ultima partis intestini directi, in quo sæpius libet desurgere sine causa. Apud eundem Priscianum, id quod non est silentio prætereundum, legimus in Lucilio calces pro calculis, unde & calculi nomen per diminutionem deductum est. calces enim vocat calculorum ludum, nisi hallucinor cum ita scribit,

Lucilius apud  
Priscianum li. 6.

*Naumachiam licet hæc inquam alueolumque putare, &  
Calces, delectes te, hilo non rectius viuas.*

In tympano apud Græcos homines torquebantur: hinc eum qui sæpe in  
Priscianus li. 6. eo per tormenta cruciatus sit, crediderim à Plauto apud Priscianum tym-  
Truculento sc. panotribam vocari: verba sunt Plauti in Truculento,  
Ite hæc simul.

*Tympanotribam amas, hominem non nauci.*

Ac videretur à τυμπανότριβη formari, ut fictum est ὀνότριβη. vel tympanotri-  
bam vocat, qui tympanum pulsabat, ut in sacris Rheæ: & in multis initia-  
tionibus & sacris tympana gerebantur, ut è Lysistrata Aristophanis con-  
stat. Tympanum autem illis in sacris gerere parum virile videbatur, cen-  
sebaturque muliebri. atque hanc interpretationem meliorem puto. ut  
autem Græci dicunt ἄπεισιβειν pro perdere: sic apud Priscianum Nævius,  
*Vt illum dij terant, qui primum olitor cepam protulit.*

*Aegæ, durum acetum, far, farreum, saccare.*

CAPVT XVIII.

SAMMONICVS medicinam morborum parabilem versibus lepidis  
conscripsit, quæ fortasse ad morborum sanationem efficacior est, quàm  
illa confusorum miscellanea compositio magno mortalium & dispendio  
& damno introducta. Nam veteres medici simplicem quandam curatio-  
nem secuti sunt: deinceps qui secuti sunt, ut fucum facerent, multa cuius-  
que modi miscuerunt, & ut pluris nobis constaret sanitas, eam ex omni-  
bus vndique mundi partibus corrogatis speciebus magno nobis vendit:  
quas vbi increbuisse vident, ut orbem semper vectigale habeant, aliquid  
innouant & mutant, quo & vitam nobis & oculos exhauriant. nam raro  
euentus respondet: animaduerti que in dysenteria populari morbo, in vi-  
cis & pagis, qui medicina non vtuntur, mortuos aut nullos aut paucos:  
in quibusdam vrbibus plurimos elatos à medicis maximo sumptu: sed hæc  
intelligi velim non de huius vrbis medicis, præsertim cum nullum ordi-  
nem nec eruditiores, nec honestiores viros habere sciam: multosque in  
eorum collegio esse sciam, quibus multi ciues vitam suam debeant. Sed  
ad Sammonicum redeo: in eius versibus mendas quasdam notasse mihi vi-  
deor: si cui in emendatione coniectura mea non nimis à vero remota vi-  
deatur,

deatur, eam sequatur, & ut in rebus vernalibus solet, meliora qui adferet,  
pluris vendat. Is de Æsculapio loquens scribit,

*Qui colis Aegæas, qui Pergama, quique Epidaurum.*

Samonicus e. 1.

vbi pro Aegæas, non inuitus subdebam Aeginam, vbi religiosissimè &  
sanctissimè colebatur, vel Aristophane auctore qui in Vespis scribit,

*Διέπλευσεν εἰς ἄγιναν εἶτα Κυλλαβῶν*

Aristophanes  
Vespis.

*Νύκτωρ κατέκλειεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιῶ.*

Verum Aegæas retineo, & Aegæas Ciliciæ, vbi fanum erat Æsculapij reli-  
giosissimum, intelligo, vbi & medicinam Æsculapius facitabat, ut au-  
ctor est lib. 1. de vita Apollonij Philostratus. Vt autem annotatum à nobis  
est duram muriam dici, quæ acerrima & salissima est: sic durum acetum  
est à Sammonico vocatum, quod acidissimū & acerrimum est, hoc versu,

Philostratus  
lib. 1. de vita

Apollon.

Samon. cap. 3.

*Furfuribusque nouis durum miscebis acetum.*

Idem farra farinam vocat, ut cum ait,

*Aut acido Baccho miscebis farra lupini.*

Samon. cap. 6.

Proinde & farraceum & farreum est farinaceum, ut de porrigine,

*Desinet interea glomerari farrea nubes.*

Sammon. c. 3.

cum enim caput peccitur, velut farinæ quædam nubes è capite cadit. Qui-  
netiam pro,

cap. 6.

*Illotus sudor vel copia nobilis escæ,*

cupidè summutarim, copia inutilis escæ. Iam quod sequitur,

*Quod facit ex asino siccatus corporis humor:*

ibid.

ex Lucretij & Arnobij locis à me prolatis suspicer saccatus esse legen-  
dum, ut lutum sit asini lotio factum. Nam vesica, ut saccus vinarius vinum

lotium transmittit: similis incessit Martiali error,

Li. 2. epigr. 40.

*Cecuba siccatur, quæque annus coxit Opimi,*

*Condantur parco fusca falerna cado.*

Cum saccatur & libri antiqui exhibeant, & postulet sententia. dicit

enim defæcanda & liquanda esse vina ut potentur. mox pro,

*Mox pauidum corpus dextra parente foueto:*

Sammon. c. 6.

libentissimè legerim, mox scabidum corpus. Et pro,

*Ceritum sæpe horrendi medicantur odores,*

cap. 7.

postulante versu, *Ceritum*, id est, insanum, & Cereris furore percitum.

Nos medicum malè habitum his vel fomentis lenire, vel medicamentis  
sanare conabamur: sunt & in eo multa alia vlcera, quibus vel Pæon vel  
Chiron manum admoueat. maiorem enim opem quàm nostram deside-  
rant. Interim quædam à nobis in eo reduuia curata erit, si modo curata di-  
ci possit. Nam ne id quidem affirmare ausim.

O 2

Bamba-

Philipp. 3.

PATER vxoris Antonij propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis, vt à M. Tullio per summam contumeliam probrumque ei obijci-  
tur, bambalio vocatus fuisse dicitur. Proinde quæritur, quis sit bambalio  
à criticis. ego nomen per diminutionem ad risum fictum arbitror, vt quem-  
admodum dicitur à Sceparnũ Sceparnio: sic à βαμβάλειν βαμβάλιον. βαμβάλειν  
autem est tremere, & dentibus crepitare, & labijs balbutire: quod & al-  
gentibus, vsuuenit, & stupentibus quoque, & balbutientibus, & ore tu-  
multuantibus, & in loquendo colluctantibus & hæsitantibus: præsertim  
tamen commissione labiorum balbum elidentibus sonum: quod & βαμ-  
βαλύζειν & παμφαλύζειν dicitur: quæ omnia per onomatopœiam sunt ef-  
fecta: vt & βαμβαλοβόμβασ apud Aristophanem, & βόμβος: quæ quidem om-  
nia strepitum quendam & sonum declarant voci suæ consimilem. alij ap-  
paret hoc insigne cognomentum hæsisse è Dione, cuius verba sunt in Ci-  
ceronis oratione, καὶ τὸν βαμβάλιον τὸν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπιτομίας ἐπιβόητον ἀγαπᾷ.  
Et in oratione Caleni bambalionis est mentio, καὶ πῶς κρείττον καὶ σὲ βαμβά-  
λιονα γερονέναι, εἰ γὰρ τις ὁ βαμβάλιον εἰπὸς ἐστίν, ἢ τοῦτον ἐπανηρῆσθαι βίον. At verò quod  
in edicto Antonij reprehendit Cicero & irridet, an vlla contumelia est quæ  
facit dignus? sine controuersia dictum est obscure: se enim nescire ait Ci-  
cero quis sit dignus. Primum, inquit, quid est dignus. Nam etiam malo digni  
multi, sicut ipse: an quam facit is, qui cum dignitate est? sed reprehensio est non  
sine calumnia & veri dissimulatione. puto enim intellexisse. Antonium,  
quam facit is qui dignus ipse contumelia est: ac dignum sic absolute in-  
terdum, vt malo aut contumelia dignum intelligerent, dicebant: & cum  
antè nomen contumeliæ positum esset ab Antonio postea tacitum, reuo-  
catu & subauditū per facile fuit. Illud Salustianum eiusdem generis est, sed  
ubi imperium ad ignaros ciues aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum  
ab dignis & idoneis ad indignos & minus idoneos transfertur. hic dignos sup-  
plicio & malo historicus intellexit. Itaque quod integro sermone dixit  
Terentius,

Nam si ego digna hac contumelia sum maximè,  
At tu indignus qui faceres tamen:

id curtato & diminuto dixit Antonius, quam facit dignus. sed & Plautus in  
Curgul. eodem locutus modo videtur esse, indignis si maledicatur, maledi-  
ctum id esse dico: verum si dignis, benedictum est, meo quidem animo. Sed & bo-  
nus imprimis Latinitatis auctor Terentius facere contumeliã dixit, quod  
in Antonio exagitauit vt non Latinum Cicero & irrisit. Sic quæ in oratio-  
ne interdum reprehendunt inimici doctissimi, quia improbè & malignè  
faciunt,

Aristophanes

Dion.

Philipp. 3.

Ibid.

In Bello Catili-  
nario.

Eunuch. act. 5.  
sc. 2.

sc. Iru præ  
virgo.

Terent. Phorm.  
act. 5. sc. 8.

Cic. 3. philipp.

faciunt, nec tam iudicio & ratione, quàm animi commotione & impetu,  
pro veris culpis & erratis ducenda non sunt: neque si quid inimico & ini-  
quo non placet, protinus illud pro damnato ab omnibus habendum vi-  
detur. videtur tamen meritò Antonio obijcere Cicero orationis obscu-  
ritatem. Nam illud dignus omnino obscurum est, & supplemento, vt do-  
cui, indiget. Verior est Ciceronis reprehensio in sequenti sententia: nec  
timor quem denuntiat inimicus. est enim & affectatè & propè ineptè dicta  
prima statim specie, nisi quod in hanc videtur sententiam dixisse, quæ mi-  
nitatur aduersarius, non me terrent: verba enim sunt sine re minacia. So-  
lent enim inimici multa minari perperam, & mendaciter denunciare ter-  
rorem falsum: ita excusari hæc quoque sententia possit, & propè com-  
mendabilis reddi: tantum vitio obscuritatis laborat.

Porca contracta, longæ tibia, spondiaca tibia, vastæ,  
bombyces, phibongarium. CAPVT XX.

SI quis hæc scribimus, ita quæ cohærere & coagmentata esse debere  
credit, vt ædificij partes, & membra: aut omnia inter se apta & colligata  
teneri, vt mathematicorum præcepta, longè animo fallitur. amoenitates  
studiorum & blandimenta hæc quæ molimur sequuntur, & nimium co-  
hærent, quæ quamuis disiunctissima, non tamen iniucunda sunt futura nec  
ingrata ijs, qui istis vetustatis lautitijs delectantur. huius generis erunt &  
quæ nos hic scribemus, vt & quæ adhuc scripsimus. Cùm apud Ciceronem  
lib. 2. de Legibus legimus, quæque in porca contracta iura sint, (sic enim iam  
olim emendauimus, cùm ante cõfracta per Ciceronis culta serperet) quis  
non existimaret iura contracta dici? nos quidem in ea opinione fuimus,  
& plurimos esse etiam videmus: sed nescio quomodo antiquis auctori-  
bus in literarum scientia plus semper tribuere consueui quàm mihi arro-  
gare. Nam quo propius aberant à nobilissimis scriptoribus, hoc & eorum  
sensum perspicacius sagaciusque videbant: nos, qui tanto interuallo ab  
illa antiquitate vltima distamus, oculis, vt ita dicam lippis aut noctuinis  
plerumque illa cernimus. Porcam igitur contractam, auctorem laudantes  
antiquum grammaticum, dici debere libenter agnoscimus. Sic enim Ma-  
rius Victorinus scribit, qui iusta defuncto non fecerunt, aut in faciendo pecca-  
uerunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat antequam  
nouam quasi dapem mereant de segete capere. præcidaria dicta, quod ante cedi-  
tur quàm frugem capiant. Præcidariam autem contendit appellandam por-  
cam, non præcidaneam, cùm tamen præcidaneam alij grammatici appel-  
lent, vt & succidaneam: vocat idem præsentaneam porcam, quæ præsen-  
te de-

te defuncto immolatur. sed de mendo quis meritò suspectarit codices, reprehendiq̄ue censuerit præcidariam ab eo porcã, contendente dici debere præcidaneã, quod & analogia flagitat, & verum certè suspicor. contracta autem porca dicitur, cùm quis anniuersarium hoc piaculare sacrum peccato contraxit, vt ipsi quorannis soluere id sit necesse pontificio Romanorum ritu. Sed à Chio ad Coum, quod in Tranquillo scribitur, *πῖ μοι καὶ μακροῖς ἀυλοῖς*, id est quid mihi est cùm longis tibijs, vt opinor, hanc habet sententiam, quid me sacris operam dare, & piaculis pacem deũm quærere oportet. Nam in re diuina tibijs utebantur longis Marius Victorinus de spondeo, *dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis supplicantibus editur: unde, inquit, spondulae appellantur, qui huiusmodi tibias inflare assueuerunt.* Fortasse autem, vt hoc quoque addam, spondiauloi vel spondauloi, vt siticines *τύμβαυλοι*, appellabantur: nam veluti segetes rubigo, sic quoque eius nouales multa noxia gramina mendarum enecant. Exauget animum ad suspicandum, quòd præcentoriã dicebantur tibiã, quibus ad puluinaria præcinebatur, & thurariã quæ eadem Lydiã, quibus cùm thus in aram indebant, nec immolabant hostias, utebantur: vt non leuis sit coniectura à libationibus, quibus præcinebatur, spondaulis fuisse dictos, Pollux quoque *σπονδιακοὶ ἀυλοὶ* annotat, & pro nobis testimoniũ dicit. in longis tibijs poni debent quæ ab Aristotele *αἰὲ ἀκὺ- 20* *σων* appellantur *βόμβυκες*, quas & difficilius dicit inflari. *πάντες γὰρ*, inquit, *καλεπῶς πληρῶσι τοὺς βόμβυκας, ὃ μέγῃ σποντῆας πολλῆς, ἀπὸ τοῦ μήκος ἢ ἀπὸ τῆς σφαιρικότητος.* calamum quoque huic tibiãrum generi idoneum appellat *βομβυκίαν* Theophrastus. Cæterum quas Solinus vocat vascas, quæ numero foraminum præcentorias præcedunt, eas phonascas esse credo. quibus Phonsaci modos vocis & tenores regebant, qualis erat fistula Gracchi, quam tonorium vocat Quintilianus: alij phthongarium etiam appellant, vt in pneumaticis Hero. In Latinogræco lexico vasca exponitur *μελετηπικὸς*, quod meæ fauet sententiã. Sipontinus vastas legit: eum qui volet sequatur potius quàm nostram coniecturam, quam quidem non ita probamus, vt eius vllum fore sectatorem putemus.

sueton. in othone c. 7.

pollux lib. 4. cap. 10.

Theophrastus solinus.

Lib. I. cap. 10. Hero in Pneumaticis.

*Ætas mala, delinimenta, velitari labris, acia, soliar, macci, cosmortoryne, triodite trifolio, est modus matulæ.*

Qui lauti & opipari volunt esse, conuiuas epulis non exquisitis tantum, verum etiam varijs accipiunt, vt fastidio occurrant. nos eorum lautitiam exquisitam non imitabimur, varietatem ne nimium secuti fuisse videamur.

videamur hoc capite, veremur. Malam ætatem veteres, vt à grammaticis obseruatum est, senectutem appellabant, quæ cùm grauis sit & onerosa, nec minus tergo nostro ponderosa, quàm baiuli dorso graue pondus, proinde scripsit Plautus in Menæchmis.

Plautus in Menæchmis sc. vt ætas.

5 *Vt ætas mala mer. & mala est tergo.*

Ergo enim, quod eo loco receptum est, foras exturbandum censeo. Antiqui dilinimenta vocauerunt, quæ *θελιμητα*. Græci dicunt: & delinire *θελισαν*. hoc etiam nomine veniunt veneficia, venena, pocula amatoria. Afranius,

Afranius apud Nonium in senium.

10 *Si possent homines delinimentis capi,  
Omnes haberent nunc amatores anus:  
Ætas & corpus tenerum & morigeratio,  
Hæc sunt venena formosatum mulierum.  
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.*

Sed & delinitus est alienatus mente, quòd hoc venenis efficiatur. Migrare pro transilire dixerunt, vt quod quis harum rerum migrasset: sic & emigrare pro eijcere. Titinius, *quor pestes senia & iurgia sesemet diebus emigrant.* Labris velitari & velificari, pro verbis contendere & altercari, & inter se rixari dixerunt. Afranius,

Apud Non. in velitatio.

20 *Interea verba iactare, & labris  
Inter se velitari, velificarier.*

Cùm in Officijs hodie scribitur, *multorum impunita scelera tulissimus*, cui etiam scripturæ libenter equidem suffragium meum defero, non omittam monere in Nonio legi, *multorum impunitates scelerum*. Varronis Satyra fuit nomine *ειδυμύωνες*, qua in inscriptione somniculosos & veteranos homines reprehendebat: eam inscriptionem apud Nonium ferè in Eudæmones degenerauisse animaduerti. medici olim cùm ægros visabant, non tantum venas, id est arterias tangebant, sed etiam præcordia inspiciebant: Lucilius, *nequam priusquam venas hominis tetigit ac præcordia.* Tagax est apud veteres furax, furunculus Festo. vt apud Lucilium: *Et mutonis manu perscribere posse tagacem.* In Nonio musconis reperio, nec probo tamen. est & mutonium *αεθλασκάνιον*. i. amulerum, vt nominis vicinitate adductus hoc dicam. Vt acus, item acia in instrumento phrygionis erat, & filum aciculæ erat, nomenque ab acie habet. Titinius,

Apud Non. in Tangere.

Lib. 18.

Apud Non. in Phrygio.

35 *Phrygio sui primo, beneque id opus sciui:  
Reliqui acus, aciasque hero atque heræ nostræ.*

Celsus lib. 5. *utraque optima est ex acia molli non nimis torta, quo mitius corpori insidat.* in lexico vetere Latinogræco acia explicatur *ράμμα*. quin acia & aciola etiã in eo exponitur *ἀκελύφη*. Varronis erat Satyra eleganti nomine Cosmatoryne, *αἰὲ φθορᾶς κόσμη*. vt enim cochleari, quod *τορυμῆ* Græcè dicitur



dicitur, omnia in olla commiscuntur: sic eleganter mundi interitum mundi cochlear appellavit, ob perturbationem rerum in antiquum chaos tum rediturarum, & in confusionem pristinam. In exemplaribus Nonij hoc nomen semper esse deprauatum ægrè ferendum est. vt total dicitur quo

Apud Non. in Phrygio.

torus tegitur: ita quo solium, soliar. Varro, Phrygio qui pulvinar poterat pingere, soliar defingebar. Nouium in Macco citatum inuenimus, qui titulus fabulæ est de nomine mulieris stupidæ & bardæ, hinc Macci vocantur

Apuleius apol. log. 2.

stolidi & fatui. Apuleius, si cum hac vna Ruffi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones videbuntur. Hic & buccones homines sunt tardi: legi ramentum in lexico Latinogæco buccones esse ἄβουτοι: citari etiam obser-

Apud Non. in Tolutim.

uo à grammaticis Pomponium in Maccis geminis. Citatur & Varro in triodite trifolio ἄβουτος ἑως. Ego sic censeam inscriptam Satyram, triuiale trifolium, propter triplicem viuendi sectam, voluptuariam, in cogitatione & contemplatione occupatam, & in actione positam: vel potius

Ibid.

ob tria bonorum genera, animi, corporis, vitæ. Quis est cocleatus equus quem in Decuma fullonis Pomponius nominat? ego censeam in verbo vitium inesse, & coleatum legendum, ad canterij discrimen. Locus Pomponij multis profertur locis etiam mendosius, quos præterire constitui.

Apud Non. in Temulenta.

Carere temeto est vinum non bibere: Cicero, Carent temeto omnes mulieres. Plautus,

Sine subbibit, sine caret temeto.

Truculento sc. Egon tibi maledicam.

Satyra Varronis quædam inscribatur, Est modus matulæ, vel vt alij libri scribunt, Et modus matula, qua inscriptione monebat adhibendum modum computationi & ebrietati. Nam è matula potum significauit, cum cibum sicciorum in ventrem, liquidiorum in vesicam descendere

Apud Non. in Matella.

25 censerent. Varro alio loco, Diuitum apothecas chias ad communem reuocat matellam. Plautus,

Plautus Persa sc. omnem rem inueni.

Nolo in vesicam quod eat, in ventrem volo.

Apud Non. in Bulgæ.

Varro, in quo nobilius est philippeum quod accipimus, quàm quod bibimus: cum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam. Inscribatur & Satyra eius quædã ἄβουτος, qua differebat, an sibi aliquando sit consciscenda mors.

erat & liber nomine Prometheus, de hominum fabrica, qui à Prometheo ficti dicuntur fuisse. Quinquatrus de Philosophia & medicina. Nam quinquatria Mineruæ, quæ scientijs & artibus præest, honori dicauit antiquitas.

erat & titulus, vt iam diximus, longè fugit, qui suos fugit, vbi de Stoicorũ sapiète, & decretis mirabilibus disputabat, in quibus ab homine recedere videntur, & se fugere suosque. erat etiam sexagesima & octogesima, vbi

de nummis & publicis differebat. scripserat & Meleagros, de venatione. Satyra etiam eius erat ὄνος λύρας, id est asinus lyram audit, cuius inscriptionem

nem

nem immutatã esse apud Nonium vehementer dolendũ est. ex ea affertur,

Nonius in Cist. nedi.

Merentis vt quietus ac demissior, Probandus,

Ἀλλέως ἠρωικῶς, ἰωνικῶς κινάδου,

Calui mimi omnibus erant frustratui: vnde Plautus scripsit,

Calina sc. fess. quimini comites.

Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur.

Fritinnire subsilire est: Varro, & pullos peperit fritinnientes. Satyram is scripserat quandam Vinalia ἄβουτος. Nam vinalia tanquam veneralia vocata sunt: ex ea Satyra affertur:

Apud Non. in Frigere.

— nec enim sic vide,

Apud Non. in Sartores.

10 Vtrum mercedem accipit is, qui meas venit

Segetes vt sarriat, an ego ab illo: sic ego,

Comptus sim sartor, si tu plus laboras quàm ego do.

Gerontodidasalus quoque nomen erat Varronis Satyræ, in qua senes docebat, & multa eorum vitia notabat. Ea in fabula tricas tellenas pro-

Apud Non. in Trica.

15 uerbij more posuit, non vt quidam censent attellanas, propter impedita & intricata & nugatoria attellanarum fabularum argumenta, sed propter antiquam urbem Tellenam. Erat & eiusdem scriptoris Satyra τὸ παρὸς τὸ

Apud Non. in Examusim.

παρὸν ἄβουτος, cuius etiam inscriptio læsa & violata est apud Marcellum: ea in fabula de procreatione liberorum multa differebat, & eis

20 qui parentes esse optimorum liberorum vellent præcepta debat: ex ea afferunt grammatici. Quare si diu gens est adamusim, per me licet adsumas, teneo ἄβουτος. apparet eam inscriptionẽ fuisse prouerbialem. nam & à diuo Basilio vsurpatur in epistola ad Libanium εἰδὲ ἐμὸς ἔστι παῖς, τὸ παρὸς ἔστι τὸ παρὸν.

25

Squali, veneriæ concha, plagusia, Columella emendatur. CAPVT XXII.

30 HÆC coniectanea esse & haberi volo. Itaque huc omnia cuiusque modi temerè conijcio, vt in buccam veniunt. Quidni enim ius suum hic liber teneat, & licentiam alijs, qui in eodem genere elaborarunt, concessam vsurpet? Tesca, vel tesqua loca sunt inculta & aspera, vnde apud

Horatium, squalor & asperitas tescor, vel tesquor appellatur illo versu, vt quidam legunt,

35 Exiguaque toga simulet tesquare Catonem.

epist. 20. lib. 1.

Verùm eruditissimo viro Lambino assentior, & antiquis interpretibus qui textore defendunt, hoc sensu, qui hoc simulet & effingat Catonem, quod sibi exiguam ipse texat, vel texti iubeat togulam. nec illos audio, qui gestore legunt, & animo suo morem gerunt scriptura nouanda nimium

licen-

licenter. Squalus est piscis cuius nomen ab asperitate fluxit. Nam è squa-  
 Cap. 24. lib. 9. ror squalor & squalus originem duxere. eo nomine apud Plinium cenferi  
 videntur omnes cartilaginei pisces longæ formæ, vt cum scribit, *quo in  
 numero sunt squali quoque, quamuis non plani: sed locus iste mihi de mendo  
 non iniuria suspectus est, cum in quodam exemplari squalij repperim.* 5  
 Cap. 1. lib. 9. quid si igitur Plinius Græcam vsurpauit vocem, & galei scripsit, cum La-  
 tinam quæ ei responderet non haberet? quod quidem & animaduerti  
 Massario placere, quo ad affirmandum sum audacior, eius subnixus iudi-  
 cio. Sed & cum iterum scribit Plinius, *spari, torpedo, squali circa æquinocti-  
 um, non dubito quin ex Aristotele squatine sit legendum, vel squati.* Nam 10  
 in lexico Latinogræco exponitur, *squatús πίνν εἰδος ἰχθύος.* Conchæ quædam  
 Venereæ vocantur ex eo, quòdenata mari Venus concha delata est in  
 Cyprum: proinde in Rudente scribitur,

Te ex concha natam esse autumant, caue tu harum conchas spernas.  
 Id enim dicit, quia è mari illæ enatarant: eam concham appellat neritem 15  
 Aristoteles. Iterum Plinius, *veneria, vna, xiphia.* vbi vrenas inaudito sanè  
 verbo & nihili hodie in omnibus libris scribitur. Venerearum concha-  
 rum est apud Senecam mentio lib. epistolarum xv. his verbis, *veneria, spon-  
 dylisque, & ostrea eatenus circumcisa, qua eduntur.* Propertius tamen cum ve-  
 neriam concham scribit, vnionem intelligere videtur. 20

Et venit è rubro concha ericina salo,  
 quomodo & concha interdum vsurpatur, vt apud Tibullum,  
 Lib. 2. eleg. 4. — & è rubro lucida concha mari.

Cum autem ait Plautus,  
 Rudente Sc. Nunc demum est. Caue tu harum conchas spreueris, 25  
 ad eas nisi fallor conchas retulit, quæ dono dari puellis solebant, vt ex  
 Ouidio notum est, ita scribente lib. x. Metamorphoseos,  
 10. Metamor- phos. Munera fert illi conchas, teretesque lapillos.  
 nominantur à Plauto è genere concharum plagusiæ in Rudente, quo no-  
 mine eas venire existimo, quæ crustam tegumentum latam patulamque hæ- 30  
 bent, quasi πλακόεσσαι dicantur. Nam à πλακίς deducitur, quo nomine  
 cum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placufius vocatur. Scribit  
 Columella in horto,

Deletura quidem fronti data signa fucarum.

Focorum hic examuffim emendat vir huius ætatis doctissimus Gulielmus 35  
 Pelisserius. nam stigmata & inustas fronti notas lepidium efficacissimè  
 Cap. 17. lib. 20. delet & extenuat, prodestque vt scribit Plinius contra cicatricum vlcera.

Idem rectissimè legit hunc versum,  
 Columell. lib. 10. de cultu hortor. Vlpica, quæque habilis beta est fabrilibus escis.

qui ita

qui ita deformatus est in omnibus libris, vt abdicaturus eum sit, si reuiuif-  
 cat, Columella.

Mutinitini facellum, Mutinus, tabula tesseraria, Serranus, andaba-  
 te, aborigines, Margopolis, Mæonius autumedon, cernuus,  
 cernuare. CAPVT XXIII.

5 MUTINITINI facellum, vt ait Festus, Romæ fuit, cui velatæ togis  
 prætextatis solebāt sacrificare. Ego nomen cum gentilium deum habuif-  
 se à tacendo & non tinniendo, puto: nam in eo ni valet ne. Quare confla-  
 tum esse nomen ex hac particula, & duobus imperatiuis videtur. Mutu-  
 nus est Priapus Arnobio, Lactantio, Augustino. Mutunus etiam deus fuisse 10  
 videtur qui mutiret, efficeretque ne quid emanaret, sed clam esset, & ta-  
 citum & occultum: Lucilius, Arnob. lib. 4. Lactant. lib. 1. 620.

Sed quid mutino subiectoque huic opus signo?  
 Vt lurcetur lardum & carnaria furtim  
 Patrum conficeret.

15 Reperio & moëtino in exemplaribus antiquis, vt pro munio moenio. sed  
 nostro more ludimus, & varia conteximus. Tabulam in qua luditur talis  
 & tesseris primus Palamedes in bello Troiano inuenit ad Græcorum ob-  
 lectionem: eum ludum philosophiæ plenum, vt ingeniosi homines sunt  
 20 in nugis, multi prædicant, ac tabulam quidem referre terrenam istam  
 mundi plagam censent: quo recepto omnia quiduis significauerint: per-  
 gunt, duodenarium numerum imaginem esse volunt signiferi. fritillum,  
 quem Græci ἰσφρόβολον κήριον & κηθάριον appellant, & septem eius tesseras  
 simulachrum septem errantium stellarum, turriculam, quam πύργον, (nam  
 25 illi eam à fritillo distinguunt) altitudinem cæli. ita se putant ista non incal-  
 lidè comminisci. Erat M. Varronis Satyra nomine Serranus vel πει ἀρχου-  
 γεσιων: eam ita inscripserat, quòd ex agro euocatus esset Serranus, quem  
 ferentem dati honores inuenerunt. erat & Varronis liber nomine Abori- 30  
 gines, in quo de hominis natura & origine primisque illis rudi cælo natis  
 hominibus loquebatur. erat & Andatarum titulo, in quo de hominum  
 cæcitate & errore differebat. Vanare erat antiquis vanum reddere & fru-  
 stra habere. Accius, Apud Non. in Vanans.

Tanta vt frustrando lactans vanans protrahas.

Non solùm de equis canterium veteres dixere, sed etiam de alijs animan-  
 35 tibus, vt Pomponius de homine, *magnus manducus camillus canterius*: quan-  
 quam hinc in quibusdam libris camellus etiam scriptum inuenio: camel-  
 los autem edaces esse constat, ac fortasse ea literatura verior sit. vt quem  
 nullius aut exigui pretij esse censebant, non esse assis dicebant: ita & non  
 esse sescunciæ. Pomponius, *Pappus hic in medio habitat senica non sescunciæ.*

Margo-

Apud Non. in Margopolis titulus erat Satyræ Varronis insaniam ex professo ciuitatis in comitijs & magistratibus furentis, & honorum studio & ambitione luxuque & ingluuie perditæ & insanæ, acerrimè notans: ex ea affertur, Cui

Apud Non. in ceter di' èνδς λήματατος λόγος Antipatri Stoici filius rutro caput displanat. Est & Rurum. Varronis Satyræ titulus papia papæ, quod est papæ patercule, quo immo-

Apud Non. in dicos laudatores & assentatores vituperabat, qui in admirationem sæpe Nebulones. solēt prorumpere, & assentatoria laude hominibus adulari. erat & Mæo-nius Autumedon, quo nomine significabantur iuuentutis institutores re-

Apud Non. in ctoreſque eam Homeri, & poetarum scriptis erudientes. Erat & lex Me- Guttur. nia, de coniugio & liberis tollendis. Cernuus calceamenti genus est apud 10 Festum, in quo tamen vix pellucet huius vocis vestigium: de eo fortasse contra grammaticorum sententiam versum illum Lucilij accipere licet,

Apud Non. in Cernuus exemplo plantas conueſtit honeſtas: Cernuus. nonnulli cernuum foccum interpretantur sine solo ligulatum. Cernuare erat labente vestigio in pronum ire, & sæpe etiam labi: quo genere lusus 15 consualibus vti solebant per pelles vnctas currentes, & in caput se iactan-tes. Varto, etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrerant, ibique cernuabant:

Ibid. à quo vetus est ille versus in carminibus,

Ibi pastores ludos faciunt cernui consualia.

2. Georg. Idem videbitur esse propemodum, quod Maro scripsit, vnctos saliere per 20 utres, quod ἀσπιδιάζειν Græci dicunt. In Lexico antiquo cernuus & cernulus exponitur petaurista, & cernuere πεταυρίζειν.

Ancarius, prostomis, lentus, boua. CAPVT XXIIII.

Apud Non. in C E N T O N E S mihi farcire videor aut consuere è diuersis panniculis: sed ea varietate pascor, & huius operis aut nullius propria est. scribit Lu- Quiritate. cilius,

Hæc eadem rudet è rostris atque euulitabit,

Concurſans velut ancarius, clarèque quiritans.

Quem tandem hîc ancarium intelligimus? Ancara vrbs Italiae fuit, in qua, vt reor, vel aliqui patres familias fuerunt operosi & quæstuosi, qui seruo- rum familias habuerunt: vel vrbs ipsa, quod ex eo suspicor, quod à fami- lia ancariana lib. 9. Varenum scribit Fabius, nisi hallucinor, interfectum fuisse. Sed & libro 7. familiae ancarianæ meminit. serui autem illi opifi- ces & operarij sæpe concursabant, & per urbem aut agros re aliqua amif- sa, aut vspiam relicta, consternati, & quiritabundi vagabantur, quod illis versibus significare voluit, nisi auius à vero feror, poeta Lucilius. Tertul- lianus tamen Ancariam in apologetico Asculanorum deum scribit fuisse.

Quintilianus cap. 2. Lib. 7. cap. 3.

Tertull. c. 23.

vt an-

vt ancarios putare possimus esse furiosos, ab illa dea errore immisso cor- reptos. Nam vt de furioso loqui videtur Lucilius. sic in antiquo lexico Bellonarius vocatur Bellonæ furore correptus, id est θεοφορέιδνος. posset & ancarius intelligi aliquis è familia Ancariæ sacra. Vt perduellis ab an- tiquis dicebatur qui postea hostis: sic perduellū quod postea duellum & bellum: Accius,

— de summa tibi perduellum est,

Postomis imponitur naribus equorum, aut morsui, ad cohibendam eo- rum ferociam & tenaciam: eleganter id transtulit ad potores Lucilius, 10 quibus è naribus pocula pendere videntur, hoc versu,

Truleus postomis huic ingens è naribus pendet.

dicitur autem postomis voce lacesita & læsa, velut epistomis aut episto- mium. Imo verò tanquam ἀετομῖς, id est additamentum ori adiectum & appensum: atque ira scribendū videtur. Lentum pro facili Lucilius, quod 15 sanè quàm rarum est posuit, credo quòd quæ lenta sunt, vt vimina, ea etiam ad opus facilitatem habent:

Lucius Cotta senex Craſti pater huius Paceni,

Magnus trico fuit numarius, soluere nulli Lentus.

Boua, quam alij boam vocant, papulas roto ebullientes corpore cum ru- bore significat interdum, vt apud Plinium: sed apud Varronem, as defran- 20 dasse cauponem, bouam luto oblenisse, tum portitores terram duxit, cum scribi- tur, vas vinarium longum, turgidum, & amplum, bouæque serpenti simile 25 videtur: explicatur & in antiquo lexico boua νόκος βοῶν. Bimarcus nomen Satyræ Varronis fuit, in qua fastum & arrogantiam stolidam & ineptam Romanorum incessebat, quòd è Romano prænomine, quo sibi place- bant, duplicato indicatur, quasi quis non semel, sed bis Marcus sit. Sesqui Vlyſsem pro astutissimo & callidissimo in cuiusdam Satyræ titulo posue- rat. Rhinoceros Lucilio etiam dicitur qui dente eminente bronchus est:

eius versus est, Bronchus bouillanus dente aduerso emenulo, hic est Rhinoceros. Bronchus autem in vetusto lexico explicatur ὁ τὸ ἀνω χεῖλος ἀδινῶς, qui su- 30 periore labro est tumidiore. Horatius illud in Lucilium, quòd verbis Latini Græca miscuit, quod prestudiosè faciebat, vt è loco quem profe- ram adparet,

Nunc censes καλλιπλοχέμον, καλλιπόρον illam,

Non licitum esse vterum atque etiam inguina tangere mammis?

Compernem aut varam fuisse Amphitryonis ἀκοίτην

Alemenam, atque alias: Ladam ipsam denique nolo

Dicere, tute vide, atque disyllabon elige quoduis,

Εὐειν, ἐν πατρίσεια, aliquam rem insignem habuisse,

35

P Verrucam

Apud Non. in Clisic.

Apud Non. in Postomis.

Apud Non. in Tricones.

Apud Non. in Portitores.

Apud Non. in Branchi.

Horatius Saty. 4. lib. 1.

Apud Non. in Compernes.

Verrucam, nauum dictum, dentem eminulum unum.

Qua etiam miscella visus est delectari Varro, vt & ex inscriptionibus libroru fati apparet: & ex eo quod subijciam, ne plura persequar, *qua re fit vt lingulae obirectatores tui, iam nunc murmurantes dicant, μωμή (ε)ταίπτε μάλλον ή μωμήσεια.* Varronis erat Satyra Flexabulorum nomine, in qua de provincijs administrandis, & tanquam flectendis, regendisq; provincialibus differebat ( Nam flexabulum instrumentum ad flectendum est) multaque in Magistratum, vt reor, avaritiam & sordes disputabat. Erat & Hecatombe, in qua de sacrificijs agebat, sumptuosaq; sacra reprehendebat, verumq; sacrificium esse purae & integre mentis preces docebat: 10 ex ea locus elegans affertur, quem ideo adscribam: *Chrysenoulos locat sibi amiculum de lacte & cera tarentina, quam apes Milesia coegerint ex omnibus floribus libantes, sine osse & sine neruis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dicit autem amicam velut lacteam & ceream. Ceream porro pro tenera & pulchra dixit, propter cereas im- 15 gines, quas in atrijs habebant, aliaq; opera qua sequaci & flexibili ceræ natura pulcherrima faciebant, & mollia erant: vnde & cerea non ab remollia explicant, qua translatione cerea Telephi brachia dixit Flaccus. at cerea lacerna in Martiale est detrita & decolor flauescensq; flore coloris exolescente, 20

*Ceream si pendet lumbis & trita lacerna.*  
 Erat & *εως ποτε αει ωρων*, in qua de temporibus & negotijs vitæ humanæ tractabat cum hominū semper Satyrica vituperatione. Erat & *ταφη μωμήσεια*, id est sepultura Menippi, vbi, vt reor, hominum illudebat stultam & nimiam sepulturæ & funerum curam. 25

ADRIANI TURNEBI AD-  
 VERSARIORVM LIBER  
 DECIMVS OCTAVVS. 30

*Verædus, postumus, lar, Promethea iuga, aconitum, vertagus. CAPVT I.*



**P**INIO est verædum equum esse qui vehat Rhedam, que qui- 35 dem à præceptoribus, & eruditissimis hominum nostræ memoriæ scriptis accepta, me in longam ætatem comitata est. Nunc verædum equum puto, qui neque Rhedam neque cisum trahat, sed vice tamen Rhedæ sit. Id adeo ex Martiale & Ausonio conijcere licet

Epig. 14. li. 12.

re licet, ne alijs auctoribus testimonium denunciemus. Ille enim inquit,

*Parcius utaris moneo rapiente verædo*

*Prisce, nec in lepores tam violentus eas.*

Non, vt opinor, qui venabatur, rheda vectabatur: sed & equum esse non 5 rhedam sequens versus indicat,

*Decidit excussus nec crediturus equo.*

Aufonius autem apertissimè id etiam indicat his verbis,

*Non cisum, aut pigrum cautus conscende verædum:*

*Non tibi sit rheda, non amor acris equi.*

10 Iterum, *Vel celerem mannum, vel ruptum terga verædum.* vbi in equis viato- 11 rijs numeratur verædus. sed & in antiquo lexico exponitur *πυλος*: Procopio est equus cursus publici. Isidorus tamen verædos esse dictos ait, quod 12 ueherent rhedas, vel quod per vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat. Postumus qui post fata parentis natus est dicitur vulgo: 15 & sanè qui post fata parentis nascebantur, hoc nomine erant: vt Curij filius adoptatus à Rabirio Rabirius Postumus est vocatus: ac hoc nomen attributum fuisse illis, qui post patris mortem nascerentur ostendit Plautus in Aulularia,

*Post mediam atatem, qui mediam ducit uxorem domum:*

*Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò:*

*Quid dubitas quin paratum fiet nomen puero Postumus?*

Postumus tamen censetur etiam qui post factum testamentum natus est etiam viuo patrefamilias: sed & qui post alios liberos vltimusq; gignitur: quomodo lib. 6. *Aeneidos* accipiendum censeo, 6. AENE

*Siluius albanum nomen tua postuma proles.*

25 sequitur enim explicatio,

*Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx,*

*Educet siluis regem regumque parentem.*

Atque hanc sententiam meam confirmat eruditissimus poëta Ausonius, 30 ac postumum explicat supremum,

*Vt quondam in Albæ mœnibus,*

*Supremus Anea satus.*

Lar quod nomen sæpenumero legimus, adeo vt in prænomen abierit, videtur ducem significare vel regem. Nam Ausonius Viridomarum Gal- 35 lorum ducem, quem interfecit Marcellus, cuique opima spolia detraxit, Aremorium lartem, id est gallicum ducem appellat, ab Aremoris populis Gallia, quos multi Aremoricos quàm Armoricos vocare malunt.

*Tertia, inquit, opima dedit spoliatus Aremoricus lar.*

*— an qua Lecta Prometheis diuidit herba iugis?*

P 2 scribit

In monosyllab

Sc. Velim te arbitrari,

Epist. 202

Auf. 1.

Isidor. lib. 12. cap. 12.



Propertius e-  
leg. 11. lib. 2.

scribit Propertius : quo in loco Promethea iuga vocat Caucasum, vbi na-  
fcebatur è cruore Promethei aconitum. etsi enim è vomitu Cerberi pro-  
pe Heracleam pleriq; natum ferunt, alij tamen è tabe & sanie Promethei,  
cuius iecur tundeat aquila, exortum fabulantur. herbam igitur lectam in  
Prometheis iugis cum dicit, veneficia intelligit: Aufonius, 5

Edyllo 16. in  
monosyllabus.

Martialis li. 14  
in apophor.

Vnde Prometheo de corpore sanguineus tos,  
Aspergit cautes, & dura aconita creat cos.  
Non sibi sed domino venatur vertagus acer,  
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quis obsecro vos apud Martialem iste vertagus est, & vnde dicitus? sci- 10  
mus à nationibus & locis nomina canibus interdum imponi: sed de ver-  
tagis populis, aut huius nominis loco silentium est in literis. mihi quidem  
vertrahus legendum propè videtur, veluti fertrahus, à fera scilicet tra-  
henda ad dominum. scio ego iocularem istam visum iri audaciam, & risus  
excitaturam: sed eam argumento non leui confirmabo. Gratius poëta 15  
vetus vertraham appellare videtur, etsi tempus syllabæ mutat,

Et pictam macula vertraham delige falsa.

Vertagum tamen, vel potius vertragum retinuerim, & g in vicem elemēti  
h transiisse crediderim, vt in tragula, quam à trahendo nomen habere  
grammatici affirmant. sed & tragula retis genus ex eo nomen habet 20  
quod trahitur.

Solarium, funda, ventrale, adamas supernas, præteritum per-  
fectum penultima breui, laus est publica, intactus  
grex. CAPVT II.

25

SOLARIUM interdum locus est vbi homines solebant apricari: fie-  
bat autem in ædibus ad excipiendam auram & vaporem solis, vnde &  
heliocaminus quasi solis vaporarium dicebatur. Plautus,

Scio neque solarium neque hortum.

Milite sc. Nisi  
quidem ego.

Macrob. lib. 2.  
Sat. c. 4.

alij putant tectum quoddam fuisse planum & subdiuale. Inde ille festiuus 30  
Augusti Imperatoris iocus. quid ergo? vt me populus Romanus dicat bene  
cultum, in solario ambulaturus sum. Fundam pro retis genere dici non est ita  
infrequens: sed eo nomine cruminam vocari, id verò non passim occur-  
rit. Macrobius, cumque accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem ma-  
nu paucos denarios protulit, quos principi daret, adiecitque, μή χ' πτωσὶ τὸ χλω 35  
σεβαστῆ, εἰ πλεόν εἶχον, πλεόν ἀν' ἐδίδου. sed vt rete à similitudine fundæ, qua la-  
pides iactantur nomen habet: ita quoq; loculi pecuniarum, quod specie for-  
maq; fundam referrent. In antiquo quoq; lexico scribitur, Ventræ κοιλί-  
δεσμος, funda. lepida est Augusti in Mæcenatis affectationem illusio, qua  
Mæce-

Cap. 4. lib. 2.  
Sat. 7.

Mæcenatis cacozeliam imitatur venustissime, sed non sine obscuritate: 5  
Vale, inquit, mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas  
supernas, Tyberinum margaritum, Cilniorum smaragde, laspis Figulorum, be-  
rylle Porfennæ. cum delicatum alloquatur, delicias rerum gemmarumque  
loquitur, & locorum Etruriæ nomina, quod hetruscus Mæcenas esset, aut  
virorum qui in ea floruerunt, aut inde oriundi erant cōmemoratione & ap-  
pellatione ludos facit. Legendum autem ferè conicerem, vale mel gen-  
tium Meduliæ, nisi Medulia fuisset Albanorum, vt dicit Dionysius. emendo  
igitur mel gentium Velutoniæ. Adamas supernas, est adamas Etruriæ: etsi 10  
non tam supernates Etruriæ sunt quàm infernates. Nam qui eam incolunt  
Apennini plagâ, quæ ad inferum mare vergit, quod Tyrrhenum dicitur, in-  
fernates dicuntur: qui latus quod supero mari respondet, supernates. sed  
latius patuit Etruria, & supernates ei trans Appenninū adscripti fuerunt, &  
oppida fortasse quædam Albanorum, vt Medulia. Tyberis in Etruria nasci-  
15 tur. Margaritum igitur Tyberinum, Etruscum Margaritū est. Cilniorum  
smaragdus dicitur, quod Cilnij gentiles erant Mæcenatis. è Cilniorum  
enim gēte stirps eius erat. Tacitus, Caterū Augustus bellis civilibus Cilnium  
Mæcenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atq; Italiam præposuit. Cilli-  
nius tamen, ne quid dissimulem, in Tacito legitur. suspicor etiam ex Etru-  
20 ria oriundos fuisse Figulos, quorum nobilis erat Romæ familia. Stete-  
runtque comæ, cum Maro dixit, systolen esse grammatici dicunt: ego vete-  
res ista præterita sæpe corripuisse reperio. Nam & in Eunucho Terentij  
in iambici sine scriptum disertè est,

Corn. Tacitus  
lib. 5. annal.

Terentius eu-  
nicho in pro-  
logo.

— postquam adiles emerunt.

25 quo plerique omnes offensi emerant emendant, animi libidinem potius  
quàm veritatem sequentes. Laberius apud Macrobius bis potuerunt  
corripuit, voluerunt multi effugere pauci potuerunt. Iterum, etenim ipsi dij ne-  
gare cui nil potuerunt. idem Laberius sic apud eundem scriptorem in mimo  
30 loquitur, Summū ad gradum cum clauitatis veneris, consistes ægrè, & quàm des-  
cendas decides. Id verò valet & potius decides, quàm descendas. itaque id  
quod non dictum est, audiendum tamen est, vt sententia sit absoluta. se-  
quitur mox, Cecidi ego: cadet qui sequitur: laus est publica. Id hanc habet  
sententiam, laus nulli mancipio datur, nulliusque propria est, sed commu-  
35 nis & publica. proinde ad alium subinde transit.

Nunc grege de intacto septem maclare iuuenos  
Præstiterit.

6. AEn.

Id de hostijs iniugibus accipit Macrobius, & rectè. Impium enim & ne-  
farium esse videbatur iuuenicum aratorem immolare, vt Theon Arati  
interpres scribit, quæ impietate obstringi non videbatur, qui iuuenicum

nondum domitum nec laboris focium, nec in dominum munificum ma-  
ctabat. Sunt tamen qui iam domitas pecudes facris non puras censent,  
vt hominum manu & labore rustico contaminatas pollutafque: & fieri  
potest vt superstiofa potius, quàm religiofa antiquitas vtranque cau-  
sam fecuta fit.

5

*Libertus primus, palma lemniscata, lemnisci, corona lemniscata,  
caedes, vox liquata, insigne, superum lumen, ora belli,  
ansatum telum.* CAPVT III.

10

Martialis li. 1. MARTIALIS scribit,  
epig. 4.

*Libertum docti Lucensis quere secundum:*

& in quadam inscriptione reperio, FECIT SIBI ET PETIÆ COLLI-  
BERTÆ PRIMÆ VXORI: hæc verba faciunt vt suspicer in patrono-  
rum libertis ordinem quendam fuisse, & quosdam primos quosdam se-  
cundos vocatos fuisse, quod alteri apud patronum priorem locum obti-  
nerent, alteri proximum. ergo primi & secundi dicebantur, vt alijs om-  
nibus potiores: ac fortasse inde factum est vt apud Iuriconsultos tam sæ-  
pe nomen primi & secundi legamus, quod & attigisse nos ante etiam re-  
cordamur, sed tumultuariæ & subitæ scriptiones sæpe eodem reuertuntur.

20  
Palmæ victoribus dari solebant, sed in nobiliore victoria lemniscis orna-  
bantur, vt & coronæ: de coronis Plinius, *Accesseruntque et lemnisci, quos  
adijci ipsarum coronarū honos erat.* hinc à Cicerone dicitur palma lemnisca-  
ta pro Roscio, & ab Aufonio scriptum est,

cap. 3. lib. 21.  
Cic. pro Rosc.  
Amer.  
Aufonius epist.  
6.

*Et quæ iandudum tibi palma poetica floret,  
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.* 25

5. AEN.

Lemniscum aut lemniscatam coronam significasse Maro videtur lib. 5.  
AENEIDOS, cum ita scripsit,

*Puniceis ibant euincti tempora tænis.*

Athenæus lib. 9.

Est autem lemniscus syracusanum verbum, quo stricta angusta que tænia  
significatur. Athenæus, *ὡς τὸ τῆς αἰσθητικῆς φάσσαι καὶ τρυφῆς καὶ ὀλίγου ἐξίπλωτο  
πῶ ὀδὸν λημνίσκοις τῆς πόδας δεδεμμένας πρὸς τὸ βαδίσαι ὑπὸ τῆς χειρῶν ἀρπάζεσθαι.*  
Vt φόνος apud Græcos, quod vocabulum cædem significat, sanguis dici-  
tur, ita & apud Maronem libro nono,

9. AEN.

*— tepidæque recentem Cæde locum.* 35

Id est tepido sanguine, quod imitatione Græca factum, qui in vtraque lin-  
gua versatus est facile intelliget. Vt apud nos multi perstudiosè nostro  
sermoni Hispanas & Italas voces admiscet, & sartagine quadam lo-  
quendi inuisitata opinionè facundiæ captant: ita & Romani faciebant, qui  
pro

pro lucernis lychnos dicere solebant, pro lecti pedibus clinopodas. ita il-  
lis suarum erat vernacularum vocum fastidium, exterarum & exoticarum  
iucundus sapor. Lucilius apud Macrobius, *Porro clinopodasque lychnosque.* Lib. 6. satur.  
*Dicimus κωνός, antè pedes lecti atque lucernas.* sed in idem ipse vitium incidit  
64.

5 inculcatis subinde Græcis vocibus, & mixto è Latina & Græca lingua  
sermone. In versu Enniano apud Macrobius ferrum præpes est ferrum  
volatile, qualia tela sunt, hastæ, iacula. Ibi autem legendum crediderim,  
Lib. 6. satur.  
c. 3.  
Ibid.

*Æratæ sonitant galeæ,* non ærato sonitu. vox autem liquata in Hostij car-  
mine apud eundem scriptorem, videtur esse, quæ liquido gutture diserta  
10 claraque foras editur, quam scilicet guttur ipsum liquat, & liquidam trans-  
mittit: atque ab his quæ colo liquantur per translationè id dictum accipio  
& agnosco. Insigne est id quod in cono galeæ erigitur, vt crista. Ennius,

Apud Macro-  
lib. 6. satur. c.  
1.

*— inde volans secum abstulit hasta Insigne:*

Apicem dixit Maro,

15 *— apicem tamen incita summum Hasta tulit.*

Superum lumen dixerunt veteres lumen è cælo in terrarum orbem def-  
cendens, cuius aura & splendore fruuntur qui viuunt ad discrimè eius lu-  
minis, quod arte nobis hîc paramus, & quod in infero est hemisphærio,  
& inferis, quod inferum lumen est. Ennius, Ibid.

20 *Cum superum lumen nox intempesta teneret,*

& in carmine deuotionis, *lumine supero priuetis.* Oras pro spatio vsurpauit  
Ennius, & Maro perdiligenter imitatus est. Ennius, Apud Macro-  
lib. 3. satur. c. 9.

*Quis potis ingentes oras euoluere belli.*

id est tam ingentia belli spatia, quod maximum & diuturnissimum fuit. Apud Macro-  
lib. 6. c. 14.

25 Maro, *Et mecum ingentes oras euoluite belli,*

9. AEN.

id est magna belli spatia explicare. Ansatum telum est quod ansam, id est  
amentum habet. Ennius,

Apud Macro-  
lib. 6. Saturn.  
c. 14.

*— ansatis concurrunt vndique telis.*

*— pinguis ubi & placabilis ara Palisci.*

9. AEN.

30 pinguis, valet diues imitatione Græcorum, quorum vestigia pedum solo  
premit libenter Maro. Est enim frequentissimum apud Græcos poëtas  
dici πίονα νηόν. quanquam non me latet aliter explicari à Macrobio, cuius  
auctoritas veritati præiudicare non debet.

35 *Thyon, citrus, dij auertentes, prodigia comburuntur, lactet ficus,  
litem suam facere, illatebra, staticuli, ante cœnam,  
Iouis manes, gallam subigo, nodus Herculis.*

CAPVT IIII.

THYON, quod apud Homerum est citrum interpretatur Macrobius:

P 4 Citrum

Macrob. lib. 3. Citrum autem illam crediderim, cuius in Atlante monte nobiles siluæ  
 619. materiam lautis mensarum orbibus suppeditauere Romanis expetitarum  
 delirijs. Infelices arbores dicit esse Macrobius, quæ sunt in tutela deorum  
 inferorum & auertentium: auertentes autem deos suspicor velut ἀλεξιμά-  
 619. κης & ἀποτροπύχης, qui prodigia portentaque auerruncabant & auerrunci  
 619. erant, qui & à Persio dij depellentes vocantur, ex arboribus quæ sunt eis  
 consecratæ, sunt alaternus sanguine infelix, id est sanguinea & cruenta  
 materia, aquifolium, ruscus, multæ aliæ. his portenta & prodigia mala  
 comburebant. Apud Theocritum quoque in Heraclisco prodigia & pro-  
 619. renta aspalatho, paliuro, rubo comburuntur: at verò purgamēta lustratio-  
 nis & incantationis post tergum in auersum abijciebant, & in aquam pro-  
 619. fluentem mittebant. Maro,

— riuoque fluenti Tránsque caput iace.

Hom. I. Iliad. Homerus, Ὅϊδ' ἀπελυμνίοντο, & εἰς ἄλλα λύματα ἔβαλλον.  
 619. Quod in alijs arboribus est flos, id est in ficu lac, id est ὀπό, vnde ficus non  
 619. florere, sed lactere dicitur, vt Macrobius scribit. Litem faciebat suā iudex,  
 619. non solum qui malè iudicabat, sed etiã qui qua iudicare hora debebat, ad  
 619. comitiũ non veniebat. Cintius apud Macrobiũ, *Inde ad comitiũ vadunt, ne  
 619. litẽ suam faciant.* Illatebras, Plaurus apud Macrobiũ, à non latendo dixit,  
 619. *Cuius, inquit, ego latus illatebras reddã meis dentibus & manibus,* id est efficiã  
 619. dẽribus & manibus meis, ne in eius latere quicquã celari possit, ita discer-  
 619. pendo aperiam. Staticulos dare in Catonis oratione apud Macrobiũ,  
 619. choream est quandam & saltationem dare non motoriam, sed statariam,  
 619. qualis erat & in choris τασίμοις. *Descendit, inquit, de canterio: inde staticulos  
 619. dare, ridicularia fundere.* Coenæ quædam pars olim ante coenam vocabatur:  
 619. ea erat tanquam primi coenæ missus, primusque gustus, & tanquam  
 619. prima mensa: altera, coena, quæ erat secunda mensa, in secundis ferculis  
 619. posita, non tamen in bellarijs. Macrobius, *ex indice Metelli Pontificis cœna  
 619. hæc fuit: ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent. mox sequitur, In  
 619. cœna sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium.* Augustata mensa apud Ma-  
 619. 619. crobium est ea quæ augusta facta est, id est quæ consecrata est. *In templo,  
 619. inquit, Lunonis Populoniæ augustata mensa est.* Vicarij etiam interdum sunt,  
 619. qui in vicem aliorum exitio pestique deuouentur, vt in eorum caput ex-  
 619. petant ea mala, quæ alijs erant euentura, vt in carmine deuotionis. *Eosque  
 619. ego vicarios pro me fide magistratũque meo & pro populo Romano exercitibus  
 619. legionibũsque nostris do, deuoueo.* Qui Dis pater appellatur & Summanus, id  
 619. est manium summus, & Pluto & Orcus, idem etiam Iouis manes voca-  
 619. batur, vt in eodem carmine deuotionis, *Dis pater siue Iouis manes, siue quo  
 619. alio nomine fas est nominare.* Gallam subigo, in mordaci ioco aduersus  
 619. Plancum

Plancum, quod futor respondit, valet gallam tero. eam enim futores tri-  
 tam atramento futorio conficiendo alijs rebus miscent. subest etiam alia  
 turpis significatio ex suspitione & fama, quæ de amoribus Planci & Gal-  
 læ manprat. Nam Plancus in ea muliere malè audiebat. Nodus Hercula-  
 nus & arctissimus erat, & ita nexus vix vt dissolui posset: vnde & in pro-  
 uerbiũ abijt. Noua etiam nupta præcingebatur cingulo laneo nodo  
 Herculis vincto. Is qualis nodus fuerit, qui scire cupit, videat caduceum,  
 in quo angues implexi inter se nodo Herculis deuincti sunt. Macrobius, *Lib. I. satur. c.  
 619. hi dracones parte media voluminis sui inuicem in nodum quem vocant Hercules  
 619. obligantur.*

Astici ludi, attici, decimæ, elogium.

CAPVT V.

ASTICI ludi in Caligula non sunt grammaticorum confessui volu-  
 619. prati & Oblectationi, vt spectacula principum, sed molestiæ & sollicitu-  
 619. dini. Nam qui sint quærun: ac plerique Actiacos legunt, & ludos ab Au-  
 619. gusto intelligunt institutos in honorem Actiacæ victoriæ, sed sine libro-  
 619. rũ adstipulatione, in quibus peruerustis partim Attici, partim Astici exa-  
 619. ratum reperio. Asticos autem ludos interpretor vrbanos, quod sint etiam  
 619. ludi rustici, vel potius Athenientiũ ludos, quorũ vrbs astu dicebatur. pro-  
 619. ducitur ab Athenæo in dipnosophistis Charicles *ἄστει ἀγῶνος.* Quod  
 619. si quis ludos atticos malit, è consuetudine Atheniensium explicabit, qui  
 619. Liberalibus, lenæis, chytris, & panathenæis, id est quinquatribus ludos  
 619. scenicos dabant. Actiacos tamen ludos ab omnibus interpretibus pro-  
 619. batos vix ausim improbare malimque legere, cum præsertim in Italia  
 619. etiam celebrarentur. Aufonius,

Tales cumano despectat in æquore ludos  
 Liber, sulphurei cum per iuga confita Gauri,  
 619. Përque vaporiferi graditur vineta Vesui:  
 Cum Venus Actiacis Augusti lata trophæis,  
 Ludere lasciuos fera prælia iussit amores:  
 Qualia niliacæ classes, latiæque triremes,  
 Subter Apollinæ gesserunt Leucados arces.

619. Scribit idem Tranquillus, *scenicis ludis, inter plebem & equitem causam dis-*  
 619. *cordiarum serens, decimas maturius dabat, vt equestria ab infimo quoque occu-*  
 619. *parentur.* Hic ego crediderim decimas esse missilia & tesseras quas spar-  
 619. gebat ludis scenicis: atque ita velut quandam decimam po. Rom. dabat,  
 619. vt qui decimam bonorum suorum Herculi pollucebant & profanabant:  
 619. aut qui decimam alijs consecrabat dijs. Nam quin ab huiusmodi quadam  
 619. notione

notione deuerterit significatio in alium deflexa sensum, haud equidem dubitem. Decimæ quoq; ab aliquibus vxoribus dabantur: hinc illa Tra-

*suetonius ca-* *custodes decimas vxoribus dari, quartas meretricibus iubent? Succinctus, inquit,*  
*lig. c. 32.* *poparum habitu. Popæ, qui victimas immolabant, alio corpore nudo, ab*  
*vmbilico ad pedes inuoluti erant veste, quæ limus dicebatur: qui proinde*

*Propertius lib.* hîc succincti dicuntur, & à Propertio,  
*4. eleg. 3.*

*Succinctique calent ad noua sacra popæ.*

*seruius in 12.* Seruius, *limus, inquit, est vestis qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pu-*  
*AEN.* *denda poparum. Nullius, inquit Suetonius, inspecto elogio: multis nomen hoc*

*sueton. in ca-* suspecti sermonis est, immo verò peregrinitatis damnatum vrbe Quiri-  
*lig. c. 27.* *rium expellitur, quorum ego iudicio non accedo. In causa est, quod extri-*  
*ta vna litera c, pro eclogio elogium dici animaduerti. Eclogium autem*  
*ab ecloge deducitur, hodieque ἐκλογεῖον apud Suidam reperitur. atque*  
*hæc sententia, haud paulò plus ponderis habet ratione præsertim nixa,*  
*quàm illorum condemnatoria tabella, qui ob ignorationem originis,*  
*voces exterminare malunt, quàm Latinam agnoscere: alij quasi ellogium*  
*interpretantur, & vnam deperiisse literam censent, & elogium deriuant*  
*ab ἐλλογιῶν, quòd titulus & testatio sit oratione cuiusque vel vitia vel virtute-*  
*res, vel rectè facta vel flagitia & scelera commemorans, hæc cum proba-*  
*20*  
*abilia sint, temerè me iudice faciat, qui tantum sibi iuris sumat, vt è tam*  
*multis libris vocem tam diu receptam, velut quodam prætoris interdicto*  
*eijciat, nisi meliorem reponat.*

*Percussit thyrso apud Lucretium, canunt siluæ auibus, alieni-* 25  
*gena, micæ auri, altè terminus hæret.*

## CAPVT VI.

*Lucret. lib. 1.* S P E M laudis ambiciosam, qua incensus erat, eleganter ita me deus  
amet & scitè expressit hoc versu Lucretius,

*Percussit thyrso laudis spes magna meum cor.* 30

quem sensum à Bacchi thyrsis traduxit, quorù tactu fanatici & perciti fu-  
rore reddi homines censebantur, auctore Ouidio scribente in Epistolis,

*Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta*

*Creditur, huc illuc qua furor egit, eo.*

*Ouidius epist.*  
*Laodam. Pro-*  
*tesilao.*

Quod Ouidij distichon literati aut critici vice interpretationem nobis 35  
præstat. Eodem in Lucretij libro animaduerti iucunda nonitate conti-  
nenti attributù esse. quod, vt grammatici loquuntur, contenti proprium  
est: canunt aues in siluis, at siluas auibus canere aucupio nouitatis nos  
delectat. sic igitur scribit,

*Lucret. lib. 1.*

*Fron-*

*Frondiferasque nouis auibus canere vndique siluas.*  
eiusdem etiam notæ illud in eodem libro est,

*Atque ideo totum circumtremere æthera signis.*

signa enim potius in cælo tremunt. Solebant in portis vrbiũ veteres  
5 aliqua deorum statuere simulachra, quæ qui vrbes inibant, aut inde exi-  
bant, ritu quodam religionis tacta dextra manu salutare solebant, ma-  
numque ad osculum, vt suspicor, referebant: quod indicat eodem libro  
Lucretius, his numeris,

*Lucret. lib. 1.*

*— tum portas propter athena*

10 *Signa manus dextras ostendunt attenuari,*  
*Sæpe salutantum tactu præterque meantum.*

Quod quidem breui admonitione duxi notandum. nam exempla quæ-  
renti ad probationem suppetent ex auctoribus non pauca. nunc enim  
quandam velut obsignationem auctorum nostræ sententiæ fauentium  
15 non proferemus, his contenti, quæ probabili coniectura vestigauimus.  
Etiam non est omittendù alienigena ab eo dici, quæ Græci ἀνομοιογενῆ vo-  
cant, eamque vocem, ab eo bellè concinneque Latinè explicatam esse:  
sic autem scribit,

*Ibid.*

*Ex alienigenis rebus constare putetur,*

20 *Osibus & nervis, sanieque & sanguine misto.*

Idem quæ Græci ἰσχυρὰ auri, id est minutam auri scobem vocant, micas  
auri appellauit non insuauiter hoc versu,

*Ibid.*

*Ex aurique putat micis consistere posse.*

Idem quodam antiquitatis sapore condiens suos versus, non illibenter  
25 videlicet pro videre licet aut scire licet vsurpat, quod à Plauto etiam fa-  
ctum annotasse me recordor: sed nihil vetat bis easdem epulas apponere:  
sic autem scribit,

*Ibid.*

*Esse videlicet in terris primordia rerum:*

30 quod est videre licet in terris esse rerum primordia: vt & libro secundo  
scilicet pro scire licet,

*Scilicet esse globosa tamen, cum squallida constant.* *Lib. 2.*

Eiusdem illud, atque altè terminus hærens, quod de cuiusque duratione &  
statu ac permâsione dicitur, esse traductum auguror à terminis, qui inter-  
35 dum altè defossi de pactique sunt: quod cęsum video placuisse Maroni, &  
suę inseruisse poësi à Lucretio sumptum, hic terminus hæret. Hæc vtcunq; 4. Aen.  
carpta è iucundo poemate Lucretij huic illeuimus chartæ.

*Salustius emendatus, deũ virtute, obtentui esse.*

## CAPVT VII.

INTER-



INTERFECTO insidijs Iugurthæ Hyemsale, & Adherbale prælio superato, ita de Iugurtha Salustius scribit, *tum Iugurtha paratis consilijs postquam omnis Numidiæ potiebatur, initio facinus suum cum animo reputans timere Populum Rom.* Hic ego verbum paratis subdititium esse, neque quod Salustius sentit, eloqui arbitror, & subrogatum imperitia in locum vicini vocabuli patratris. consilia enim iam patrarat, nō parabat Iugurtha. quāam autem facilis & proclivis sit error in prætermessione vnius elementi, quis non videt? sed tamen ne quis hoc inuentum esse meum putet, ita velim omnes existiment, vt maior fiducia verbi sit, me id repe risse in vermiculato & annofo libro, quo fretus & veritate inductus, facile editiones hīc 10 negligo. Sed hīc vna peccatum litera est, quæ sensum peruertebat: at verò non longè eodem libro interpunctionibus malè & temerè positis sententia labefactata est. Locus autem sic habet, *si huic imperio fortuna mutaretur, vnà occidendum esse. Virtute ac dijs volentibus magni & opulenti estis.* Solebant enim res prosperas dijs & virtuti acceptas referentes ita loqui, 15 ne sibi eas attribuere viderentur, & in deos ingrati esse, neu eorum inuidiam in se commouerent: etsi nonnunquam etiam hominum virtutem tacitam non prætermittebant. Plautus Trinummo,

*Adepol deum virtute dicam pater, & maiorum, & tua,  
Multa bona bene parata habemus.*

20

Idem in Milite,

*Deum virtute transeuntem hospitio accipi apud me est comitas.*

Iterum,

*Nam mihi deum virtute dicam, propter diuitias meas  
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.*

25

Quinetiam eodem libro ostentatui inoleuit pro insitio, cum obtentui scribendum sit pro fatiuo: sed locum proponam, *Sed quoniam eo natus sum, vt Iugurthæ scelerum obtentui essem.* simile est illud ex oratione Lepidi, *quia 30 secundæ res mirè sunt vitiis obtentui,* quod è Thucydide tralaticium est, vt ait Seneca: cumque præcipua sit in Thucydide breuitatis virtus, ac eum à Salustio victum esse & in suis castris cæsum dicit. Mutari etiam duobus locis degenerasse animaduerti: vno in mutuari, altero in multari. scio equidem ista non magnā mereri laudem: & cum purgatur optimi scriptores, ea opera muneris est laboriosioris quàm honestioris. Verumtamē locos subscribamus. *Quia,* inquit, *neque materia in agris, neque ab Hispanis emendi, aut 35 mutnandi copia erat.* ego exemplaria secutus perantiqua mutadi lego, & ad permutationē rerum antiquis solitā vel emptionē refero. Nam mutuatio hīc non perinde conuenit. Alter est locus, *tamen quia mortis metu multabantur, sicut regi libuerat pax conuenit.* sine cōtrouersia hīc omnino quadrat mutabantur

salust. in bello Iugurth.

sc. quo illhic homo.

Milite sc. cohibete.

ibid.

salust. in Orat. Lepidi. Lib. 9. declam.

salust. in bello Iugurt.

bantur. Nam metus mortis eorum animos mutabat, & ita in antiquis reperitur libris: quia tamen multari hīc conuenire non ineptè potest, locus illis duobus verbis controuersus relinquitur. Inclinat tamen magis animus in alterum, & libentius secundum mutabantur litem dederim. vnum 5 equè iuris dubij apponā, *& vobis æterna sollicitudo remanebit, cum intelligeris aut seruiendum esse, aut per manus libertatem retinendam.* In libris antiquæ fidei reperi, *& vobis alterna sollicitudo,* sanè perquam bono sensu. alterna enim sollicitudo est, aut seruiendum aut manu libertatem asserendam: sed hic etiam locus à me vt iuris controuersi positus esto.

salust. in bello Iugurth.

10

*Silena, acuta Satyrorum aures, Aegipanes.*

CAPVT VIII.

M I H I Luciani festiuissimi & politissimi scriptoris libellum legenti 15 animi causa, qui inscribitur Deorum concio, quædam occurrerunt, quæ ad explicandos & illustrandos auctorum nobilium locos apprimè conducere videbātur. Ea ego commendavi huic carthæ. scribit enim de Sileno, *ὁ δὲ φαλακρὸς γέρον, σιμὸς τὸ πρῶτον, ὅτι ὄντα τὰ πολλὰ ὀχρόμενος:* quo illud Lucretianum aperitur, *Simula, silena est.* Nam cum Silenus compressæ naris & 20 simæ sit, ex eius vitio excogitata est speciosa in amica excusatio deformitatis, quæ eadem in deo sit, vt propè venustum videri debeat & decorum, quod in dijs reperiat, qui omnis labis & turpitudinis expertes habentur. Scribit mox idem, *ὁ δὲ σάτυροι, ὅξαις τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροί.* hoc simul atque legi, illico percussit animum, illud esse quod ab Horatio cantatur, 25

Lucianus in Deorū concione. Lib. 4.

od. 19. lib. 22

*— & aures Capripedum Satyrorum acutas.*

Non enim, vt opinor, acutas dicit acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectas: sed in acumen fastigatas atque collectas. Horatius autem Satyris, vt & multi alij, caprarum tribuit pedes, quos esse Panis potius Lucianus dicit. sic enim de Pane scribit, *ὡν ὁ μὲν κε- 30 φα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμιθείας ἐς τὸ κατώτερη ἔοικώς.* Ita, vt censet Lucianus, dimidia sui parte caper est Pan: vnde & promptum est intelligere qui apud Melam sint Aegipanes, ita scribentem, *Aegipanum quæ celebratur forma est.* Homines autem ferebantur esse monstrosi & bifformes, mixti ex homine & capro. qui autem panes à Græcis vocantur, eos Latini videntur ad- 35 dita aspiratione faunos vocare: etsi non me fallit Latinorum, vel aboriginum potius quendam regem Faunum fuisse. Scribit Lucianus, *καὶ ἦδη πᾶς λίθος, καὶ πᾶς βωμὸς χρισμαδῆς, ὃς ἀνέλασσε περικλυτῆ καὶ τεφάνης ἔχρη.* quo quidem ex loco intelligimus eam fuisse veterum superstitionem, vt simulachra religiosè pieque oleo perfunderent, huncque cultum superis gratif-

pomp. Mela lib. 1. de Cyrenaica.

Q simum

simum & acceptissimum putarent: quæ cùm ita sint, quis non videt meridiana luce iam clarius esse, quod à Lucretio non admodum religioso scriptore, nisi me hic tenuissem impium appellassem, canitur, *velatum vertier ad lapidem*. Eodem illud Philostrati, iam à me prolatum pertinet, *καὶ γὰρ διὰ τοὺς ἀλείφοντες τε καὶ τοὺς ὀπίσθερα γυμνασίου τὰς εὐχὰς, ἐξ ἡλλάχου τοῦ εἰδῆς*. Ut igitur qui in saltu aut silua feras captant, si non inuita Diana opus mouent, & nemora sollicitant, ferinæ aliquid domum reportant: sic nos, si cuiquam idem videri potest, ea fortasse non inuita nec aduersa, ex amœnissimo viuatio Luciani, illa quæ præscripsimus, venati sumus.

lib. 5.  
Philostrat.

*Quædam in x. epistolarum ad Atticum animaduersa, Summarius, suus lectulus.*

CAPVT IX.

M I H I librum x. epist. ad Atticum peruolutanti loci quidam occurrunt properantē morantes, manumq; iniicientes diutius ut hererē, neque qua vellem celeritate chartas versarem. quos igitur velut obices offendi, hinc ego eos alijs remouere conabor, ne ad eos pedem fortè offendant. Cùm igitur ait, *nisi forte iste summarius ei potest persuadere*, significari puto hominem seditiosum, & belli ciuilis cupidum, atque adeo paruum quendam Marium. Hominem quæstuosum & auarum fordidumque, non desunt qui iuterpretentur, à summis pecuniarum: sed & nummarium etiam qui legat reperias. nos ira quid sentiremus exposuimus, ut de istis sententijs nihil detractum malignè vellemus. At verò quod in eadem epistola scriptum est, *ἐπιφώνησις ἰπέρει*, in vitio est, quod emaculabitur si ὑπέρει scribatur, quæ exclamatio Græca est loci sententiæ peraccommodata. Nam in epistola sæpius Atticus laudans Trebatium rectè de Repub. sententem, factumque Cæsaris damnantem, & partes optimatum probantem, & à Cæsare deficere parantem, ὑπέρει exclamationem posuerat. Illud alterum multo vitiosius est in duabus epistolis ita literatū, ut legi non possit, M M T E Λ Σ A iam adest. in epistola penultima lib. 9. nec expecto quidem A Δ A T E A C A N illam tuam: vel ut alij edunt, ἀλλὰ τέλλαν. Ego verò diu multumque scrutatus quod verbum & ad sententiam aptissimum, & ad scripturæ vestigia propinquissimum esset, ἀνατέλλαν, scribendum esse auguratus sum, ut sit ἀνατέλλαν ὥρα ἢ ἄρα, id est idoneum tempus nauigationi. Nam post Idus Marrias natalis erat nauigationis, qui spectaculo quodam celebrabatur. At verò certior meliorque tempestas est à nonis Aprilibus, aut exortum Vergiliarum aut succularum, id est ἀνατολὴ πλά-

Epist. 1. lib. 10.  
ad Attic.

Epist. pen li. 9.  
ad Attic.

10

15

30

35

πλάδδδδς aut δάδδδς iam adeste dicit, cùm non ita longè absit, ut iam iamque nauigandum sit. Denique significat fidus aliquod, quod expectandum esse monuerat Atticus, neque antè ex Italia soluendum. Sunt & qui ἀλλάττου legunt, ut sit temporis mutatio & anni. Quinetiam alterius epistolæ scripturâ sic constituendam suspicor, è veteri libro. *Quod malum scilicet tantum? denique quid turpius? Anni valde hic in absentes solus tui scelus, eiusdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram?* Ego, inquit, tui vnus anni scelus in absentes Pompeianos, qui ab Italia absunt: cum eis coniunctus non potero eiusdem Cæsaris scelus ferre in Græciam cùm venero? quod autem dicit, *ne condamus quidem*, ad absoluendam sententiam rationem repeti desiderat. sed, inquit, ne numerum subducamus, nec rationem condamus: aliter scriptum reperi, *ne condimus quidem, ut possimus*. Illud porrò, *nisi forte me Sardanapali vicem in suo lectulo mori malle censueris*, in suo est, in proprio: qua in notione persæpe ponitur. *Et adicit à Postumia & Seruij filij*, subuitiosum est, filioque emendandum, ut in proxima epistola. *Rogor enim ab eius uxore & filio*. Sunt & illa Græca eluxatis locoque emotis elementis non sana, ἦθος ἀνὸς ἀνὸς: ego ἦθος ἀδύκμων libris transpositis lego. laudat enim indolem & ingenium pueri, mores improbat, quos tamen dicit formari posse, si modò doctrina virtus comparari potest. Illud autem, *habes Scythia ὄνον*, prouerbiū est, quo significat Atticum simulare proficisci ab Italia velle, sed retineri & fingere, & prohiberi à Curtio. σελήτης ὄνον ὄρα, prouerbiū est à Suida relatum de Scythia coram alijs auersari se simulante cadauer asini, quibus digressis velci eo coepit. Idem initio Iliados ab Eustathio de Scythia equum mortuum coram alijs inspiciente & abominante narratur. Appellat & in epistolis ad Atticum Philorimum, cuius ipsi suspecta erat in versandis nummis, & tractandis rationibus fides, *φυσίτω* elegantissimè, ut rationum conturbatorem. sic in antiquo lexico legi appellari decoctorem & interuersorem, ut interuersionem φύεμα.

Epist. et res ipsa lib. 10. ad Attic.

Epist. Examinatus lib. 10. ad Attic.

Epist. Meæcæ lib. 10. ad Attic.

Lib. 10. ad Attic. epist. Epist. tua gratissimam.

*Quædam in decimo libro ad Atticum obseruata, fretense mare, fretenses, vitriculus, æquinoctium.*

CAPVT X.

N O V I semper aliquid occurrit dum veteres libros relegimus, & semper offert sese aliqua occasio de antiquitate bene merendi, & exulantes voces in suum domicilium laremque restituendi, vel semisepultas eruendi, & in suo fundo retinendi. scribitur lib. x. ad Atticum, *Quod mihi mandas de quodam regendo*, ἀρσάαν. malui aliquando diducta voce ἀρσάαν lege-

Epist. Multas etc.

re omnibus elementis seruatis, quàm vel ἀρχαίων inducere, vel ἀρχαίων inferre. Ac locum à Cicerone significatum, & indicatum putabam ex antiquo aliquo poëta in hanc sententiam. An tibi ô Ajax fidem facit corrigi posse? quasi innuat non posse. sed additamento elementi ἀρκαίων legere quispiam malit, vt difficilem prouinciam indicet, Parthiamque debellandam: vt ab Arfacis nomine vrbs Arfacia regnum Parthorum significet. Fortasse legendum λέγειν ἀρκαίαν, tunde terram, quod de irriro labore vsurpabitur non inconcinne. Cùm tamen reperiã in optimo libro, cuius mihi copiam vir & humanissimus & doctissimus Lambinus fecit ἀρχαίαν, labor, vt Arcadiam legam, & allusum putem ad versum, 10

Ἀρχαίαν μὲν αἰτεῖς, μέγα μὲν αἰτεῖς, ἔτοι δώσω. Vidi qui ἠερακλείαν

legeret, & Herculis aliquam prouinciam & ærumnam intelligeret.

Epist. Ad vn-  
decimum li. 10.  
ad Attic.

Epistola sequenti scribitur in plutearijs veterum bibliothecarũ libris, vt Victorij boni & eruditi viri fide referimus, *Adriatico mari Dolabella, fretensi Curio*: sed emendatorum opera duæ voces in vnus sedem irrepserunt, *freto Siciliensi*: ego à superiori mare repetendum esse reor, vt quemadmodum mare Adriaticum dicitur, sic & mare Fretense dicatur, quod siculum fretum est. Nam & milites qui ex illa ora deligebantur, Fretenses appellabatur, & in veteribus monumentis legionem Fretensem legimus, quæ quidem facilè mihi persuasit, vt contra hominum auctoritatẽ in scriptoribus res veluti nouas molientium antiquæ vocis ius tuerer. sed & 20

Epist. Me cæci  
ad Attic.

in eodem libro scribitur, *ego verò vehiculo, si naus non erit, eripiam me ex istorum parricidio*. cùm in Græciam transmittere Cicero paret, quid ei vehiculo est opus? nisi si Neptuni quadrigas, aut Deorum marinorum hippocampos, aut Nereidum delphinos, quibus per mare vehatur, intelligit: quod equidem non puto. igitur cùm vehiculo non magis in mari locus sit, quàm in terra nauigio, meritò corruptæ vocis suspicio oboriri potest, quam & auget è puluerulentis archiuis, & tinearijs, vt ita dicam, libris eruta scriptura, quã Victorius retulit: ea est, *vellunt ridiculo*: quas quidem duas voces dum sæpius considero, & quid Ciceronẽ dicere voluisse 30 verisimile sit expiscor, vocemque rimor aliquam quã proximè ad literaturã veterem accedentem, tandem sic statui legendum videri, vel vtriculo, non inuita, vt opinor, Minerua: vt sit sensus, si naus copia mihi non erit, vt in Græciam traiciam, nataturus eo sum. Nam milites plerumque subiectis vtribus iucumbentes fluuios transmittere solebant, vt in historijs 35 legimus. Cicero autem qui tanto transmissionis studio teneretur, vel non iusto vtre, sed paruulo vtriculo se mare tentaturum, & tranaturum per superlationem dicit: quanquam nec malè conijciunt, qui lintriculo legunt. Videor etiam ex eo libro animaduertisse, quod mediusfidius per-

scripti-

scriptione dignum existimaui, æquinoctium non tantum esse illud breue tempus vnus aut duorum dierum, quo æquantur spatia diurna nocturnis: sed longiorem temporis tractum & interuallum; vt ab ipso verno æquinoctio propè ad vergilias. Verba sunt Ciceronis, *Nunc quidem æquino-* 5 *ctium nos moratur, quod valde perturbatum erat*: atqui hoc Cicero scribit 17. *lanuam,* Calend. Iunias.

*Ducere epos, infelicibus lignis vrere, viuere rectè,  
rectè conuiuari, rectus apparatus.*

10

CAPVT XL

ABERRARE aliquando licet, & huc & illuc vagari, cùm & in cælo non certam omnia sidera sedem habeant, sed quædam erronum & nomen & incertas vias habeant. In hunc & illum scriptorem excurremus, vt aliquid huic adornando capiti colligamus. 15

*Fortè epos acer, vt nemo ducit Varius,*

Horat. saty. 10  
lib. 1.

quo sensu dictum accipimus? equidem illud ducere tralatitium arbitror, vt ex metallo multa dicuntur duci: vnde & ἑλδοματῶ etiam laminæ dicuntur, quia ducuntur. Nam cudendo malleis, ita aliquando metalli materia ducitur, & informatur in effigiem aliquam: quod quia operosè fit, & dura materia est, eoque magis quo maius opus informatur, idcirco de heroico Varij opere dixit, 20

*Fortè epos acer, vt nemo ducit Varius*

Non est tamen supprimenda librorum antiquorum auctoritas, in quibus reperio, 25

*Vt nemo Varius: dictu molle atque facetum.*

Etiam è marmore duci aliquid dicitur, sed æquè translata, vt apud Maronem, 6. *æne-*

*— Vinos ducent è marmore vultus.*

Illa autem puella Catulli, quæ vouerat se daturam Vulcano lectissima 30 Volusij poëtæ carmina,

*Infelicibus vstulanda lignis:*

Epist. 34. In an-  
nales Volusij.

Cur obsecro infelicitium lignorum in voto meminerat? equidem id non temerè à poëta scriptum arbitror, & necesse est hoc ignorato de gratia & venustate epigrammatis multum perire. Sciendum igitur veteres solitos esse plerumque prodigia & portenta sic procurare, vt exurerent lignis infelicibus. Macrobius, *Arbores*, inquit, *quæ inferum deorum auertentiumque* 35 *in tutela sunt, eas infelices nominant: subiicitque, quibus portenta prodigiisque comburi iubere oportet*. Græci ea spinosis lignis, quæ infelicia videbantur comburere solebant, & cinerem in profluentem proijcere. Theocritus

Theocri. in  
Herac.

Q 3

de an-

de anguibus, quos Hercules in cunis eliferat,

Κάτχρανα δ' ἀσπιλάθω ξύλ' ἐτοιμάσαιτ' ἢ παλιέρω,  
Ἡ βάρτω ἢ ἀνέμω δεδονημύρον ἄυον ἄχρηδον,  
Καῖτε δὲ πῶδ' ἀγέλιον ἔπι σὺλ' ἔχισι δράκοντε  
Νυκτὶ μέσαι, ὄχρα παῖδα κενύτ' τὸν ἠγελον αὐτοί.  
Ἡεὶ δὲ συλλέξασαί κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων πῖς  
Ριψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα  
Ρωγὰ δαίς ἐς πύργας ὑπὲρ ἔριον.

Ergo Catulli puella, vt malum quoddam prodigium, vouerat se crema-  
turam versus optimos Volusij lignis infelicibus, eaque latet in epigram-  
mate arguta lasciuia. Hanc autem consuetudinem paulò antè etiam indi-  
cauimus. Solebant & prodigia portentaque in vltimas terras dicere de-  
portanda esse, & in mare deferenda, vt legimus semimares delatos & de-  
mersos: quod & prodigijs alijs faciebant. Tibullus,

Prodigia indomitis merge sub aquoribus.

Cœna autem recta in Latinis auctoribus, cœna est lauta, opipara: vnde &  
rectè conuiuari. Tranquillus, sed & conuiuabatur assidue, nec vnquam nisi  
rectè & dapfite. Sic rectè viuere, pro lautè viuere & opiparè Seneca vsur-  
pauit. Inquit enim, hanc petunt omnes isti, qui vt ita dicam, rectè viuunt. Apud  
eundem rectus apparatus, est lautus. Non, inquit, magnam rem facis, quòd  
viuere sine recto apparatu potes. sed & vinctum rectè Horatius eadem notio-  
ne pro apparatè condito cibo dixisse mihi videtur.

Si verò est, inquit, vinctum rectè qui ponere possit.

Rectus talus, ter crepuit sonum, noualia, caput  
albi, afflare, tergere palatum.

CAPVT XII.

Hoc quoque capite, vt & superioribus, multa cuiusque modi mis-  
cemus. qui enim hoc genere scribendi prodesse plurimum cupit, necesse  
est diuersa colligat, aut chartas perdat. Rectus talus esse videtur eorum  
qui stant, qui cadunt, eorum non rectus. hinc illæ duorum poëtarum Ho-  
ratij & Persij elegantes translationes,

Securus cadat, an recto stet fabula talo.

Et, — tibi recto viuere talo Ars dedit.

Id eo dico, quòd sententia facilius informatur origine translationis non  
ignorata. qui enim eam indicat, veluti digitum ad fontem intendit. Talus  
autem in suffragine animalium talum habentium, dum stant, rectus est.

Aristo-

Aristoteles, ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀσπίδαλον ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ μὲν πρὸς ἔξω, τὸ δὲ ὑπὸ τὸν  
ἔξω. Sed & in talis lusorij, cum ita euenit, vt talus in latera quatuor non  
cadat, sed in extrema, & tanquam capita, quod perquam rarum est, rectus  
esse dicitur. Cicero de finibus, ita iacere talum, vt rectus assistat. Nihilofe-  
cius & illud non habet explicationem satis apertam libro Carminum se-  
cundo scriptum,

Latum theatris ter crepuit sonum.

Sed existimo in plausu dando veteres solitos esse ter voce significationes  
lætas dare, & manuum plausu, idque pro multo existimatum esse. Hinc  
illud supra à nobis expositum,

Certet tergeminis tollere honoribus.

Nam perspicuè de populi theatri plausu accipiendum est: vt & illud  
Maronianum lib. 2. Georg.

— hunc plausus hiantem

Per cuneos (geminatus enim plebisque patrumque)

Corripuit.

Ex illa ter crepandi plaudendiq; consuetudine est à Propertio scriptum,

Et manibus faustos ter crepuere sonos.

Illud Maronianum quale tandem est,

Impius hæc tam culta noualia miles habebit,

Impius has segetes?

hæc ipsa meridiana luce clarius est, nouales à segetibus separari. nam se-  
getes terræ satæ sunt: nouales terræ quæ cessant, vt nouentur postea &  
arentur: vt,

Alternis idem tonsas cessare nouales.

Itaque in nouali pecus habebatur & delectabatur, quòd herbosum sua  
sponte cum inaratum solum est, reddatur. Columella, Cum ille quam ma-  
ximè subactò & puro solo gaudeat, hic nouali graminofoque. hinc Columella pa-  
storem ab agricola distinguit, quòd alter subactò, alter nouali gaudeat so-  
lo. At verò illud Persianum è superstitione antiqua dictum est,

Incussere deos inflantes corpora, si non

Prædictum ter mane caput gustaueris alli.

Alliorum enim capita ad multarum noxarum depulsionem valere animis  
vetustas imbiberat. Columella quidem etiam ouis, quæ incubantur, sub-  
sterni vtiliter aduersus tonitrua putat: eius verba sunt, Plurimi etiam infra  
cubiliam stramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus alij capita cum  
clauis ferreis subiiciunt, quæ cuncta remedia creduntur esse aduersus tonitrua, qui-  
bus vitiantur oua. & tamen mirum est ab Aegyptijs id imperatum fuisse, vt  
fingit Persius, quorum religione allium in dijs numerabatur, & per allium

Q 4 iuraba-

Lib. 2. Eleg. 2.

In Vestra. c. 19.  
seneca epist.  
1 2 3. lib. 22.

seneca epist.  
1 1 1. lib. 19.  
in arte poetica

Epist. 1. lib. 2.

Satyræ 5.

Lib. 3. Eleg. 10.

1. Eleg.

1. Georg.

Lib. 5. cap. 1.

satyr. 5.

cap. 5. lib. 8.



iurabatur: vnde & Plinius libro 2. Naturalis hist. scribit, *per fetidos cibos & alia similia iurantes.* sed ad Græcorum consuetudinem & Romanorum Isiaci multa accommodabant. Illud autem Horatianum,

*Canidia afflasset peior serpentibus afris,*

ex eo tractum est, quod quæ alioqui salutaria suo halitu affluit serpens, 5 venenata redduntur, vt fungi, quemadmodum scribit Plinius. sed & solo afflatu serpentis interimuntur pulli. Columella, *cauendumque ne à serpenti- bus afflentur, quarum odor tam pestilens est, vt interimat vniuersos.* At verò, quam gallina tergere palatum, sic dictum accipio, quasi quædam in eo for- des eluantur sibi succo & sapore. sic detergeri dicitur fastidium, quasi in 10 palato infideat humor aliquis fastidium pariens, quo detracto auiditas & appetentia gignatur. Columella, *quæ in auarijs quoque desidentium deter- gent fastidia, faciuntque auidiorem volaturam, quod maximè expedit.*

*Rapis vescitur Romulus, ferula vapulare, Diespiter, Athe- nis dimidium licet, Alexandria totum, consul pomeri- dianus.* CAPVT XIII.

15

CREDIDISSE videntur prisca non tantum nectare & ambrosia deos pasci, verum etiam vilibus quibusdam cibis, vt Romulum rapis: credo de 20 paupertate illius seculi, quo Romulus vixerat. proinde quasi in cælo ijs- dem cibis victitet, quibus in terra alebatur, Seneca scripsit in apocolo- cyntosi, *sitque è Repub. esse aliquem qui cum Romulo possit feruentia rapa vo- rare.* Martialis,

*Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa*

*Quæ damus, in cælo Romulus esse solet.*

25

sed eodem in Senecæ libro scribitur, *& proximo munere inter nouos aucto- ratos ferulis vapulare placent.* Nouos auctoratos hîc dicit, qui nuper merce- de conducti sunt, vt depugnent, qui pro auspicio ferulis vapulabant, cum ipsi ferro carerent, & alij gladiatores per ludibrium ferulis eos cæ- 30 derent, vt pueros ludimagistri. Nam aduersus eum qui ferrum habuisset, cuius temeritatis esset ferula batuere. Hinc scripsit Martialis, *Denique vi- deas an te deleat contra retiatium ferula.* Diespiter autem in eo loco filius Nicepotæ dicitur imitatione Romana & Græca. solebant enim cum quem nominabant, cuius filius esset adijcere. sed Nicepotes iste subof- 35 fendit me, & Iapeti legere malle, vel potius Nicephori. Nam, etsi for- tè ab Iapeto non deducitur Diouis stemma, tamen sic pro suo iure scri- psisse Senecam quispiam crediderit. Hîc autem ( vt hoc non prætermi- tam) videtur Diespiter esse diei & lucis pater, quiq; mane regit, quo tem- pore

Plin. c. 7. lib. 2.  
saty. 8. lib. 2.

Lib. 22. c. 12.  
c. 23.  
cap. 5. lib. 8.  
Horat. lib. 2.  
saty. 2.

Lib. 13.

In præfat. li. 2.  
EPIGR.

pore nummularij res suas gerunt, non perinde post meridiem. In antiquo tamen lexico reperio Dijouem esse *δία κεραυνιον*. Sunt paulò antè quædam in eo libello corruptissima, quæ si, vt subscribam, legantur, sine sensu frigida & inepta non iacebunt, *eius preces non tulissent illum deum ab Ioue, quem 5 quantum quidem in illo fuit, damnauit incesti: qui Lucium Sillanum generum suum occidit: sororemque suam.* quod enim per libros percrebuit, princeps Oropen, nec intelligo, & folium Sibyllæ explicatu facilius credo. sed & non multo post sic lego, *quare, inquit, quare sororem suam? stultee stude: Athenis dimidium licet, Alexandria totum.* Hoc sensu, Alexandria quiduis 10 facere licet, & Ptolemæi suas sorores incestarunt: Athenis licet dimidiû. Legimus enim apud Athenienses fuisse sorores in matrimonio fratrum. Cimon enim sororem Elpinicen duxerat vxorem: sed huius incesti maior erat & impunitas & licentia apud Alexandrinos. Aut hoc ait, quia Athe- nis vterinas ducere non licebat, cum liceret germanas eodem patre natas. 15 Philo, *ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος σὺ λανδροπαθεῖς ἐφείς ἀγοσται, τὰς ὁμομητρίας ἐκάλυπεν.* Contra Lycurgus incestas nuptias censuit germanarum sororum, vteri- narum permisit. Sic illi dimidium concessere. Sed Aegyptij omnium so- rorum nuptias legitimas habuere. Philo, *ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἐγε- 20 τέρων εὐλάβειαν ὡς ἡμίεργα ἀφαιτομύμων εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν; ἕπιδαφελούμνος* Quia, inquit, Romæ mures molas lingunt, hic nobis curua corrigat. Quia, inquit, mures Romæ, quod ipsis solitum est & vsitatû, molas lingunt, idcirco censoriam iste dstringit seueritatem, vt curua corrigat. Atque hîc signifi- cat genus hoc incesti frequens fuisse Romæ, vt fratres cum sororibus se 25 consuetudine stupri contaminarent. Solent autem mures molas lingere, vnde & apud Homerum, *λεχμούλη* in batrachomyomachia nominatur. Quod deinceps est hunc sensum præ se fert, permiseram vobis patres conscripti, vt quod affolet, Claudium interrogaretis, solent enim & tes- tes & rei interdum interrogari. *vos mera mapalia fecistis*, id est, vos disci- 30 plinam curiæ neglexistis. quod enim fecistis, merum rus est, & Afrorum mapalibus inconditisque casulis, & rudibus pastorum tugurijs persimile, non vrbantum, nec decorum, neque scitum, neque elegans. hic igitur, qualemcunque eum existimare oportet, quid de nobis existimabit, cum sine disciplina, velut alias res agentes, sic ineptè vos geratis. Ianus pome- 35 ridianus est consul, credo quòd cum meridie plenum sit forum (nam hoc tempus *πλήθεισσαν ἀγορὰν* vocant) post meridiem frequentissimo iam con- uentu sceneratores æs locabant, quod Romæ ad Ianum fiebat: vel po- tius, quòd cum Romani magistratus nihil serium post meridiem inchoa- rent, & agerent, ociosus & superuacaneus esse videatur & non necessa- rius,

seneca in ludo de morte claud. c. 6.

philo. c. 21 τῶν ἐν εἰδη- νόμων.

ibid.

seneca in ludo de morte cla. c. 6.

Homerus Ba- trachom.

seneca ibidem.

rius, sed imaginarius, & in speciem consul. Immo verò consul potius serò factus, vt nimium senex, iocosè significatur. Seneca lib. 3. questionum natural. *Nunc verò ad rem seriam, grauem, immensam, pomeridianis horis accessimus: id est serò.* At diespiter nummulariolus vocatur, & ciuitatulas vendere solet, quòd minutus esset foenerator, & paruulas ciuitates haberet 5 obæratas, quarum nomina cum venderet vel delegaret, vendere ciuitatulas dicitur.

*Mille passum, scitamenta, per solus oculus, cereales cœna, chari mei.* CAPVT XIII.

10

*Menæchmis sc. Nimalani stultæ.* VEL mane etiam mille passum commoratus cantharum: versus est Plautinus, in quo commorandum poetam illum tractantibus & diutius hærendum est in quærenda sententia. ego mille passum more antiquo, pro mille passuum dictum faciliè mihi persuadeo, vt & Lucilius est locutus,

*Hinc milli passum qui vicerit atque duobus.*

*Apud Macrob. lib. 1. satur. c. 5.*

Nam de passo intelligere incertum esset. igitur mane mille passum valer, tantum temporis mane, quantum satis est peragrando mille passuum spatio. In eadem fabula scribitur,

*Atque aliquid sitamentorum de foro obsonarier:*

50

*Menæchmis Sc. Anime mi.*

Ego vnus elementi adiectione lego scitamentorum, vt scita edulia significantur, quo vocabulo & Apuleius non omnino malus auctor, & antiquarum vocum vsurpator vtitur: eius verba sunt, *hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita.* In eadem fabula Menæchmus quod iocatur,

*Apul. lib. 10. de Asaur. sc. Nimala, ni stulta.*

*Clam uxorem ubi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem: 25* hanc sententiam habet, vbi mortuo die & exacto genium curemus & epulemur. Nam mori diem dicebant. Papinius,

*Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.*

20

*1. Acto.*

sed & dies componi vt mortuus, id est sepeliri dicebatur. Maro,

*Ante diem clauso componet vesper Olympo.*

30

*Menæchm. sc. Nimala.*

Eo autem tempore cœnare veteres solebant. ita ex morte & sepulchro diei cœnandi tempus intellexit, proinde quasi cœna sit eius bustum & sepulchrum. mox autem lego, *per solum effodito oculum,* ita flagitante, atque adeo efflagitante versus modulo. Per solum autem oculum cum dicit, se luscum esse significat, & particula augendi addita est verbo, quod omnis 35 expers est incrementi.

*Inde, inquit, vsque ad diurnam stellam crastinam perpotabimus.*

*ibid.*

Diurnam stellam vocat eleganter luciferum, vt hesperum noctiferum vocauit Catullus.

Cerca-

*Cereales cœnas dat, inquit, ita mensas extrahit.*

*Menæch. sc. Inuentus.*

Cereales cœnas appellari suspicor opimas & lautas, & multis ferculis orneratas, quòd Cerealibus populariter solerent genio indulgere, id quod 1. Georg.

*In primis venerare deos, atque annua magna Sacra refer Cereri letis operatus in aruis, Extrema sub casum hyemis iam vere sereno: Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina.*

Sed & ante messem ei sacra faciebant & epulabantur, vt ex eodem Maro 10 ne intelligimus, educatrixque hominum Ceres dea erat: inde & auras *Cap. 19. lib. 15.* Cereales, quæ educant & allunt fructus Plinius de caprificacione loquens vocauit, *Intus solem primo secum inducunt, Cerealesque auras immittunt foribus apertis.* Ni mala, autem, ni stulta sis, more antiquo cum Seruio dictum esse suspicor, pro ne mala, ne stulta sis, quod & antè à nobis est ob- *Menæch. sc. Inuentus.* 15 seruatum.

*Domi domitus fui vsque cum caris meis,*

cum dicit parasitus, ex ambiguo ludit festiuè. nam & chari dicuntur liberi, & cari cibi quibus vesci assueuerat, cum præsertim se nihil dicat mox comesse, nisi quod carissimum est, vt cum de charis liberis loqui videatur, 20 cibos tamen perspicuè auditorem fallens intelligat.

*Hi quoque iam cari qui instruuntur deserunt,*

*ibid.*

cum dicit, se destitui nummis dicit, quibus cibi parantur: vel *Id quoque, vt alij legunt, iam cari qui instruuntur deserunt:* hoc sensu, id quoque accidit, vt cari cibi qui instruuntur in mensa, & tanquam in acie collocantur, de- 25 fertores esse incipiant, nec locum teneant. Itaque hanc posteriorem scripturam, & concinniorè, & Plautinis facetijs digniorem arbitror. Charos autem liberos dici è Lactantio cognosci potest, ita scribente, *cum sciat se charos suos deo relinquere, nec his vnquam præsidium defuturum.* *Lib. 6. diu. inf. c. 12.*

*30 Madere, miluina, viaticatus astiuè, astiua supellex, nauales pedes, peniculus, somniare ritu canterino, census capere.* CAPVT XV.

VETERES madere pro coqui vsurpasse satis multis docere exemplis possum: vt Maronis, *1. Georg.*

*Et quamuis igni exiguo properata maderent.*

& Plauti in Perfa,

*Collyra facite maderant & coliphia.* & Menæchmis,

*Iam ego hac maderunt faxo, nil morabitur.*

Rursum,

*sc. omnem.*

*Madi-*

*Madida qua mihi apposita, id est cocta.*

Id ex eo credo, quod plerumq; quæ cocta sunt, tenerescere & madescere solent. sed quis iniurium esse conqueretur, si ex iisdem Plauti Menæchmis quædam huic capiti aspergam? Miluinam appellavit appetentiam, eamq; vehementem, credo de milui rapacissimæ & semper famelicæ auis natu- 5 ra. *Viaticati sumus admodum æstivè*, dictum est ex eo quod plura alimenta hibernis solent providere milites, quàm æstivis: & quod æstate qui iter faciunt, paucioribus diebus quo volunt perueniunt, & de æstatis frugibus inter eundem se interim tolerant, cum idem hyeme nuda tellure facere non possint: & ea tempestate lagenam & portionem potius quàm cibum 10 & obsonium quærant. Nam in lagena est æstivum viaticum. sic æstiva supellex à Propertio dicitur de poculis,

*— Vtrique æstiva supellex,*

*Et Methymnei grata salina meri.*

Nominatur & æstiva coena à Tertulliano, sed alio modo & sensu, cum 50 de Empedocle loquitur in libro de anima: *Atque exinde in illo finita sic metensomatosis, ut æstiva coena post assum.*

*Assumatote hæc sulis nauales pedes,*

cum dicit, remiges intelligit (nam Menæchmus lembo aduectus fuerat) qui in naui loco pedum sunt. Alij remos intelligunt. Remi enim pedes 20 videntur, quibus naues ambulant. Hinc illud Aufonij, *Remipedes cerrant medio cum flumine lembi*. Quod autem peniculus spongia sit oblonga caudæ similis, idcirco ludens scripsit ioculariter,

*Quis iste est peniculus, qui extergentur baxeæ.* Sunt autem baxeæ calceamenta indutu facilia: Helychius, *πὰρ ἑποδῶν δὴμα ἐὺ ὑπὸ δῆτον.* 25

*Certe hæc mulier canterino ritu adstans hic somniat.*

Iocus ex ambiguo est. Nam & somniare somnia est videre inter dormiendum, dormiunt autem equi stantes plerumque (somni autem comes somnium est) tamen canterij magis, qui quod castrati sunt, mitiores & placidiores somniculosique & dormitantes, magis ob torporem videntur. Somniare etiam delirare, nugæque & deliramenta effutire valet: ut in Curgulione, quos *Sumanos somnias*, id est nugaris & blateras. mulierem igitur insanire & delirare dicit.

*Quasi supellex Pellionis palus palo proximus est:*

& in tentipellio sunt pali ad distendendas pelles, & de palis multis in taberna merces suspendebantur, & domi supellex. Atque hoc de Pellione homine paupere dicit, cuius supellex præter palos nudos nulla erat. Is autem etiam comœdiarum actor, sed malus erat. Plautus, *Velut Epidicum, quam ego comœdiam æquè ac meipsum amo: tamen cum eam agit Pellio.* Ut qui in se-

sc. Anime mi.

sc. Nulla est voluptas.

Eleg. 9. lib. 4.

sc. Bene obsonavi.

Edyll. 9. in Mossella.

sc. sine fores Helychius.

sc. sine fores.

curgul. sc. Nō ego nunc.

Menæchmis sc. sine fores.

epidico sc. Mizeriam est.

in senatum non venerat, pignoribus captis multabatur: ita qui non venerit in concionem, eum pignoribus captis coërceri vult parasitus: sed pignora capere, census capere dixit. Plautus Menæchmis,

*Qui nisi adsunt cum citentur, census capiant illico.*

*Fecisti funus absenti me prandio.*

*Cur ausus facere? cui ego æquè ac hæres hæream.*

Hæres non repugnat modulis versus, & hæres cenam funeris præstare, ut Persius ostendit, solebat: sed & Heres marte dicebatur, quam accepta hæreditate veteres colebant, quæ æquè non refragabitur numeris. Eris etiam, quod in antiquis libris reperiri ~~deest~~ Ioachimus testatur, non omnino displicet. ob prandium enim in nuptijs Pelei, Eris dea, id est contentio & discordia, quod adhibita conuiuio non esset, quas trgoedias excitauit proiecto in medium pomo? hæres tamen omnium optimè, & aptissimè quadrabit, ut se heredè prandij fuisse dicat, quod maximè probo.

*Viden illi tu oculos virere? ut viridis exoritur color?*

Viridis hæc color subluteus est, quod argumentum est bilis in oculis, qui per iram & furorem flagrare & scintillare videntur, *χλωρό*, Græci vocant, quod & viride & subluteum significat, quam vocem viridi colore exprimere voluit.

*Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.*

Gradus formicarum minutissimus est, qualem dicit ludens incessum senis. Incedere myrmicè & molestè apud Catullum eodem interpretantur modo: sed non video qui deduci à *μύρμηξ* tale aduerbium possit, suspicor- que legendum mimicè & molestè: ut sit mimicus incessus, & ineptus & odiosus meretriculæ illius.

*Quædam in Plinio obseruata, mergus, gavia, larus, asalo, ardeola.* CAPVT XVI.

OBSERVASSE mihi videor in vno Plinij capite ex Aristotelis libris sumpto, magnam quandam dissimilitudinem interpretis & auctoris, siue codices Plinij inquinati mendis sunt, siue ab Aristotele discedere de industria voluit: quod equidem non arbitror. *Coruus & Chlorio noctu in nicem oia exquirentes:* in Aristotele scribitur *πίπρα καὶ χλωρέυς, τὰ γὰρ ὀκταπεδίσιν ἀλλήλων.* Itaq; haud dubitanter affirmarim in Plinio chloreus scribendum esse, quæ auis alia est à chlorione: sed & veteres libri vestigia retinent emendationis. *Aquila*, inquit Plinius, *& trochilos*, in Aristotele est, *ὄρχιλος* non *περχίλος*: sed idem Aristoteles de trochilo scribit, quem *περίσσω* appellat: quanquam eum non cum aquila, sed noctua inimicitias gerere dicit. In Plinio autem quis ex Aristotele non putaret esse legendum,

sc. Plus triginta.

sc. Potin' vs quiescas.

sc. ut ætas mea

sc. tamè isti.

epig. 29. de acme.

cap. 74. lib. 10. Ibid.

Ibid.

R dum,

dum, *Ichneumones vespæ & phalangia aranei*, sed *vespæ & aranei* nomen delendum censeret: nihil tamen moueo, & declarationis gratia vtrumque adiectum puto. sed & larum Plinius eo in loco vertit gauiam, vt id interea moneam. nam auctoritas veterum in interpretatione vocum in primis sequenda est: eoque magis in alitum & quadrupedum nominibus. *Sorices*, inquit Plinius, & *ardeolæ*, inuicem foetibus insidiantes. Aristoteles infesta & inimica mutuo esse dicit anatem, grauiam, harpen, & triorchem, rubetam, serpentem: vt Plinius aliter legisse, aut in eo aliquid desiderari videatur. In Aristotele scriptum est *ἰππῶν ἔρωδιῶν*: piponem conuertit Theodorus, vt mirum *scilicet* Plinius scripserit. Erodium autem *ardeolam* interpretatus est Plinius, cum ex Arato conuertat lib. 1. Georgicon Maro, mergum. *Vulpes*, inquit Plinius, & *Nili angues*. prodigiosa quædam hæc odia sunt & inaudita inter vulpes & angues. quid enim illis commune & indiuisum, de quo litigare & cõtendere odiosè inter se possint. In Aristotele scribitur, *ἀλώπηξ δὲ ἔχ κίρκος*, vt suspicer in Plinio emendandum esse, *Vulpes & nisi*: mox, *anguis mustellæ & sues*. Nam in Aristotele scriptum est, *ὄφις δὲ γαλῆ ἔχ ὑπολέμιον*. Quod autem ait Plinius æsalonem paruum esse auiculam, falsum arbitror, cum genus quoddam sit accipitris, quod & ostēdit Hesychius, in quo ita scribitur, *αἰσάφων, εἶδος ἰερακος*. *Formicosam*, inquit, *arborem sorices cauent*. quid obsecro foricibus cum arbore? nisi si forices aruales intelligamus, qui tubilia sibi fodiunt & nidulantur interdum ad stirpes arborū: aut glires accipiamus, qui in arboribus sæpe latent. Verus Plinij scriptura est, *vrucæ*. sunt autem vrucæ quæ à Græcis *κρυμπαί* appellantur, vt in D. Germani Latinogræco lexico scribitur, ita vocatæ, quod sata & arbores vrunt. Legendū igitur crediderim erucæ aut vrucæ, vt formicosas arbores molestia & tædio crucarum liberatas esse dici credamus. *Turtures*, inquit Plinius, de amicitijs animantiū, & *Pittaci*. id quicem verum esse, & hodie videmus, & Ouidius poëta scripsit, *Et niger à viridi turtur amatur aue*.

In Aristotele tamen est, *καὶ κόρυθος ἔχ τεργών*. quod tamen Plinius scripsit, tantum abest vt mutandum censeam, vt verius, certius, & exploratius esse intelligam, quàm quod in Aristotele editum est, atque adeo memorabilius putem. Isti ex vno capite tam multi errores exhausti, nonne de exemplarium Plinianorum fide homines multis locis addubitare cogent? me quidem auctore cum Aristotele & Theophrasto conferent, cum exemplaris certior sit & antiquior fides, quàm imaginis.

*Ambarualia, Amburbia, embolica species, blattium, ballistea, samiatæ, monetarij.* CAPVT XVII.

SACRA

SACRA Romanis erant ambarualia & amburbia, illa cum per agrorum fines lustris quodam hostia ducebatur: hinc illud Maronis,

*Hæc tibi semper erunt, & cum solemnia vota  
Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros.*

Elog. 5.

Iterum,

1. Georg.

*Terque nouas circum felix eat hostia fruges.*

Neque verò id à rusticis tantum fiebat, sed & à Romanis fines agri Romani lustrantibus, qui inter quintū & sextum lapidem, vt auctor est Strabo erant, quod sacrum Ambarualia, vt inquit, vocabant, quod vt opinor circum agri Romani terminos sacrum fieret. Ambarualia describi videntur initio lib. 2. à Tibullo his versibus, quibus & agros & agrestes scribit purgari:

Strabo lib. 5.

*— fruges lustramus & agros,*

*Ritus vt à prisco conditus extat auo.*

Tibull. Eleg. 1 lib. 2.

subijcit autem,

*Dij patrij purgamus agros, purgamus agrestes.*

*Vos mala de nostris pellite limitibus.*

Ibid.

At fiebant Amburbia cum vrbs & pomerium lustrabatur, vt apud Lucanum libro 1.

Lucan. lib. 1.

*Mox iubet & totam pauidis à cinibus urbem*

*Ambiri, & festo purgantes mœnia lustris,*

*Longa per extremos pomeria cingere fines*

*Pontifices sacri quibus est permessa potestas.*

Interdumq; facto amburbio ambarualia in finibus agri Romani fiebant.

Vopiscus in Aureliano, *cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia* *vopisc. in Au-*

*promissa*. Ex eius vita Imperatoris supplendum hoc caput est, vt iustam magnitudinem habeat. Ambolicæ species, quæ sunt in ea quæritur cum scribitur, *Aurelianus nitri, chartæ, lini, stuppæ, atque ambolicas species æternas constituit*. hinc doctissimi viri & primæ in literis sententiæ, anatolicas emendant, & orientales intelligunt: ego minima mutatione embolicas crediderim esse legendum, vt in codice sacra embole legitur. sunt autem hæ species quibus oneratæ naues quotannis Romam mittebantur ex *Ægypto* *vopisc. in Au-*

Ibid.

pto annuo vectigali. Blattium pallium est purpureum vel coccineum à blattis & vermiculis, vt quidam putant, qui è chermes, vt Arabes vocant & è cocco sanguinei coloris erumpunt. Blattium *θρόμβων ἀίματος* in antiquo lexico explicatū legi, vt sit cruor purpuræ expetitus tingendo velleri imperatorum. In eodem etiam lexico legi Blattium esse *θρόμβων ἀίματος ἴκωλον*, id est concretum conchyliorum sanguinem. Blattium etiam byzantium os naris purpuræ dicit Actuarius esse, vt inde & purpureus dicatur color blatteus. Eutropius scribit Neronem piscatum esse retibus au-

vopisc. in Au-  
reliano.

R 2

reis,



Eutropius in Neronē. sucton. in Nerone c. 30. Vopisc. in Aureliano. Suidas. Vopisc. in Aureliano. Athenæus li. 8. Non. in Samiū.

reis, quæ funibus blatteis extrahebat: quod Tranquillus dicit, *piscatus est reti aurato, purpura coccòque funibus nexis*. Iudices pro magistratibus ab eodem Vopisco vsurpantur. Denique, inquit, *id tertio factum est, ut per sex menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnesque iudices ÷ permanserent, quos aut senatus aut Aurelianus delegerat, nisi quod proconsulem Asiæ 5 Falconiū Probum in locum Aurelij Fusci delegit*. sic iudicis nomen apud Iurifcon. de iurisdictione omnium iudicū accipitur. Monetarij duce Felicissimo bellum Imperatore Aureliano excitauerūt. hic eos qui cudendæ pecuniæ præerāt accipi doctissimis viris non placet, quibus opponimus auctoritatem Suidæ sic scribentis, Μονιτάριοι οἱ παρὰ τὸ νόμισμα τεχνῖται, διὸ πρὶ ἀυελι- 10 αὐτὸν διέφθειραν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἀρροῦντα φιλικήσιμον ἀνελόγους, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον. ἔς μὲν ἰς Ἀυελιανὸς χειρῶσ ἀμύδους ὑπερβαλλύση κολάζων ἀμότητι χειρῶσ. Cū ante scribitur, adeo ut etiam ballistea pueri & saltatiunculas in Aurelianum tales componerent: ballistea cantica quæ saltantur intelligo. Nam βαλλίζων hoc significat, & ballismos tripudium est apud Athenæ- 15 um, quod nomen hodieque gallica lingua retinet. *Ferramenta*, inquit Vopiscus, *famiata*. Nonius acuta & mucronata explicat: & rectè, quod ex eo credo, quia famia creta polita & nitida deterfaque acuerentur. vim enim in ea detergendi esse nouerunt omnes: igitur & detergendo ferramenta acuit, vnde ducta Nonij interpretatio, quæ mihi valdè probatur. 20 Nam & famiator in vetere lexico ἀκομητής exponitur, & in antiqua inscriptione, SAMIARIIS DORYPHORION legitur.

*Nitrum virginale, matronale, berenicarium, hydrososata, atramentum sutorium, fecula, onides.*

CAPVT XVIII.

IN medicorum compositionibus, quarum varietatem vel imitabitur vel superabit hoc caput, reperio varia nitri genera, vt parthenicum, id est virginale, quo scilicet virgines se tergebant. eos equidem errare existi- 30 mo, qui parthicon emendant, vt è Parthia aduectum. quidni enim nitrum sit virginale vt & matronale? hoc apud Marcellum reperitur empiricum: illud apud Nicolaum myresum. etiam aphronitrum matronicum, id est matronale agnoscit Trallianus. Reperitur apud Nicolaum & Galenum, etiam nitrum berenicarium, ex urbis nomine: sed & in confectioe pul- 35 ueris apud Nicolaum legitur nitrum matronicum, quod est matronale: & alio loco matronicum, id est matronale scribi debet, non matriniacon. ἀλὸς χερῶσ, id est salis è falsamentis legendum existimo apud eum. Medici doctissimi quærent quæ sint apud Trallianum encatera, buridia mæ- nome-

nomenia, & membridia: ego hæc vocabula nonnihil deformatata existimo, quæ sic interpolata primæ suæque restituentur oris formæ, elacatena, burynchidia, mænidia mēbradia: nisi si quis primum verbum pro falsamentis intestinorum retinendum contendat: reliqua proculdubio rudiatio egent, à 5 quo renouentur, & pristino nitore reddantur, quod pro meo captu facere conatus sum. Quæ drosata Nicolaus appellat, ea sunt integro vocabulo, quod curtauit, hydrososata: inde primum appellata, quod in eorum confectioe aqua & rosa mitteretur: deinde longius propagata vox est, vt siropos significet. Antidotus, quæ diacomeron appellatur, vocari debet 10 re videtur ἀπὸ εἰκοσιολῶ μεφδν. Nam viginti octo partibus constat, idque cū esset notis scriptum & compendijs, vocabulum mendosum conflatum est, ad quem scopulum pedem offenderent medicinæ studiosi. in antidoto Michaëlis Syngeli cachryos emendandum arbitror, pro carychi, vt semen roris marini intelligatur. In pulueris cuiusdam confectioe apud 15 Nicolaū legitur φάλας χειρῶσ, quo nomine intelligo lucernarias blattas, vel papiliones lucernis obuolitantes. Nam φάλας & φάλας vocantur à Græcis. Apud eundem, pro ære manicario in compositione collyrij emendandū suspicor æs monetarium, vel potius æs manuarium. Chalcantha apud Nicolaum, quandoquidem ambigi video quid eo nomine- 20 intelligendū sit, non aliud quicquam est quàm atramentū sutorium, quod chalcanthum alij vocant: etiam chalachanten interpres Nicandri appellat. facula est fex vini vsta. φέκλι in Tralliano & Nicolao pro φέκλι malè excuditur. myrianthos nomine ioculari vocatur hominum oletum, id est ἀφροδὸς ἀνθρωπίνη. hoc non adscripsissem, nisi in eo perdoctos hæsisse ani- 25 maduertissem. Phecarinon acetum esse in eodē Nicolao suspicor, quod Latinis facarium acetum diceretur. Est enim vox corrupta, vt assolet, Latina tamen. Nam ex fece exprimi acetum non infrequens est. Asterium in mari inuentum in eodem vnguentario, stella marina videtur, de qua Plinius & alij scribunt. Aphroselinon autem apium est Africanum potius, 30 quàm spumosum: etsi doctissimi viri in hac sententia sunt. in morbis pedum præscribit ceonidas vstas Nicolaus: sed quæ sint, nemo explicat, ac ne explicare quidem potest quisquam: sed fortasse comminisci. ego onidas, id est sterces asininum, legendum esse suspicor: sunt qui conidas, id est lendes. Non ferè Andromachi theriaca numerosior est, quàm hoc 35 caput: sed finis sit, ne nimium ambitiosi in medicinalibus verbis confectandis esse videamur.

*Mullus centuriatus, carrago, tunica ruffa, coloria, doge.*

CAPVT XIX.

IN Aureliani imperatoris vita carpentum iudiciale mihi videtur esse vehicu-

R 3

Vopisc. in Aureliano.

vehiculum, quo vestatur magistratus, qui iudicis nomine plerumque intelligitur, ut & ante docuimus, & ex Adriani imperatoris vita colligi facile potest. Peluis autem pueri, est in quo pueri lauari à nutricibus solebant: quã veterem consuetudinẽ è Galeno nouimus. *Ita ut haberet in latere uno auem, in alio coronã*, non iniuria lego: etsi sola coniectura, quẽ in errore lubrica est, nitor: sed eam à literis si excludimus vbi minus noxia est, medico ne relinquamus in capitalibus morbis. *Huius*, inquit Vopiscus, *epistola militaris est ad suum vicarium*. duces suos habebant vicarios, sed & præfecti prætorio: sic legimus vicarios vrbs Romæ, Italiæ, Hispaniæ, Africę, Septem prouinciarum. *Mullum*, inquit, *centuriatum comiter curet*. apparet centurijs mullos attributos fuisse, qui publici tamen erant non priuati, ut equus erat sagmarius. centuriatum itaque vocat, ut centuriatus miles dicitur, qui centuriæ attributus assignatusque est. comiter autem curari præcipit, quòd in publicis rebus minus clementes & comes, quàm in proprijs esse soleamus, cum nostra omni cura prosequamur, publica vel negligamus, vel asperius & durius habeamus. *Querere*, inquit, *præterea ubi carrago sit hostium*. barbari sua in orbem castra solebant munimento valloque carrorum obducere: vnde & carrago vocata est, quo verbo censentur eorum castra carris circumdata. Marcellinus, *vnde haud longo spatio separatim vulgus in astimabile barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum, tanquam intramuranis cohibita spatijs, otio fruebatur & ubertate prædarum*. Iterum, *quæ oprimẽ tum accepta statimque incensis malleolis, ad carraginem, quam ita ipsi appellant, aliti velocitate regressa*. Vexilla, inquit, *bicolora quatuor*. sunt enim & vexilla pura, & vnius coloris, ad quorum discrimen bicolora reliquaque pluribus distincta coloribus dicuntur. *Tunicas*, inquit, *ducales ruffas quatuor*. Hæ sunt, quæ à Græcis, φοινικίδες dicuntur, quibus qui exercitus ducebant, ferè utebantur. Plutarchus in Bruto, τὸ μὲν σῶμα τῆ πολυτελεστάτῃ τῆ αὐτῆ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν. Subarmale autem profundum, intelligo crassum sagulum, quod sub armis induebatur, ut eorum durities minus corpus offenderet, sed profundo excepta tegumento mollius corpori insideret & tolerabilius. Coloriæ dicuntur, non à natiuo aut factitio colore, ut scribi video: sed quæ colore tinctæ sunt, non tamen coccinæ aut purpureæ. Nam in his proprium nomen iam coloris sui, ut purpuræ aut cocci dicitur ob præstantiam, non tantum in generali voce acquiescunt. Id ita esse ex eo apparet, quòd à Vopisco scribitur, in quo colorijs blattea opponit his verbis, *ut blatteas matronæ tunicas haberent certas vestes, cum antea coloreas habuissent*. *Facta*, inquit, *erat ratio dogæ cyparū nauium & operum*. quæ malum est ista vox dogæ: ea quidem nihil vtraque in lingua significare multis videtur, sed huc temeraria irrupisse

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Marcellinus lib. 31.

Vopisc. in Aureliano.

Plutarch. in Bruto.

Vopisc. in Aureliano.

irrupisse. Ego aliquando putauit legendũ doliorum. Nam ad vicinitatem accedit illius vocis, & congruit cum cuppis: nec hinc interloquebar, sed planè pronuntiabam ita legendum videri. Nunc dogam retineo, præsertim cum ita inueniam in antiquo lexico: doga βῆτις, dogarius βῆτιοποιός, videtur autem vas significare, ut ex interpretatione apparet, cui nomen simile vernacula lingua butticulam habemus: & alio loco, *Vagna seu cuppa*, βῆτις μεγάλη, ἡ πῆνες γὰρ ἄλοι καλῶσι.

Salarium, lucunculi, luminosum, litare,

10

CAPVT XX.

SALARIVM à sale originem habere vel ipsius vocabuli sono notum est, accedit auctoritas Plinij verborum non incallidi inuestigatoris. Nam, *cap. 7. lib. 31. honoribus*, inquit, *etiam militiaeque interponitur salarijs inde dictis*. Salaria autem tribunorum militarium & ducum, erant annonæ ipsorum: proinde ἀλάειον Græci, sic enim recentiores hoc nomen æmulati sua effinxerunt lingua, interpretantur σιτηρέσιον. Vopiscus in Aureliano, *Nam illi Romam venienti salaria sui ordinis sunt decreta*. Deinde sic scribit, *panes militares numero sedecim, panes militares castrenses quadraginta, vini mensalis sextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinacos duos, porcinae pondo triginta, & quæ sequuntur: è quibus quis non intelligit annonam cuique destinatam & assignatam salarium dici? & in Probo, Item in salario diurno bubula pondo, porcinae pondo sex, caprinae pondo decem, gallinacum per biduum, olei per biduum sextarium unum, vini veteris sextarios decem, & quæ sequuntur*. Attamen latius patuit hoc vocabulum, significauitque non tantum eorum annonam, verum etiam commoda & stipendium. Plinius, *nec pudet tribunorum militarium salarijs emere*. Quod Iuuenalis dicit,

— alter enim quantum in legione tribuni  
Accipiunt, donat Caluina vel Catiæna.

Denique à Græcis explicatur τραπεζικόν, ὀψώνιον, σιτηρέσιον, παροχή, atque nominatur ab eis ἀλαπικόν & ἀλάριον. in Asino Apuleij scribitur, nos enim alio iam vocamur, *Hic panes, crustula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita*. Iucunculi hinc qui sint, ut ingenuè fatear, nescio: & suspicor lucunculos legendum. Nam ita genus quoddam edulij vel panificij potius sciti, mihi tamen non satis noti, vocatur diminutionis forma: absque diminutione Lucuns. Varro apud Nonium, *Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia sarda, Panis, pemma, lucuns, cibus qui purissimus multo est*. Idem, *vinum, pemma, lucuns, nihil adiunat, ista ministrat*. Afranius per diminutionem, *Pistori cur non, cur non scriblitario, Vt mittat fratris filio lucunculos?* Itaque illud Papinij, *Molles Caioli lagunculi que*, quod de Lagone puero panificijs

30

35

Saty. 3.

Apuleius lib. 10. de Asino aur.

Apud Non. in Lucuns. Ibid.

Ibid.

Lib. 5. Syluar.

imitato non indoctè interpretantur, fortasse scribendum est, lucunculiq;. Nos quoque hinc aliò auferimur: Pauci animaduertunt cur in oratione quædam dicat luminosa Cicero, vt cum scribit, *tum sunt maximè luminosa, & quasi actiosa partes duæ.* Ego translationem esse puto à pictura, in qua lumen dicitur, quod umbræ opponitur. Plinius de pictura, *tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen atque umbras.* Orationem autem picturæ comparari, & de ea quæ de pictura dicuntur, vsurpari, non erit nouum ei, qui auctores peruoluarit. Cùm se litasse veteres dicebant, quo verbo grata acceptaque dijs immortalibus sacra fuisse intelligebant, à soluendo si Varroni credimus, ita loquebantur: proinde quasi sit litare lutare, id est luere & soluere. tum enim denique solutum dijs esse videtur, cùm acceptum fecere. Varronis verba sunt, *habes qui & cuius rei causa fecerim beca-tomben, in quo ego (vt puto) quoniam luere est soluere, lutauit.* Itaque vt maximus & maxumus dicitur: ita lutauit & litauit dici Varro videtur existimasse. A lotio, quod abominamur, lotiolentè pro foedè & lutulentè dixit Tiinius his verbis, *Varro lotiolentè flocci fiet & cultor gula:* hoc aliud agens annotaui, vt latiolentè, quod irreptitium est, expungeretur substituto germano verbo.

In oratione pro Quintio quadam explicata, victus & vestitus venditur, venalis cum ornamentis.

## CAPVT XXI.

VENDERE auctionem, in oratione pro Quintio ea dicendi forma dictum arbitror, qua à Cæsare vendere sectionem. Estque vendere auctionem, auctionari, & res in auctione vendere. *Atque imbibit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, valet instituerit, decreuerit, perseverauerit: vt & apud Lucretium,*

— pœnas capere imbibat acres.

Iam illud, quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos ac necessarios charos habeant & honestos esse atque haberi velint, id Sex. Næuius non faceret? Quo tandem pertinet? nempe vt doceat viros optimos, quibus chara est suorum existimatio & honos, si quid cum eis controuersæ habeant, alio potius cum eis iudicio experiri, quàm eo quod caput & famam & existimationem eorum lesurum sit: quod idem faciendum fuisse Næuius ait. Quod autem ait, *ne in ciuitate sit,* propterea dicit, quod quorum bona publicè in auctione vendita sunt, huius ignominia sibi conscijs, vel publico abstinēt, vel urbem relinquunt, hominum celebritatem conspectumque vitantes. *Ac non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi convictus bonis quidem suis rotitur, alterius opes, id quod miserimum est, non expectat:* sensum hunc habet,

bet, condemnatus aliquis, aut ignominiosus, offensionem tamen iudicij & famæ iacturam saluis suis & integris quibus perfruitur bonis consolatur, nec aliunde pendere cogitur, alteriusque auxilium & opes expectare. Legi etiam non ineptè posset spectare, quod esset ad alienum auxilium respicere. *Sed etiam victus, inquit, vestitusque necessarius sub præcone cum decore subiectus est* id est qui totus cum omnibus suis rebus & bonis, vt ne vestis quidem ei relinquatur, & si quid sibi penoris ad cibum parauit, venditur. Sic pro Sestio, *uiuus, vt aiunt, & videns cum victu suo, ac vestitu publicatus.* sic ista duo coniungebant, cùm personam cum rebus omnibus se vendere significabant: vnde & seruos cum ornamentis. Plautus,

*Venalis ego sum cum ornamentis omnibus,*

Id est cum vestitu, nonnunquam etsi quid penoris sibi instruxerat: sed & Plautus,

*Meo cibo & vestitu rem curo publicam,*

dixit ista duo copulans. victum & cultum etiam sæpe coniungi reperias. Sententia sequitur quæ in *ἄεμωσ* propè ineptias, si de tanto oratore id dici fas est, excessit. *Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honesta locum relinquit.* ac sententia quidem obscura non est, turpem, verbi gratia, Othonis vitam mors honesta exornauit: vita illa turpissima eorum, quorum bona veniēre, non relinquit locum morti honestæ, cùm ipsa iam mors sit, quibus enim ista ignominia infertur, ijs funus, vt ait, ducitur, & infra etiam mortuos amandantur. vt igitur extra calumniam sit hæc sententia, putarem legendum, vita ita turpis.

Ad solarium, appellare tribunos, & quadam ex oratione pro Quintio. CAPVT XXII.

SCRIBIT Cicero pro Quintio, non ad solarium, non in campo, non in conuiujs, id ego de solario intelligo, quod erat in foro inumbratum, secundum quod convenire solebant homines animi causa, vt & in alias fori partes, vt è Curgulione cognoscimus: eius meminit Varro lib. 5. de lingua latina his verbis, *Solarium dictum, id in quo hora in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Emilia & Fulvia inumbravit.* Sunt qui de mæniauis accipiunt, quæ solaria vocantur teste diuo Hieronymo: sed illam veriorē & sinceriorē interpretationem crediderim, cùm hîc ad propinquitatem significet, & ad solarium conuentus hominum elegantium & otiosorum fieret. Est & solarium locus apricus expositusque soli, & vt heliocaminus, quod ab Harmenopulo *ἠλιακόν* dicitur. Scribit idem, *videatur ne intercessisse appellatio tribunorum, non more, sed auxiliij causa?* appellan-

tur

tur Tribuni more & instituto & exemplo, cum eorum intercessio postu-  
 latur, si quid iniquè à Prætoꝛe, verbi gratia, decernatur: at cum auxiliij cau-  
 sa appellantur, id verò non fit more in causis: quia qui id facit, de causa  
 sua cognosci non vult: qui autem auxiliij causa tribunos appellabat in liti-  
 bus, is se æquo iudicio certare non posse clamabat. Obijcit Vatinius Ci-  
 cero quòd appellaret Tribunos, ne causam diceret. Asconius Antonium  
 dicit appellasse tribunos ne causam diceret, iurasseque ideo se eierare,  
 quòd æquo iure uti non posset. Addit Cicero, quem tu à puero sic instituis-  
 set: ut nobili ne gladiatori quidem hæreret. Alphenum ait Cicero à Nævio popu-  
 larem esse factum, ab eoque sic ei studium partium populi insitum fuisse, 10  
 ut tanto flagraret odio nobilitatis auctore Nævio, ut ne cum gladiatore  
 quidem nobili vnquam versaretur. hæꝛere enim est hîc cum aliquo esse,  
 & eum sequi: tamen si postea à partibus populi Nævius transfuga descivit.  
 sic igitur lepidè in Nævium iocatur eum acriter perstringens. Subijcit,  
 An omnes tu istos vincere volebas: qui nunc, ut tu vincas, tantopere laborant? 50  
 Aude id dicere non palam: sed his ipsis quos aduocasti. An non, inquit, eras ipse  
 popularis? an optabas nobilitatis victoriam? Palam id si diceres te nobi-  
 litati fauisse, te multorum conscientia & vox refelleret. Nunquam, inquit,  
 inter studium vestrum quicquam interfuit: vterque enim populi partes  
 sequebamini, quas ut afflictas vidisti, ad nobilitatis factionem perfuga tran- 20  
 sisti. Qui cum, inquit Cicero, ultro ipse deberet. Id verò est, cum tantum  
 abesset ut quicquam Nævio à Quintio deberetur, ut ultro ipse Nævius ex  
 societate deberet, quod è narratione intellectu facillimum est. Hic ego, in-  
 quit, si Crassi omnes cum Antoniis. Oratores duo nobilissimi fuerunt, quo-  
 rum hic bello ciuili vrbe à Mario capta occisus fuit: ille ante bellum ci- 25  
 uile morbo lateris consumptus occidit. Loquuntur autem in libris ora-  
 torijs ad Q. Fratrem. Nempe post 30. dies inquit. Nam post triginta dierum  
 possessionem postulari poterat iudicatum solui. Triginta etiam dies legi-  
 timi & iusti dabantur æris confessi iudicatis. Ista nos per eam cursitando  
 orationem, raptim strictimque attingebamus, quæ quia cursui nostro mo- 30  
 ram aliquam obijciebant, ne in ijs alij hærerent, annotare malimus,  
 quàm præterire. Quæ si cui leuia videntur, is putet idem me sentire: sed  
 cui nihil leue placet, graues opinor sibi compedes optaret.

cic. in vatiniis.  
 Ascon. in cic.  
 orationem con-  
 tra C. Ant. &  
 L. Catil.  
 Cic. pro. Quin-  
 tio.

ibid.

ibid.

ibid.

Pedules, fœnitium, apsidēs, crocyphantia, semimithra,  
 ancones, topia, opsiānus lapis.

35

CAPVT XXIII.

VERBA quædam Iurisperitorum excutere in animo est, & velut  
 in alieno foro non meo litigare. Fasciæ, inquit iurisperitus, crurales pe-  
 dulesque

L. argumento  
 ff. de anr. &  
 arg. leg.

dulesque & item pilia vestis loco sunt. Hic ego pedules intelligo calceos, ut  
 in regula Benedictinorum, indumenta pedum, pedules & caligas. Iterum, &  
 pedules & quodcumque est vetustum reddant, dum accipiunt nouum. Rursum,  
 tunica, pedules, caliga. Reperi in veteri lexico pedules esse operimentum  
 anterioris patris pedum: in quo & fœnitium erat expositum, fullonum  
 herba: si cui fortè hæc explanatio probari potest. Nam antè fœnitium  
 apud Scribonium explicare potius tentauimus quàm potuimus. Rectè  
 autem in Florentinis, pro item pilea impilia legitur, ut in Plinio iam antè  
 legendum monuimus, quæ sunt tegumenta pedum è coacta lana. Sine  
 10 controuersia autem pro caliculæ, caligulæ legendum: ut enim in viris ca-  
 ligæ: sic in pueris caligulæ dicuntur. De ijs autem eo loco Iurisperitus  
 verba facit, quæ ad puerilem vsum pertinent. inuenio & in antiquo voca-  
 bulario aliculam genus vestis esse. Apsides autem lances sunt rotundæ,  
 quæ & parapsides etiam dicuntur: sunt & tabulæ in lancium genere magis  
 15 latæ & planæ, ut apud Horatium,  
 — tabulas cœnabat omasi, vilis & agnina.

Cap. 16. lib. 17.

Cap. 14. lib. 17.

L. cum aurum  
 ff. de aur. &  
 arg. leg.

Epist. 15. lib. 2.

Sed & in iurisperito, parapsidas, tabulas, trullas, aliqui legunt, alij aceta-  
 bula. Crocyphantia autem ornamenta capitis sunt, & redimicula, quæ  
 tota è subtemine sine vlllo stamine contexta sunt, vnde & appellationem  
 sunt adeptæ. γραμμάριον grammatici Græci exponunt, quod ἀργύριον ὑφαί-  
 νεται, & ab Atticis κερύφαλον, scribunt vocari. In antiquo D. Germani lexi-  
 co reticulum exponitur, γύργατος, καὶ κροκύφαντος. semimithra autem tanquã  
 dimidium mithræ est. est enim minor quædam mithra, ut semicinctium  
 antè explicauimus. quæ enim similis & geminæ formæ sunt, ex propor-  
 25 tione parem explicationem desiderant. Sedularia, sedilia videntur esse,  
 eaque multa, ut & cathedraria cathedræ: sicut rosaria rosæ, cibaria cibi:  
 suntque sedularia tanquam sedillaria. Scribit Labeo supellectilis nomen  
 nomen ex eo natum, quòd in legationem proficiscentibus locari solerēt,  
 quæ sub pellibus vsui forent: id est sub tentorijs, quæ pellium nomine hîc  
 intelliguntur: ut hibernare sub pellibus est hyemare non in vrbe, sed in  
 30 tentorijs. Ego potius nomē supellectilis à lectis originem habuisse credi-  
 derim, ut initio eo nomine censerentur ea, quæ super lectos, vel cubicu-  
 lares vel discubitorios poni solerent: postea longius latiusque significa-  
 tione propagata. Quo citius per hyemem oram legeret, credo legendum in iu-  
 risperito, ut sit quo citius multis remigibus impulsã nauis ad oram adpli-  
 35 caret. Ancones calices sunt non rotundi, sed in cubitum flexi, & angulum  
 habentes, vnde & illis nomen tributum. Nam pocula varijs formaban-  
 tur figuris. Quædam pocula etiam nasos quatuor habebant, ut Vatiani  
 calices, ut à satyrographo scribitur. Topiarij serui ab opere topiario,  
 quod

L. cum aurum  
 ff. de aur. &  
 arg. leg.

L. argumento  
 ff. de aur. &  
 arg. leg.

L. argēto ff. eo.

L. Instrumenti  
 ff. de supel. leg.

L. prædia S. af-  
 fini ff. de instr.  
 & instr. leg.

L. Tabernæ ff. eo.

L. instrumento ff. eod.



quod ipsi facere sciunt, vocati sunt. Topiarium autē opus à topijs, quæ à funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices & arbusculæ tonsiles in animalium species aut rerū historias luculenta varietate assimilatae, religatae & multis hinc inde distinentur, locis torquentur flectunturq; , ad effingenda quæ luduntur rerū & animantium argumenta. Opsianus porro lapis optimè in Florētinis scribitur exēplarib; , ut & apud Arrianū, *καὶ ἦν ἐν Ἐλάφῃ καὶ ἰσοπέ- nos ἐν ἐλάφῃ καὶ ὀφειανὸς λίθος*: quod ideo monco, quia ut mendosum à plerisque mutatur, cum astipulatione Græci scriptoris integritati lectionis caueatur.

*Luna non laborat, regit sol sidera, inane, sidus confectum, sidus, aperinuntur maria.* CAPVT XXIII.

10

LUNA cum plena est, inciditque in fastigium vmbre noctis extinguitur, cum laborare olim dicebatur: at verò mensis exitu, etsi eius nullum lumen est, tamen laborare non credebatur. Itaque in Plinio legendum, *cap. 9. lib. 2. quæ mensis exitu latet, cum laborare non creditur.* quod de lunari Lustrationis mense non de solari intelligendū est. Sed & in Plinio non ita multo post lego adstipulatione veterum librorum fretus & veritate adductus, *ibid. solis fulgore eam ut reliqua sidera regit*: non ut obtinuit, tegi. regit enim & temperat lunæ lumen sol, cum ipsa suo accessu & recessu modò plenius, *cap. 15. lib. 2. modò exilius luceat.* similis est menda in canonicis siderum. *postea radiorum eius contactu teguntur*: cum & è librorum veterum obseruatione, & rei fide reguntur legendum sit. Radij enim solis cursum errantium siderum regunt, ut docet Vitruuius, vel cum inhibent & stare cogunt: vel cum infummas absides extrudunt, vel inimias deprimunt. vtranque emendationem etiam agnoscit Pintianus, etsi non explanat. ait idem, *cap. 12. lib. 2. prædicto solis defectu, qui Astyage rege factus est*: & appellatione antiquorum librorum velut tribunorum, & auctoritate Herodoti subnixa, auxilium feremus huic loco, & Halyatte legemus. Id enim Halyatte rege factum esse scribit Herodotus. Pro, *annumerare posteris stellas ad sidera ad normam expangere, cui scripturæ verusta intercedunt exemplaria, reperio, stellas ad sidera ac nomen expungere*: quæ scriptura hunc sensum facit, Hipparchum stellas ad sidera rede gisse, & quot in quoque sidere essent numerasse, nomina etiam eis reddidisse & sideribus. *cap. 37. lib. 2. Omne hoc, inquit, quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit.* Poëtæ inanem aërem plerunque dicunt: sed & Plinius etiam in mari hoc posuisse videtur, his verbis, *Non fuerat satis oceano ambijsse terras, & partem earum aucta inanitate abstulisse.* etsi in peruulgatis exemplaribus immanitate legimus. *cap. 47. lib. 2. Cum tempestatibus, inquit, confici sidus intelligimus.* Sidera quædam tempestatem inferunt, quæ tum confici dicuntur &

tur & confecta esse, cum ea tempestat, ut strictim ante artigimus, sœuit. Oppius de bello Africo, *Nanque Vergiliarum signo confecto circiter vigilia secunda noctis nimbus cum saxorum grandine, subito est exortus ingens.* quod etiam de quacunque aëris mutatione, rerumque affectu vi cæli & influxu siderum eueniente vsurpatur. Plinius lib. 18. *Quamobrem eas manibus agricolarum ingessit, vertique insit ipsa die folia, ut esset confecti sideris signum.* est & sidus plaga & inclinatio mundi. Plinius, *Sub eodem sidere pars tota mundi vergens in Caspium mare pernavigata est.* Maria hyeme clausa sunt cælo tempestatibus fœdo & procelloso, aperiuntur vere. Plinius, *ver ergo aperit nauigantibus maria.* ac diem anni, quo nauigationem auspicabantur, ferrijs quidam celebrabant. Apuleius, *Diem qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hybernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes catinam primitias com meatus mei libant sacerdotes.* Vegetius, *post natalem verò, ut ita dicam, nauigationis, qui solemnem certamine publicoq; spectaculo multarum gentium celebratur.*

*Satisfactio per iusiurandum, nihil duarum rerum credas, bona fide, per dium sidium, obsecro, resecro.*

CAPVT XXV.

VELLEM hodie tanta esset nobis iusiurandi religio, quanta veteribus fuit, quorum multò facilius bonitatem irridere, quam sanctitatem imitari possumus. si quis quem re aut verbo læserat, interpositione iusiurandi, quo eum qui læsus erat, adiurabat indignum ea iniuria esse, & ei nolle factam, satisfacere atque purgabat. nos hodie in condonanda iniuria tam faciles non sumus, quam natis & nepotibus pro hæreditate legamus. Comoedia exemplum vitæ est, ea fidem faciet verum esse quod dixi. Plautus Amphitryone, *Aut satisfaciat mihi, atque adiuret insuper Nolle esse dicta, quæ in me infontem protulit.*

Apud Terentium negat leno se hanc accepturum excusationē, quod non faceret, nisi ea adhiberi, & homines ea placari soliti fuissent: *Ego vestra hac noui, nollem factum, iusiurandum dabitur esse te indignum iniuria hac.* Genus erat & apud eos affirmationis religiose, & cuiusdam propè iusiurandi, nihil mihi credas diuini & humani: quod est nihil mihi vilius rei credas. Plautus Asinaria, *neque diuini neque mihi humani quicquam accreduas Artemona, si huius rei esse mendacem inueneris.* Eodem sensu illud in Truculento interpretor, *nunquam adepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit, id est nihil diuini & humani: ac malè de poëta merentur, qui*

S pro

pro duarum adulterant suarum. Erat sancta etiam affirmatio & iusiurandum, bona fide: nos tamen hodie nisi appellato numine sacramentū non putamus. Plautus Captiuus, He. dic, bonan' fide tu mihi isthac verba dixisti.

sc. Iupiter sumpreme.

od. 5. Epod.

Afinaria sc. 1. sicut tuum.

Er. Bona. Nam sequitur mox. An tu dubium habebis, etiam sancte cum iurem tibi? Erat & iusiurandum per ea que chara erant, vt per liberos. Horatius, 5 per liberos te, si vocata partibus Lucina veris affuit. Plautus,

Sicut tuum vis unicum gnatum tua  
Supereffe vite sospitem & superstitem:  
Ita ted obrestor per senectutem tuam,  
Perque illam quam tu metuis uxorem tuam,  
Si quid med erga hodie falsum dixeris,  
Vt tibi superstes uxor atatem fiet.

10

His enim verbis herum ita obstrinxit seruus, vt, si per Diu fidium, quod sacramentum sanctissimum erat, rogasset, non magis obstringere potuerit. Itaque respondet herus,

15

Per Diuum fidium queris, iurato mihi  
Video necesse esse eloqui quicquid roges.

Vt si diceret, istud quidem est rogare per Diu fidium: ac vt hoc interim addam, Diu fidius explicatur in antiquo lexico, διὸς ἰδὸς, ἡερακλῆς: atque vt formulę res charas inferebant, ita odiosas & inuisas adijciebant, quod veterator seruus fecit. Quin, vt superstitiosa illa hominum priscorum natio fuit, si quis obsecro dixerat, eum quem alloquebatur obstringere obligareque quodam sacramento & iureiurando videbatur: & si ea persona erat, cui pudorem deberet, cuique omnia libere in vtranque partem esse vellet, vt eam religione solueret, subijciebat refecro, quo verbo obsecrationem soluebat. Plautus Aulularia.

20

— nunc te obsecro,

Fac mentionem cum auunculo mater mea:  
Refecroque mater quod dudum obsecraueram.

sc. Dixi tibi.

sc. 1. Qui amas.

Apud Festum in refecrare.

etiam qui obsecrabatur, ne religione ea obligaretur, refecro dicere solebat: Plautus Persa, To. obsecro. Sa. refecro. sic enim legendum est. Sed & rei in comitijs, cum populum supplices obsecrarent, continuò refecrabant. Verrius, Refecrare soluere religione, vt cum reus populū comitiis orauerat, vt eo periculo liberaretur, inebat magistratus eū refecrare. Multò plura eiusdem generis obseruari posse in veterū monumentis inficias non iucrim, sed mihi temperavi modumque adhibui, vt occurrerem moroso quorundam fastidio.

35

Rete iaculum, iaculator, Ausonius emendatus, senex  
recoctus, delphica, & quadam alia.

VLCVS quoddam Plauti mala attigerunt manu, vel fecerunt potius, qui sana vlcera potius & cruentant, quam vlcera & læsa cicatrice obducunt. partim enim retiaculo inducūt, partim iaculo apros, partim rete iaculo. Ego arbitror legendum, reti iaculo: sed locum subscribam,

5

Iubeas una opera me piscari in aëre,  
Venari autem reti iaculo in medio mari.

Afinaria Sc. 1. sicut tuum.

Nemo venari possit in mari, sed piscari: nemo piscari in aëre, sed venari & aucupari. Rete autem iaculum dicitur ad verriculi discrimē. Nam iaculum iacitur, fundaque etiam appellatur à Marone, à fundendo, vel à fundo Colos à Græcis dicitur, inquit Seruius, & rete iaculum vocatur. itaque in quadam comœdia iaculatorem pro piscatore posuerat Plautus, è qua hoc affert Isidorus, probus quidem antea iaculator eras. Verriculum autem non iacitur, sed verritur, id est trahitur. Plautus Truculento de reti iaculo,

10

In. 1. Georg.

Quasi in piscinam rete qui iaculum parat.

Sc. 1. Non. omnis.

Alij emendant, rete qui iacit vim parat, quibus non assentior, cum illud alterum & sententię veritate & grammaticorum interpretatione nitatur. Ausonius etiam iaculum appellat, & à funda separat in epist. ad Theonem,

Auson. epist. 21.

Et iacula & fundas, & villica nomina lini,  
Collaque, & insutos terrenis vermibus hamos.

20

Sic beneficio & ope elegantissimi iuriscōf. Rufardi versus hos restitui: ac profectò in ea epistola Carroco, quod legitur, nec intelligitur, fortasse Carro legendum est, vt pisces carro referri intelligamus. Sed hinc non præter solitum, vt ait Flaccus, leues, voces quasdam ad explendum hoc caput ex antiqua veteris libri nomenclatura subtexemus. decoctor ibi exponitur χρεωκόπος. δευροτής: decemviri & decuriones δευροτάτοι: decrepitus ὑπεργηρας, ἐφθός γέρων. ex quibus intelligitur illud Catullianum, Suffectio seni recocto, id est, valde seni. defixiones νεκρομαντίαι, κατὰ δεισμοί. apud Ciceronem quoque & Ouidium defigere ad talia accommodatur. Delphica, ministeriū. Erat enim ea mensa, vnde ministrabatur. Dupondius δινέμιον, afflecla ἀφύσιτος: directarius θυρεπανόχλης, ἐπεισθηδότης. est igitur fur, qui fores aperit, quem & quidam apertularium vocant, & effratarium. Defultor, μεταβάτης, ζευξίππος. Dicis causa νόμου χάειν, λόγος χάειν. Digitabulum δακτυλήθρα. discussor λογοθέτης: discussio λογοθεσία. diespiter χάρων. dium ἀσραπτή. dijouis, ζεύς κεράυνιος. coenacularius σαθμῆχος. duplicarius διμοιείτης. dulcia πλακουῦτες. Improlis ἀφίλιξ, ὁ μήπω γεννητικός. Birrus, crassum vestimentum: credideram quodam adductus Isidori loco esse berum, vt & quidam alij; nunc in alia sum sententia. Sed nimirum longum nimis catalogum verborum teximus. hinc igitur desinamus.

Rota solis, clausum cælum, porta cæli, vitale, putres oculi, amyctis. CAPVT XXVII.

GRÆCI solent interdum ipsum solis orbem appellare *δίσκος*: haud secus latini, vt reor, dicere solent solis rotam. Rota enim eius est orbis atq; rotunditas: sed ob signatis tabulis agendum est, & literarum auctoritate id confirmandum: Sidonius.

Sidonius.

Inde patefecit radijs rota candida cælum.

Id est, sol exortus cælum noctu clausum aperuit luce sua. noctu enim cælum claudi censebant: hinc illud Maronis,

T. AEN.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

10

Ac vt illud componet obiter explanem, à cadaueribus ductum esse reor, quorum ossa & reliquæ in vrna componebantur. Horatius.

Saty. 9. lib. 1.

Omnes composui: felices, nunc ego resto, Confice.

Nam de die emerito & exacto, vt mortuo loqui plerunque consueuerant. Plautus.

Menechmis sc. Ni mala.

Dies quidem iam ad umbilicum dimidiatus est mortuus.

15

Iterum, Clam uxorem ubi sepulchrū habeamus, atque hunc comburamus diem. Rotam solis, vt vnde degressus sum redeam, etiam pro solis rotundo globo posuit Lucretius,

lib. 5.

Hic neque tum Solis rota cerni lumine claro

20

Altiolans poterat, nec magni sidera mundi.

Sed quod in digressiuncula posui, cælum noctu claudi, interdiu aperiri, impellit me vt idcirco censeam à poetis in cælo portas fingi: & Seruius Enniano sermone Virgilium scripsisse refert,

10. AEN.

Considunt tectis bipatentibus,

25

ducta ab hostijs translatione, quæ ab vtraque parte aperiuntur, vt cælum ab ortu & occasu patet: (Nam & Isidorus duas cæli ianuas dicit ortum & occasum:) portam tamen Virgilium posuisse pro hemisphærio, id est semiglobo cæli arbitror illo versu, — quem super ingens

3. Georg.

Porta tonat cæli, & scopulis illis a reclamant

30

Æquora.

Sed & bipatens cælum propter duo hemisphæria dici potest superius & inferius: quanquam Maro planè, vt existimo, tecta bipatentia ab ædium similitudine, quæ fores habent, quæ hinc & inde aperiuntur, vt & bipatens pugillar ab Aufonio dicitur, scripsit, cum superos in domum conuenisse dixerit. Mediocritatem frugalitatis laudasse videtur in seruo Horatius cum scripsit,

Aufonius in notarium.

Saty. 7. lib. 2.

— amicam

Mancipium domino, & frugi quod sit satis, hoc est, Vt vitale putes:

proinde

proinde quasi frugalitas nimia & attentio acrior ad rem diligentiaque noceat: & quamuis, qui nequam & dissoluti sunt, perdiri profligatiq; sint, neque vita digni, quos ne salus quidem ipsa seruare posse videatur, cum contra viuere videantur & vitales esse qui sunt frugi & attentis: tamen nimia auiditate & auaritia & nimia parsimonia exitiū sæpe acerbum accersitur. Seneca eodem sensu lib. 5. epistolarum scribit, *magni animi magna cōtemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Illa enim vitia vitaliaq; sunt, at hæc eo quo superfluum, nocent, quæ verba multum lucis afferunt* Horatio nisi fallor. Simile est illud Lactantij lib. 6. *Vnum est enim sapientis & iusti*

epist. 39.

cap. 13.

*& vitalis viri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare.* Sed alterum attingamus Horatij locum, cuius perspicuus & dilucidus non admodū sensus est

*Omnes in Damalim putres Deponent oculos.* non enim placet, quod interpretibus credi video, significari oculos vino marcentes & languidos: cum dicat oculos putres in Damalim, in Damalis amorem solutos. Nam etsi omnes in eius amorem soluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur, quia qui Damalim deperibunt obdormiscent. id enim, cum deponere oculos dicit, intelligit. Plautus.

od. 36. lib. 1.

*Vt me deponat vino, eam affectat viam.*

aulularia sc. Nimum lubet.

Alio loco,

— Ille ebibit, caput deponit.

curculione sc. Date viam.

Translatio autem est ab oneribus, quæ deponi dicuntur: vt nobis dormitantibus caput & oculi oneri sunt. Itaque neque caput neque oculos sustinere tum possumus. vt autem dixit Horatius, oculos in Damalim putres: sic Persius, *Ille in Venerem est putris*: id est solutus & profusus, dixit. Putre in terra sæpe dicebatur: Virgilius.

25

1. Georg.

— & Zephyro putris se gleba resoluit,

id est se laxat & soluit, & soluta & laxa est: alio loco, *Et cui putre solū: nant que hoc imitatur arando*, quo significatur optimum solum esse solutum. Nam cum aramus hoc agimus, vt terram solutam reddamus. Cæterum in eo carmine Damalim multi meri dixit, vt multi cibi aliquos fuisse legimus, quo edaces intelligimus: vt eam bibacē & merobibam fuisse existimamus. *ἀμυστι* porro genus erat potandi, quo se magnis & meracis poculis mutuò inuitabant, quod dicebant *ἀμυστι ζειν*, quod cum facere solerent Thraces, idcirco *πρὸς ποσιν θεακίαι* appellabant: sed & ex Scytharum moribus *σκιθικὸν ποσιν*. Huius capitis clausula disticho sanè luculento desinet, in quo Amyctidis Thraciæ mentio est,

1. Georg.

od. 36. lib. 1.

Καὶ γὰρ ὁ θρηαιικὸν μὲν ἀνήγαγο χανδὸν ἀμυστι  
Ζωροποσίην, ὀλίγω δ' ἠδέτο κισσίβω.

Asper nummus antiquarius, atrium, Attellanus. CAPVT XXVIII.

S 3

OLIM

OLIM qui thesaurum parare studebant, in eo nummum asperum libenter recondebant, quem interpretor, bene percussum & recentē, non veterem, neque tritum, atque ipso vsu læuem fugientibus notis, nec forma expressa: quo sensu illud Persianum accipi censeo,

Saty. 3.

— quid asper utile nummus habet.

qui enim pecuniæ amantes erant, in nummis fastidiosi erant, delectumq; habebant, & nummos perfectissimæ & expressissimæ formæ seruabāt: ac ne alios quidem recipere volebant, quando & in exactione tributorū plerunque, vt reor, obseruabatur. Tranquillus in Nerone, exegitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentū pustulatum, aurum ad obrusam. sed & creditores in paciscendo cauere solebant sibi eo genere nūmorum solutum iri, quod è Seneca conijcimus, cuius verba subscribam: sed mouebis mihi controuersiam, si te noui, nec uoles quod debeo nisi in aspero & probo accipere. Sic enim in Seneca lego. uoles, inquit, habere, ac requires asperum philosophiæ nummum, non fugientem & tritam Mæcenatis monetam. eodem sensu scripsit Maro, uasa perfecta atque aspera signis, quæ signis in asperitate erant celata. Legi & in uetusto libro aspraturam esse καλλυβον, quod qui pecuniam permutabat, pro trita asperam uellet habere: quo & in libro reperi atriensem exponi διατρίτων, διατρίτων: itaque in 5. libro de officio proconsulis posuim esse: sed & atriium esse μεσάυλιον, αειρώον, attellanos, σιλωκίς, ἀρχαιολόγος, βιολόγος, ὡς δὲ ὀβόιδιος ὀμπερής, λατῖνοι ἦσαν χροί. antecessum ἀρχαιολόγος, ἀρχαίαν. antecessorem, ἀρχαίον. antiquarium, ἀρχαιολόγος, καλλυβον. habebant enim ueteres scriptores, quorum alij εἰς τὸ χος scribebant, alij εἰς καλλος, qui antiquarij dicebantur. Hæc ego cūm elegantia non vulgaris esse animaduertentem, non indigna censui quæ hîc intererem, quale illa cunque hominum iudicium promeritura essent.

cap. 44.

epist. 19. li. 2.

S. AEN.

Plinius emendatus, corona plectilis, sutilis, plectilis, corollarium.

CAPVT XXIX.

NON dubitabo insimulare seruias quasdam in Plinianum codicem coronas inductas. nullæ enim vnquam tales fuerunt: sed Aristarchi nostri Plinij tanquam prætoris album corruerunt. sic enim ediderunt, Cūm uerò è floribus fierent ferta, à serendo seruiæ appellabantur. Ego hîc puto indicari, coronæ speciem fertum esse: proinde sic in uietis & fugientibus libris reperi, cūm uerò è floribus fierent, ferta à serendo seruiæ appellabantur. vt fortasse satina appellabantur, legendum sit, in editione Romana, quæ quo uetustior est, eo minus iniuriam sensit, vt ita dicam, istorum Telchinum, qui nati sunt in librorum perniciem, euulgatum est, ferta à serendo appellabantur, altero uerbo uel suppresso, uel dissimulato, vt non necessario.

cap. 2. li. 21.

cessario. Aliam & ego scripturam ex eodem libro expungam, melioremque è chirographis inferam: sed tamen, ne uerbosior sim, & incommodior lectori, uitio tacito, cūm præsertim publicatum sit, integritatem scripturæ subtexam: Primum uariari ceptum mixtura uersicolore florum, quæ inuicem odores colorésque accenderet, Sicyone. non ambigo, quin si quis uerè iudicet, secundum hanc integritatem libentius, quàm secundum illam corruptelam, quæ libros mutilat, litem daturus sit. & cūm omnibus sint saliorum epulæ cœnæque notissimæ, fidem securus librorum vt uerbo Enniano utar, cascorum, legam eodem libro, summâque auctoritas pactili coronæ: ut in Saliorum sacris inuenimus solemnes cœnas. hic Metamorphosi quadam Ouidiana, futiles Saliorum sacris immutarunt illi, qui non tam emendant libros, quàm ipsi scribunt, aut scribendo adulterant. nos igitur istud tanquam adulterium lege Iulia vindicatum illinc faceere iubemus. Plectiles autem coronæ plerisque uidentur compactiles: fortasse tamen fuerint, quarum coronamenta in torulo rotundo, uel uispiam figuntur pangunturque. futiles futos habebant flores aut coronamenta: fiebant ferè è uero rosæ folio. Plinius, Transiere deinde ad rosaria, eoque luxuria processit, ut non esset gratia, nisi uero folio sutilis. Hinc illud, Ornenturque rosas tempora sutilibus.

ibid.

cap. 3. li. 21.

Martial. lib. 5. epig. 65.

od. 38. lib. 1.

ibid.

plin. cap. 3. lib. 21.

Plectilis è surculis uel ramulis plectitur & innectitur, ut è ramo lauri aut myrti. Corollaria corollæ erant, è lamina ærea uel argentea tenui inaurata: Græci ὀστρεφάνωμα, ut in lexico D. Germani legi, uocabant. Hoc autem lexicon semper intelligo, cūm Latino Græcum appello. plectilem coronam intelligit Horatius, cūm scribit,

Simplici myrto nihil allabores Amplius.

Sibi enim uult coronam plecti è simplici myrteo ramo. nam lemniscos nihil moratur, nec desiderat, quos reijcit cūm ait,

Displicent nexa philyra coronæ.

Reperio & in membranis uetustis, alias in usu promiscuo ne ludia quidem erant: quam scripturam damnare animum inducere non potui, nec subticere: ludicræ se cerunt emendatores contactu omnia fœdantes immundo, ut de harpyis Maro canit. cur enim potius illis suum commentum, quàm auctori scriptū placet? Nam ut ludicræ coronæ dicantur cōmodè, tamen ludia, quod in libris scriptum patet, non debuerunt improbare. ut enim ista duo uocabula idem ualeant, tamen à Plinio positum, quàm ab emendatore inculcatum magis probem. Legem autem 12. tabularum de coronis in ueteri instrumento diuersè scriptam reperi: unde & corrumpendi occasio nata. Nam in quibusdā libris scribitur, uirtutisue arguitur ei:

S 4 in qui-



in quibusdam, virtutisue ergo diuiditur ei: ego scribendum arbitror, virtutisue ergo, diuiditur ei, vt sentiat lex ei tribuendam coronam in funere, qui eam pepererit vel ludicro circensi vel militari virtute. Fortasse etiam, inditor ei non incommodè exararetur. locum illum Plinianum quodam modo purgavi, atque ita illustravi: vt enim deprauata sensum obscurant, sic ferè restituta eum illustrant.

Decies centena, decies, bis decies bibis, binio.

CAPVT XXX.

VT sexcenta plerunq̄ ab auctoribus Latinis pro multis poni solent: 10 vt, sexcenta eiusdem generis proferre possum exempla: ita decies centena pro immani & prægrandi summa, idq̄ iam inde ab vltima propè antiquitate vrbis. Credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, cum minor erat nummi copia. proinde Iuuenalem dixisse reor,

—ritu decies centena dabuntur Antiquo, 15

pro immensa dote. Certè postea quam creuit pecunia & abundauit Romæ, nihilominus permansit illa antiqua loquendi ratio, vt decies centena infinitam pecuniam significarent. Horatius,

—decies centena dedisses, 20

Huic parco paucis contento, quinque diebus

Nil erat in loculis. Iuuenalis,

Optima sed quare Cesonia teste marito?

Bis quingenta dedit:

Saty. 10.

Saty. 3. lib. 1.

Saty. 6.

Martial. lib. 1. id est decies centena millia. Martialis libro primo,

epigr. 71.

Si dederint superi decies mihi millia centum.

Nam decies centena, decies centena millia significant & valent. Iterum 25

Martial. lib. 2. Martialis, epigr. 65.

Illa illa diues mortua est Secundilla,

Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Plutarch in Antonio.

Seneca lib. de consolatione ad Albinam.

Lib. 1. epig. 11.

Id & decies breuissimè dicebatur: Plutarchus in Antonio, τῶν φίλων πινὴ μιλιάδης ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοῦναι. τὸ τοιαύται δέκτες καλεῖται. Seneca, beatiorisne istos putas, quorum pantomimæ decies sestertio nubunt? Videtur autem ea maxima dos Romæ fuisse, legum iussis modum imponentibus pecuniæ dotali, vt fortasse à maxima dote orta sit summæ maximæ æstimatio, & locutio inde celebrata. his adijciam explicationem epigrammatis Martialis in pecuniæ summa positi, 30

Cum data sint equiti bis quinque numismata, quare

Bis decies solus Sextiliane bibis?

Mihi quidem hoc videtur de sportula accipiendum, cui decem nummi erogantur.

erogabantur vel centum quadrantes. cum igitur sportulam decem nummum vnâ Sextilianus accepisset, duas bibebat tamen potor profligatissimus, cum tantum vini exhauriret, quantum duarum sportularum pretium æquabat. Id eo admonendum duxi, quod cum è moribus & institutis Romanorum scriptum sit à poëta, ab interpretibus nimis oscitanter aliudque agentibus omissum, iniuria lectoris & sensus dispendio videbatur esse. Ad pecuniam & illud Hegesippi pertinet lib. 5. excidij Hierosolymitani scriptum, egresserant aliqui biniones aureos, quos absorbuerant cum adornarent fugam. hic biniones intelligo, aureos maioris formæ, duplicisq̄ æstimationis, vt formas binarias in Alexandro dixit Lampridius. In lexico quoque S. Germani inuenio biniones explicari.

Megabyzus, Plinius emendatur. CAPVT XXXI.

15 MEGABYZOS sacerdotes Dianæ vocatos fuisse ex Hesychij lexico cognoscimus: sed & Appianus scribit lib. 5. bellorum ciuilium. Hæc explicationi erunt Plinio ita scribenti: Ephesi verò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchrum, Iterum pinxit & Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ, templum pompam. nec enim in Plinio, vt proprium nomen accipiendum videtur, sed vt appellatio omnium sacerdotum Dianæ communis. Nam & nomen proprium eis aliud erat. Plautus,

Nos apud Theotimum omne aurum deponimus,

Qui illic sacerdos est Diana Ephesiæ.

25 sed & mox in comico. Qui istic Theotimus, Megabyzi filius? verius & integrius puto quàm megabuli, vt alij corrigunt. Quis autem mihi vitio vertet, si suspiciones meas sequutus, quiddam in Plinio eodem in capite emendare coner? minimè profectò fraudi esse debet iuuandi studiū, quod amplexi obtrectatores contemnimus. scribit igitur, ubi fecit nobilem Paralum & Hermionidem, quam quidem naxicam vocant. legendum suspicor, nec iniuria, Hermionidem quam quidam naxiam vocant, vel naxicam. Paralus enim & Hermionis nomina nauium sunt non hominum. Ibidem lego, brontem, astrapen, ceraunon vocant, non ceraunobolon. Ante enim totidem nomina latina posuerat, quibus paria reddidit Græca: ea Latina sunt tonitrua, fulgetra, fulgura. emendandum quoque crediderim, Postea superavit Apelles 35 Couis: pro quo irrepsit, eousq̄: & paulò post, in pictura sic prouectus. Nihilominus etiam emendandum crediderim, sunt & pictura eius nobilissima, hoplites in certamine. pinxerat enim eos qui armati currebant, quod genus exercitationis in certaminibus Olympicis aliisque sacris edebatur.

Quam

Ælianus li. 11. var. Histor.

Quam autem Plinius Campaspen Alexandri pallacen appellat, Ælianus nominat Pancaftam. Plus otij qui habeat, plusq; curæ qui adhibeat, in illa numeratione picturarum multa, vt suspicor, mendosa reperiet: mihi illa attigisse saltuatim carptimq;e, plus satis est, in veterum præsertim exemplarium inopia, quibus destituta audacia nostra claudicat.

Ille, Zephyrus, tridens, ima stagna, ance malorum, exaudiunt vocati, permixtus Achivis, auersus sol Iunonia hospitia. CAPVT XXXII.

VIRGILII poësis omnibus est illa quidem ingenij doctrinæque luminibus & coloribus exornata, verum ea magis apparent in primo operis vestibulo, dum recentes & integri, ipsa nouitate, quæ blanda conciliatrix est, poëmatissuauitas nobis commendatur non præcepta ab aliorum librorum lectione & tanquã præflorata. In eo libro primo legendo oscitanter & segniter quidem, tamen quædam annotaui & huc adscripsi. Veteres suorum incommodorum causam diis attribuebant, quos sibi infestos, & suo aliquo merito & noxa læsos opinabantur. ex ea opinione dixit Maro,

— quo numine læso,

Quidue dolens regina deum?

Simile est illud Tibulli, Num feror incestus sedes adijisse deorum?

Papinius,

— quæ vestra sorores

Orgia Pieria, quas incestauimus aras?

Et mox,

Nunquid inaccesso posui vestigia luco?

Num vetito de fonte bibi?

Statim autem initio libri cum ait Maro, multum ille & terris, ille elegantissimè redundat, vt alio loco,

Saucius ille graui venantum vulnere pectus,

Tum demum mouet arma leo.

Iterum,

— ceu sirus ardor,

Ille sitim morbósque ferens mortalibus agris.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nympha,

Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.

Oratio hæc prorsus imitata est ex oratione Iunonis ad Somnum Iliad. 5. qui volet eam legat & mutuum agnoscat.

Vna Eurúsque Notúsque fremunt crebérque procellis Africus.

Africum hinc Maro dixit pro Zephyro: Zephyrum enim Homerus odyss. lib. 5. nominat: vt autem notat Strabo, apud Homerum Zephyrus Fauonius

nus non est, sed is quem dicit nunc Maro Africum. Sic & infra apud Maronem,

Eurum ad se Zephyrúmque vocat,

de Africo est accipiendum, aut, quod incredibile dictu est, ventum non antè appellatum nominat.

— ubi tot Simois correpta sub undis Scuta virum.

Locus sumptus est ex initio Iliados, ne paginam occupem Græcis interponendis.

— & imis Stagna refusa vadis,

valet in imis profundisque vndis refusam aquam, & agitatam: quasi in gurgitibus imis, deorumq; domicilijs aqua refusa sit & turbata, & ab imo mare rotum euersum. Dij enim Marini in imis pumicibus & speluncis antrisq;e maris habitare putabantur. Manilius lib. 5.

— ipsúmque sub vntis

Nerea, & aquoreas conantur visere Nymphas.

Non illi imperium pelagi sauíumque tridentem:

Sed mihi forte datum.

Recordor annotasse me tridentem Neptuni telum esse, quo non solum mare, verum etiam terram moueat. Itaque mari turbato, Aeolus tempestatis illius concitator videtur vsurpasse tridentem.

Hinc atque hinc vastæ rupes geminique minantur.

Descriptio portus ex Homero Odyssæ 13. sumpta, & ad verbum ferè traducta: quod autem grammatici dicunt Hispaniæ Carthaginis portum esse descriptum, fieri sanè potest vt hæc descriptio ad eum accommodata fortuna quadam & casu potius, quàm poëtae consilio aut voluntate conuenerit, cum poëta tamen ad Homeri exemplum properauerit. Nihilofecius & Homeri est,

Ductoresque ipsos primùm capita alta ferentes. vt &

Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet. &

O socij neque enim ignari sumus ante malorum.

Vbi illud, ante malorum, compendio orationis dictum interpretor, velut desiderato articulo aut subaudito: etsi articulorum supplementa Latinus fermo recusat. sed profectò dictum est, vt si Græcè diceres, ὅτι ἀμνημονες ἐσμὲν τῶν ποσὶ κινῶν. Id igitur valet, malorum quæ antè perpeffi sumus. simile est illud Ouidij,

Frigida cum siccis, sine pondere habentia pondus.

id est, βάρος ἔχοντα τοῖς ἀνευ βάρος.

— nec iam exaudire vocatos:

id est mortuos esse: ex antiquorum consuetudine sumptum arbitror, quos

quos desiderabant & amiserant, antequam discederent, sæpius vocare soliti erant.

Odyss. 9. Homerus, Οὐδ' ἄρα μοι παρτέρω νῆες κλον ἀμφιέλιονται, Πείντινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρεῖς ἔχουσι αὔουσι.

Aufonius in tumulis epig. 13. bo, Sed & vocare pro sepultura habebatur in mortuis. Aufonius de Deipho 5

Nec tumulum ipse habeo nisi quem mihi voce vocantis, Et pius Aeneas, & Maro composuit.

I. AEN.

Se quoque principibus permistum agnouit Achivis,

cum Maro de Aenea scribit, fortem & strenuum virum manuque promptum significat, qui ita acriter & audacter pugnaret, ut non aduersarijs tantum se obijceret, sed in eorum etiam ordinibus versaretur. Quod &

Homer. lib. 5. Homericum est. Nam de Diomede lib. 5. Iliad. scribitur, Iliad.

Τυδείδῳ δ' οὐκ ἐν γυνίσι πατέροισι μετέη,

I. AEN.

Non tam auersus equos, quod ait, in hanc dictum arbitror sententiam, non adeo obrusi & hebetes ignariq; & stupidi sumus. stupidiore enim sunt, 50 qui longius, ab aura solis & tepore incolunt, ut populi Septentrionales. At illud,

— Quo se Iunonia vertant Hospitia.

Ibid.

ex eo dictum est, quod Carthago Iunoni dicata esset, quæ & Iunonia quoque vocata est. 20

Mappa, sponsiones, Incitatus, tentores, conditores, alapa mimorum, fungi, spongia, popularia, equestris. CAPVT XXXIII.

25

Quintil. lib. 1. 65.

MAPPAM quoque usitatum circo nomen, Pæni sibi vendicant, scribit Quintil. lib. 1. Quod de mappa ea intelligo, qua prætor signum quadrigis mittebat, ut è carceribus exirent. Martialis,

Li. 12. epig. 29.

Cretatam prætor vellet cum mittere mappam.

& Septimius Florens, Cognosce dementiam de vanitate: misit dicunt & nunciant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatibus: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura. Missus autem quadrigarum sorte mittebantur, & prætor qui ludis præerat, ex vna educebat quadrigarum missus. Idem Septimius, Tardus est illi prætor, semper oculi in verna eius, cum sortibus volutantur. Sponsiones autem à spectatoribus fieri solebant, cum vnus agitatore illum victorem pignore deposito fore diceret, alius eius aduersarium contenderet. Idem Septimius, aspice populum ad spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, iam de sponsionibus concitarem. Martialis,

Sed

Sed cum sponsio fabulæque lassæ, De Scorpo fuerint & incitato.

Fuit autem Incitatus equus nobilissimus & velocissimus, circensibus curriculis & palmarum frequentia celebratissimus, Caligulæ vsque eo amatus, ut & ad cœnam vocaret, & ei hordeum aureum obijceret, & vinum aureis pateris propinaret, sanctæque adiuraret per salutem & fortunam suam, se eum consulem facturum. Erant & in circo tentores, qui vel equos vel repagula tenebant, antequam ad cursum emitterentur: hi, ut in antiquo lexico legi, à Græcis ἀφίται appellabantur. Erant & conditores, qui tanquam bene meriti, auctores & patroni factionis habebantur, ut coniectura est ex hac inscriptione. C. POMPEIO FVSCENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATÆ: quod quidem nos etiam aliter explicauimus. verus liber, quod & verius est, eos interpretatur ἀλέπιασίωνων. Sed quoniam de ludis agimus, paucula quedam etiam ex auctoribus hinc inde libemus. Popularia in theatro dicebantur loca populi vel plebis ad equestrium discrimen, id est quatuordecim ordinum. Septimius Florens, 15 vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimen popularium per procliuum. sic equestris equitum loca erant. Seneca, equestris omnium equitum Romanorum sunt. his etiam vocabulis vititur Tranquillus. erant in circo oua, delphines, & columnæ seicæ, messicæ, titulinæ. Proinde Iuuenalis 20 scripsit,

Consulit ante phalas Delphinorumque columnas.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini.

Te successurum credo ego panniculo:

scribit Martialis. Nam mimi in theatralibus spectaculis cum dabantur, 25 alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant: quod & Septimius Florens significat, cum scribit, Insuper contumelijs alaparum sic obijcit, quasi de præcepto domini ludat. In quo scriptore reperio fungum à similitudine, in auribus pugilum tuber prominens appellari ex ictibus cestuum. Eius verba subscribam, Tales enim cicatrices cestuum ad callos pugnorum & aurium fungos à deo cum suo plasmate accepit. Spongijs ad siccandum vuln- 30 erum sanguinem & reprimendum utebantur: cunq; sæpenumero vsueneret, ut retiarij, qui cum myrmillonibus depugnabant, vulnerarentur, & spongijs egerent, idcirco Septimius spongijs retiariorum dixit. neque enim satis aduersus parem suum muniti erant, cum toti in reti iaciendo 35 intenti essent. verba Tertulliani sunt, poterit de misericordia moueri defixus in morsus vsorum, & spongijs retiariorum. Rude gladiatores, & pileo donabantur, cum & libertate donabantur, & ferro dimicandi necessitate liberabantur, sed tantum batuere rudibus cogebantur. Septimius, & qui 40 insigniori homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pileum

T

confe-

seneca lib. 7. de benefic. c. 12. sueton. in Caligula c. 25. saty. 6.

lib. 5. epig. 62.

Tertull. de Spectaculis.

Tertull. de Spect.

conferat. Sed qui stultitiam in his rebus veterum nosse cupit, is Tertulliani librum de spectaculis legat, & bene de moribus nostris sperabit, cum videbit à tali dementia tanto nos interuallo hodie distare, mirabiturq; mundum propemodum, qui olim insaniebat, stoicum quendam sapientem factum esse.

Chalcidicum, nona, decima, parca, mora, lallus, lallare, maxima mamma, tata. CAPVT XXXIIII.

Festus lib. 3. Lib. 5. c. 1. Lio.

CHALCIDICVM scribit Festus genus ædificij esse ab vrbe Chalcide dictum: huius meminit Vitruuius libro 5. his verbis, *sin autem locus amplior in longitudine, chalcidica in extremis constituantur*: nec prætermisit Dio. *ἔπειτα ταῦτα διετέλεσε, τὸ τε Αθήναμον καὶ τὸ χάλκιδικὸν ὠνομασμένον, καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰάλιον τὸ ἔπι τῆ τῆ πατρὸς τιμῆ γενόμενον καθιέρωσεν.* Nec præterijt Cassiodorus in Consulium fastis. Videor etiam obseruasse Chalcidicum pro coenaculo poni. Quod enim Homerus scripsit,

Homerus.

Γρηὺς δ' εἰς ἑσπέρῳ ἀνεβήσεντο καὶ χάλκωσα,

Periocha 23. Odyss.

conuertit Aufonius,

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

cap. 19. li. 3.

Sed quoniam, vel erroneos vel emensores sumus, nullòq; loco sedem figimus, similesque profugis Scythis palamur, per alios auctores nostro more vagati aliquid prædæ abigemus & huc conferemus. Duæ Parcæ à Latinis, inquit Gellius, vna à partu noni mensis nona: altera, ab enixu decimi mensis decima dicebatur: accedebat tertia, quæ Parca dicebatur inquit, quasi parta mutato t in c. Septimius tamen Florens Partulam deam agnoscit, quæ puerperijs præerat, quæ quidem non alia est quàm illa siue Gellij siue Varronis Parca. sed testatò agendum est, & verba Tertulliani audienda, *Hæc æstimando etiam superstittio Romanam Deam finxit Alemonam alendi in utero fœtus, & nonam & decimam à sollicitioribus mensibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem*: nos officia diuina, angelos credimus, id est, nos credimus angelos Dei ministros esse. Ita enim officium, vt & in iure ciuili officium iudicis & officiales, accipitur.

Instit. lib. 4. tit. 17.

Est & Latinis mora vel mœra parca, vt apud Liuium Andromicum,

Quando aduenit dies quem profata mora est.

eclog. 4.

Nato puero tota, inquit idem Tertul. hebdomade proponebatur Iunoni mensa: ultima die fata scribenda aduocabantur: hinc nato Salonino scribit Maro ex illa consuetudine,

Talia secla suis dixerunt currite fufis,  
Concordes stabili fatorum numine Parca.

ibid.

Maro cum scribit, — cui non risere parentes,

Nec

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili,

ex antiquorum consuetudine sensit: cum Varro, vt Donatus refert, scripserit veteres olim solitos esse pueros initiare Eduliæ Poticæ & Cubæ, id est diuis edendi, potandi & cubandi: quod quidem fiebat cum à lacte & cunis transferant. ex his Varronis verbis Maronem Probus interpretabatur, vt nec deus, qui alimento præest, eum pasceret, cui parentes non adrisissent, nec dea cubili foueret. proinde qui nec cibo nec lecto dignus censeretur, vitalis minimè esset. Seruius tamen non ineleganter de Vulcano intelligit, quem nec epulis dignatus est Iupiter, nec connubio Minerua: Vulcano autem non adriserat mater Iuno nato, deformitatem eius auersata.

In phorm. Terentij act. 1. sc. 1.

eclog. 4.

Lib. 9. c. 3.

Epist. 17.

Saty. 3.

Lib. 1. epig. 68.

Nos tamen fortasse, vt spero commodius ex opinione Quintiliani locum hunc enucleamus. Lallus Deus fuisse videtur, qui præesset nanijs illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. nulla enim litera est quam facilius sonant pueri, quàm lambda: quinetiam eius frequentia somnum inducebant: Aufonius de filio Probino,

Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Inde lallare Persij natum crediderim,

— Et iratus mamma lallare recusas.

Mammam autem in Persio nutricem esse putem, vt & apud Martialem,

Mammæ atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum,

Dici & mammæ maxime mamma potest.

Maxima autem mamma dicitur, vt dicitur magnus focer, vxoris auus: maior focer, vxoris proauus, maximus focer, vxoris abauus. ergo maxima mamma est, vt ita dicam, abnutrix. de mamma sic scribit Ammonius, *ἡ δὲ γὰρ ἔστιν ἡ τῆ σαυδοῦ προφῶς, ταῦτα δ' ἐν τοῖς μύθοις καὶ μάμμαι καλεῖται.* Simile est illud in epigrammate Græco.

Βάπτει δὲ τὰς λευγὰς, καὶ λέγει πᾶσι τὰ τᾶ.

Syrma, Maro explicatur, dextra & sinistra in mundo, umbra sinistra, dextratio, alter orbis, reduuia, amplum sestertium. CAPVT XXXV.

QVÆDAM non ita trita nec peruulgata, vel verba, vel dicendi genera è Solino hinc inde sparsim excerpta memoriæ mandare decreui, vt bonæ iuuentutis laborem leuem, & eruditionem adiuuem. Vestitur, inquit, *Syrmate*: hinc syrma vestis est fluxa & proluxa humumque verrens, qualis erat tibicinum & fidicinum, vt apud Flaccum.

In arte poet.

— traxitque vagus per pulpita vestem.

eandem & Orpheo tribuit Maro,

T 2

Nec

6. ARN.



Eleg. 4. lib. 3.

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos.

eam etiam vestem Tibullus significasse videtur cum cecinit,

Ima videbatur talis illudere palla.

Idem Solinus vocat dextra in mundo septentrionalia, læua meridionalia,

Solinus c. 56. cum de Taprobanae incolis, Solem, inquit, Orientem dextra habent, occiden-

Lucanus. li. 3. rem sinistra. Et Lucanus,

Vmbra mirati nemorum non ire sinistras,

Solinus c. 36. id est non ire versus meridiem. Solinus, umbrae qua nobis dextrae sunt, illis

Linus lib. 1. sinistra. At apud Liuium lib. 1. ab vrbe condita, augur dextras ad Meridiem

ab vrbe cond. partes, læuas ad Septentrionem dicit. Aristoteli dextra sunt exortiuua, læua

occidua. Plinio contra læua exortiuua, dextra occidua, antica ad meridiem,

postica ad septentrionem. sic enim scribit,

Aristot. lib. 2. Omnium autem errantium syderum meatum interque ea solis & Lunae contra-

de celo c. 2. rium mundo agere cursum, id est laeuum, illo semper in dextram precipiti. Iterum,

Plinius cap. 8. laeuua prospera existimatur, quoniam laeuua parte mundi exortus est. Varroni quo-

lib. 2. que sinistra ab oriente sunt in templis effandis, dextra ab occasu, antica ad

Plinius c. 54. meridiem, postica ad Septentrionem. Terrae duo sunt hemisphaeria siue

lib. 1. latera: vnum incolimus, nosterque orbis dicitur. alterum, inquit Mela, an-

Varro, lib. 6. tichthones, qui sunt in orbe altero. Itaque aliquando orbis alter putata

de ling. Tati. Mela lib. 1. Taprobana est: sed postea compertum insulam esse, non continentem.

cap. 56. Solinus, diu, inquit, orbem alterum putarunt, & quidem eum quem habitare

cap. 47. antichthones crederentur. Cum autem ait à Ratumenae quadrigis Tarpeium

Iouem terna dextratione lustratum fuisse, dextrationem pro cursu & gyro

equorum in dextram intelligit, quod in gratulatione & lætitia fiebat, vt in

lib. 6. The- luctu cursus in læuam agebatur, vt Papinus lib. 6. scribit,

baid. — hic luctus abolere, nouique

Funeris auspiciu vates, quanquam omnia sentit

Vera, iubet dextro gyro.

antè enim dixerat, — lustrantque ex more sinistro Orbe rogam.

Solinus c. 35. Reduuias pro reliquijs vsurpat. ea, inquit, dum reduuias escarum affectat: sic

Solin c. 15. & tegumenta reliquiaeque concharum vocauit, Reduuiæ, inquiens, con-

chylorum, & alia multa qua affatim mari incito expuuntur. de reduuijs autem

cap. 8. lib. 17. antè nescio quid diximus, quas ratio reluias dici postulat, vsus etiam re-

duuias. Amplum sestertiū, pro magna nummorū summa posuit, haud vul-

gari celebriq; dicendi formula, credo vel quia sestertium neutrius generis

nummus est omniū apud Romanos maximus, vel potius quod summas ad

sestertiorū rationem reuocare solebant: vnde & centum millia sestertiū &

decies sestertiū, dicebāt: vt proinde amplum sestertiū, pro immensa sum-

Solinus c. 30. ma, à posteriore hac causa manasse suspitio sit. Solinus, deniq; basilisci reli-

quias

quias amplo sestertio Pergameni compararunt. hæc nos hinc inde è Solino li-  
bauimus, floriferis vt apes è saltibus.



ADRIANI TVRNEBI AD-

VERSARIORVM LIBER

DECIMVS NONVS.

Igneprobari, vtentior, obsus, & quaedam apud Ciceronem  
emendata. CAPVT I.



VRVM igne optimè probari ecquis est omnium qui  
ignoret? ita enim maximè probum improbumque ex-  
plorari in ore est omni populo. Nec coticulæ tanta in  
hac re fides est, quanta ignis: etsi eius ope tradunt scru-  
pulari differentia & discrimine aurum omnis generis  
spectari. Hinc illa præclara & elegans Ciceronis ma-

nauit elocutio lib. 2. Officiorum, quod in quo viro perspectum sit, hunc igni  
spectatum arbitrentur. quam tamen vt monet adulterarunt, quod vt suspi-  
cor concinnitatem translationis non perciperent, & dignum spectatu  
scripserunt, vt ne quid aliud dicam, certè sensu improbando, neque vlla  
ex parte cum eo quem antea, vt surreptitium ablegarant & amandarant,  
& nunc assertum & reuocatum in possessionem mittimus, conferendo.

Sed nos hîc assertores quispiam putabit, qui satis præstare non possimus?  
Ego verò eam assertionem non hominum, sed librorum esse affirmo anti-  
qua virtute & fide: quod qui non credit, me nimis ingeniosum putat, qui  
sine auxilio id excogitare potuerim. Et quando de auro agitur, in prisco  
dictionario reperi obsus τὸ δοκιμαζόν τὸν χρυσὸν ὅταν ἀδραπέθεται, vt videatur  
nomen esse deprauatum è Græco βάσανος. In eodem lib. auratores sunt  
χρυσῶται: auri leguli χρυσὸκλήται, auraria & aurifodina χρυσορυχέων. Ego

quoque illud eiusdem libri illis antiquis codicibus prædibus & præ-  
dijs ad cauendum iuuentuti obligatis sic lego, sed fac inuare, vtentior sanè  
sit. Hodie per exemplaria profeminatum est potentior: credo homini-  
bus semidoctis, quo enim alio nomine eos appellem? illud vtentior pa-  
rum placuisse, quo tamen cur sint offensi, certè non video. Illud constat  
potius hîc Ciceronem de vsu diuitiarum, quàm de potentia verba facere

T 3 debuis-

lib. i. Offic.

ibid.

debuiffe. addam & ex eodem libro huc tanquam ea quæ tabulis pictores parerga adpingunt: Nec, inquit Cicero, illi multa sæcula expectanda fuerunt. Scribo, nã illi. sequitur enim mox, modò enim hoc malum in hanc Rempub. inuasit. quod liquidò ostendit multa ei sæcula fuisse expectanda. *Habitant*, inquit, *gratis in alieno*: ego, id quæ librorum antiquorum fiducia & sensus, *habitent* lego, vt sit sensus figuratus, habitarene debent gratis in ædibus alienis? *At vero*, inquit, *hic nunc victor, tum quidem victus*. hodie noster victor editiones expriment: particula tamen, *tum* nostræ emendationi suffragatur, editioni refragatur: accedit incorruptæ & sanctæ antiquitatis non dubia fides, qua fretus hanc cunctanter & indubitanter damnabo publicatorum librorum consensionem & conspirationem in veritatem coniuratam.

*Tutela nauigij, pontica pinus, Cyclades, Ægeon, puppi coronas imponere.* CAPVT II.

15

Quintil. lib. 8.

od. 14. lib. 1.

ibid.

IN illa Horatij allegorica naui, quæ auctore Fabio Rempub. significat bellis Philippensibus naufragam, aliud ciuile tentantem periculorum mare. Nam de bruto reparante bellum ciuile post Cassij mortem qui intelligunt, imperitè faciunt. quo enim pacto vnus noctis interuentu belli reparatio intelligi potest? nam postridie Brutus necem sibi consciiuit: sed tamen in illa naui, vt dicere institueram, quædam obseruanda sunt, vt illud,

*Non dij quos iterum pressa voces malo.*

Nam qui sunt illi dij, quos ei dicit deesse? ego existimo ex consuetudine veterum id scriptum esse, qui puppi sacrarium quoddam habebant veluti lararium: Persius,

*— iacet ipse in littore, & vna Ingentes de puppe dij.*

saty. 6.

Hesychius.

Cap. 28.

Lib. 1. Argonaut.

Hesychius, *πύργου θεοί ποίντες, δὲ ἱεῖσι καὶ τῶν ἀρύμνας τῶν νεῶν*. Hæc tutela nauis, erat & insigne. D. Lucas in actis, *ἀνὴρ θημεν ἐν πλοίῳ ὡδραχειμακόπῃ ἐν τῇ νήσῳ Ἀλεξάνδρινῳ ὡδρασίμῳ διοσκύροισ*. Valerius Flaccus,

*Visa coronata fulgens tutela carina.*

Hic quoque, vt sæpe antè feci, & posthac faciam, appellabo vetus lexicon, in quo scribitur, *tutela, ὡδρασίμων πλοίων*. Maro lib. 10,

*— & aurato fulhebat Apollonie puppis.*

Virgil lib. 10.

AEn.

Valerius Flaccus lib. 8.

De tutela illud Valerij lib. 8. accipio,

*Hæserat aurata genibus Medea Minernæ.*

Ea etiam causa est, cur puppi coronas imponebant, quòd ibi sacrarium nauigij erat. Maro,

Puppi-

*Puppibus & lati nauæ imposuere coronas.*

Nihilo fecius & illud explicationis videtur indigere.

*Quanus pontica pinus,*

*Silua filia nobilis*

Od. 24. lib. 1.

*Iactes & genus & nomen inutile.*

Sed ita habendum, fuisse in Ponto optimam materiam naualem vel Cautullo teste, *Vbi iste post fasellus, antea fuit Comata silua: nam Cytorio in iugo, Loquente sæpe sibilum edidit coma*. Sequitur non longo interuallo, *interfusa nitentes Vites aquora Cycladas*: id esse arbitror, vide ne loca naufragijs infesta tentes, vbi freto concitato feruet mare, & nauigia subuertit, aut vadis illidit & breuibus. Tale mare est Ægeum auctore Dionysio, qui de eo scribit, *ἔργον περὶ κείνῳ εἰ ἀλίγμια κύματ' ὀρέλλει*: sed vel maximè quæ Cyclades sunt: Maro lib. 3.

Epig. 4.

od. 24. lib. 1.

Dionysius de situ orb.

3. a. 2. 20.

*— sparsasque per aquor*

*Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.*

15

Et lib. 4. Epigrammaton,

*Πᾶσα θάλασσα, θάλασσα. τί κυκλάδας, ἢ γενὸν Ἑλλῆς*

*Κύμα. καὶ ὄζειας, ἢ λέα μεμφομέτα.*

Ægeon est Hefychio pelagus circa Cycladas. inquit enim, *αἰγάων ἑστὶ πελάγος*. Hefychius, *ἡ θάλασσα ἐν ἀπὸ τῶν κυκλάδων πέλαγος*. Papinius lib. 5. Thebaidos.

*Dijs pelagi ventisque & Cycladas Ægeoni*

*Amplexo.*

Atque vt hoc quoque addam, quòd Ægeon deus sit marinus, vt Hefychius scripsit, qui etiam addit sic appellari Briareum & Neptunum. ex eo intelligimus eur Ouidius lib. 2. Metamorphoseos Ægeonem in dijs marinis ponat. sic enim scribit,

*— balenarúmque prementem*

*Ægeona suis immania membra lacertis.*

Est & Ægeon ægeum mare. Valerius,

*— & quanto fremitu se sustulit agon?*

30

Iterum,

*— nec tantas quanus Tyrrhenus & agon*

*Voluat aquas.*

Papinius,

*Pieria innumeris, quas spumifer assilit Ægon.*

Illud autem, *Nuper sollicitum quæ mihi tædium, Nunc desiderium curaque non leuis*, non crediderim accipiendum de tempore ipsius sub Bruto militia: sed in hanc potius sententiam, me nuper istius Reip. status tædebat & pigebat, & iniquo animo victores istos ferebam: nunc tamen, postquam periculum iteratur atque renouatur, quod erat antè mihi tædio, nunc incipit esse desiderio: vt magnopere metuam, ne status Reip. mutetur factio

od. 14. lib. 1.

T 4

nau-

Lib. 8. c. 6.

naufragio. Sic ista mihi videntur congruenter Fabij sententiæ explicari posse, quam equidem cur veriozem putem, quàm eam quam de Bruto alij comminiscuntur, afferre si vacaret possum: sed nos properamus, nec disputationes longas oratione explicamus.

Nereus vaticinatur apud Horatium, carmina diuidere, Mars Siluanus, coronati carmina scribebant, vincibilis clangor, vitrea Circe. CAPVT III.

Od. 15. lib. 1.

QVAESITVM esse memini à duobus eruditis viris, quid esset causæ cur Horatius fata vaticinantē induxerit Paridi Helenam nauibus in Asiam asportanti Nereum potius, quàm alium aliquem deum: atque vni ea causa videbatur esse, quòd cum dij futura sciant, probabilius fuit ea à deo marino cani, quàm alio: alter hic addendum putabat, cum diuinitus sciant vt dij omnes alij sic marini, tamen inter eius elementi deos veri cognitionem potissimum tribui Nereo, vel Hesiodo teste, qui in Theogonia scribit,

Νηρέα τ' ἀφειδῆα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος.

Hesiod. in Theogon.

Quam etiam in sententiam propensior sum, atque eam veriozem arbitror. Inquit idem Horatius,

Od. 15. lib. 1.

Imbelli cithara carmina diuides:

In quo quæritur quid sit diuidere carmina cithara. Id verò esse videtur carmina per citharæ neruos partiri, quod citharæ faciunt cum modulantur. nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic & illi chordæ aliquid impertiunt, sic enim per citharam carmina diuiduntur: vel potius cithara carmina canuntur, audientibusque diuiduntur. simile est quodammodo illud eiusdem,

Od. 36. lib. 1.

Nulli plura tamen diuidit oscula:

Od. 17. lib. 1.

quod est impertit, tribuit. Quod autè ait in carmine ab hinc tertio, Faunum amœnum mutare Lycæo Lucretilem, per Faunum intelligit Pana, qui in Arcadia colebatur, vt Faunus in Latio. Credebatur autem Faunus, vt & Pan fistula delectari, & ea plerumque canere, cuiusque modos audiri fides erat, quod & hîc Horatius significat cum scribit,

Ibid.

Vtcunque dulci Tyndari fistula, Valles & Vstica cubantis Lenia personuere saxa.

Hoc enim de Fauni non de pastorum fistula auguror intelligendum esse, vt antè explicauî: delectari autem eum fistula antiquitatem credidisse sic ex Prudentio intelligimus,

Hymn. 10. Παι τεράτων

Faunos, Priapos, fistularum præfides.

Dij

Dij eiusdem generis erant Siluani, quibus, vt & quibusdam aliis diis, nomen Martis tribuebatur, M. Cato. Marti Siluano in silua interdius. & vt opinor auis picus Martius ideo dicebatur, quòd ex Pico, vt in fabulis est, Martis Siluani filio, in auem esset mutatus. Siluanus à græcis exponitur, πᾶς ὑλαῖος θεός, sed & πᾶς σιλῆνός. quod autem quærent, cur vitrea Circe ab Horatio dicatur id verò sine controuersia est. sic enim appellatur vt maritima dea, aut maris accola. Is enim marinis diis color, vt & cæruleus & glaucus, tribuitur. Maro de Nereidibus,

— milesia velleræ Nymphæ Carpebant byali saturo fucata colore. Iterum, — vitreisque sedilibus omnes Obstupescere.

Nos hîc iterum de explanatione versus huius Horatiani, Vndique decerptam fronti præponere oliuam, differemus, vt is locus nihil caliginis hil nebulæ habeat, si modo id consequi poterimus. Existimo veteres cum versus scribebant, solitos esse se corona redimire. Nam vt vates & sacerdotes coronati infulatque erant, vt apud Maronem,

Quin & Marrubia venit de gente sacerdos, Fronde super galeam, & felici comptus oliua.

Et apud Papinium, Huc gemini vates sanctam canentis oliuæ Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis.

Ita poëtæ versus condituri, velut auspicatò se fronde coronabant, deos sibi conciliantes hac tanquam religione. Qui igitur de Athenis & Minerva canere parabat, oliua caput suum comebat & ornabat. his etiam illud Horatianum illustratur,

Fronde comas vincti cœnant & carmina dictant.

Et Valerianum, Phœbe faue, si cumeæ mihi conscia vatis Stat casta cortina domo, si laurea digna Fronte viret.

Clarissimus v. Herricus Memmius grauissimos & politissimos poëtæ cuiusdam veteris mihi donauit versus, quos multis locis corruptos felicissimè emendauit. Ille poëta res in Hispania gerens ab amico rogatus, vt carmina scriberet de sideribus, & astrologia, hoc ita circumloquitur, indicis vt Phœbi frondea meos succingant crines, & ederae meas comas inumbrent. sed torum carmen subijcere propter elegantiam pondusque verborum & ornamenta placet. Petrus Daniel egregius iuuenis carmen hoc audet Varroni Aracino tribuere.

TV

TV forte in luco lentus vaga carmina gignis,  
 Argutosque inter latices & musica labra  
 Pierio liquidam perfundis nectare mentem:  
 At nos congeries obnubit turbida rerum,  
 Ferratæque premunt milleno milite cura,  
 Legicrepi tundunt, latrant fora, classica turbant:  
 Et trans oceanum ferimur porrò usque, niuosus  
 Cùm teneat Vasco, nec parcat Cantaber horrens.  
 En quibus indicas ut crinem frondea Phœbi  
 Succingant, ederaue comas augustius umbrent.  
 En quos flammantem iubeas volitare per æthram.  
 Quin mage pernices aquilas vis pigra elephantum  
 Pracurreret, volucrumque pigens testudo Moloſsum:  
 Quàm nos rorifluam sectemur carmine lunam:  
 Sed tamen incuruus per pondera terrea nitens,  
 Dicam quur fesso luescat circulus orbe,  
 Purpureumque iubar niuei cur tabeat oris.  
 Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris  
 Infernas ululans mulier prædita sub umbras  
 Detrahit altiuago è speculo, nec carmine victa,  
 Vel rore stygias\*  
 Vincibilemque petit clangorem. quippe per æthram  
 Qua citimus limes dispescit turbida puris  
 Inuiolata meat: sed vasto corpore tellus,  
 Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris  
 Detinet umbriferis metis, tum sydere casto  
 Palleſcit teres umbra rota dum tranſeat axem  
 Aggeri velox tumuli, speculoque roſanti  
 Fraternal reparat per calum libera flammæ.  
 Sed quia mira putas, cur cùm vis maxima ſolis,  
 Bis nouies maior clueat quàm terreus orbis,  
 Non circumcingat terreſtres lumine metas:  
 Sume ratum rationis opus. namque aspice Phœbum,  
 Quàm ſublimis eat conuexa per aurea mundi,  
 Quànque humilem terram conluſtret curribus altis:  
 Hic ingens ut cunque libet vel deſuper ignes  
 Sparſerit, obliquo vel cùm radiauerit axe,  
 In terram radij franguntur, cætera ſolis  
 Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,

Nil

Nil obſtante globo tendunt per inania vaſta,  
 Donec pyramidis peragat victa umbra cacumen  
 Per quam cùm Phœbe gelidos agit vda iugales,  
 Inſima vicinis nonnunquam decolor umbris  
 5 Fratre caret, vacuòque exanguis deficit ore.  
 Cur autem ſola ſpohietur lumine luna  
 Nil vero mirum eſt. quippe illam lucis egentem  
 Lux aliena fouet, quam cùm pars proxima metæ  
 Inuidet, expectat radios malè cæcula fratris.  
 10 At chorus aſtrorum reliquus non tangitur umbris:  
 Et proprium cunctis iubar eſt, nec ſole ruſcunt:  
 Sed ſudum.\*  
 Porro ultra ſolem rapitur cum uertice cæli.  
 Iam cur ſemenſtri non ſemper palleat orbe,  
 15 Inflexi præſtant obliquo tramite curſus.  
 Namque vagans errore rato cùm deuia tortos  
 Colligit anfractus, metam ſol eminus exit,  
 Intorquetque peplum noctis radiatque ſororem.  
 Hæc eadem ratio eſt, ſubitis cur frangitur umbris  
 20 Auguſti ſolis rutilum iubar, indiga lucis  
 Quando inter terram & ſolem rota corporis alma,  
 Luna meat fratrem reſtis obiectibus arcens.

His autem in verſibus attendendum eleganter lunam dici rorifluam, Plutarch. li. 7. sympos. et in causis phyſic.  
 quod noctu cadat ros, quo tempore luna regnat. Sed & Alcman, ut à Macrob. li. 7. Saturn. c. 15.  
 25 Plutarcho & Macrobio ſcriptum eſt, rorem filium lunæ, & aëris dixit, Plutarch. li. 7. Sympos. et in causis phyſic.  
διὸς θυγάτηρ μέγα τρέφει καὶ σελάναι. Speculum autem lunæ dicitur, quod lunam Saturn. c. 15.  
 ſpeculum quoddam ſolis crediderint, & vultum qui in ea liuet & nigricat,  
 imaginem quidam magni maris cenſuerint. Plutarchus, λέγει γὰρ ἀνὴρ εἰκό- Lib. de vultu qui cernitur in orbe Lunæ.  
νας ἐσοπλισσῆς εἶναι, καὶ εἰδωλα τῆς μεγάλης θαλάσσης ἐμφανόμενα τὸ καλόμενον πρὸς ὁ-  
 30 πον. Iterum. ἢ τε πανσέληνος αὐτῆ πάντων ἐσόπρων ὀμαλότητι, καὶ σιλνότητι καλίστην ὄβρι, καὶ καθαρώτατον. At verò vincibilis clangor ululatus eſt & ſtrepitus rumul-  
 tuſque hominum laboranti lunæ aduerſus veneficia opitulantium, ſuſur-  
 roſque magicos ſuperantium. Iacula porrò radiantia dicuntur radij ſolis,  
 ut à Lucretio, lucida tela diei: peplum noctis, umbra terræ. Lib. 2. c. 6.

35 Mensa tripes, concha ſalis, incruſtare vaſ ſincerum, Horatius  
 emendatus. CAPVT IIII.

APVD Flaccum nequiſſimus ille Tigellius, in viuendi ratione diſſi- ſatira 3. lib. 1.  
 milior



milior & inæqualior, quàm æstas hyemi comparata, modò reges atque terrarchas loquitur, modò subitò mutata voluntate, quasi frugi, ait, *modò sit mihi mensa tripes & concha salis puri*: vbi mensam tripedem interpretor mutilam & claudam vno pede, vt plerumque pauperiorum supellectili

Lib. 1. 2. epig. accidit. sic apud Martialem scribitur, *ibat tripes grabatus*, id est vno pede 32.

Horat. lib. 1.

Saty. 3.

Plin. lib. 3. c. 7.

claudus. nihil, inquit Hermogenes, moror istorum lautitias, vel tripedem boni consuluerim mensam: nec moueor epulis exquisitis & opiparis, mihi pro obsonio fuerit vel solus sal & merus, quem lingam. Id enim puto esse quod dicit, *concha salis puri*, præsertim cum quibusdam obsonij loco esse Plinius scribat. Sensum autè interpunctio improba in ea ecloga cor-

rupit. sic enim puto distinguendum esse,

*Iracundior est paulò, minus aptus, acutis*

Saty. 3.

*Naribus horum hominum videri possit.*

Nam hominem iracundum esse ait, & non aptum nec appositum nec accommodatum ad hominum aliorum mores. Ac ne me in alieno ostentem, militemque gloriosum imiter, sic distinguunt chirographi libri & interpretes antiqui. Ibidem ait, si quis nobiscum probus viuat, à nobis per contumeliã iniquam appellari demissum: si quis tradior, vocari pinguem, quod est nullius ingenij. Legendum itaque est,

*Tardo cognomen pinguis damus.*

Ibid.

*Sincerum, inquit, cupimus vas incrustare,*

id est malo quodam inficere succo: quod dictum est in uersis verbis accipiendum. incrustare autem est tanquam crusta quadam tectorij obducere. Varro de glirario, *Tota leui lapide aut tectorio intrinsecus incrustatur*. Calices

etiam succis quibusdam lentis & crassis medicatisq; saporibus incrustantur. Scribonius Largus, *calices quoque eis incrustentur additis quinque vel sex*

Scribonius 2.

135.

*salis vel farris granis*. Hic autem incrustationem de succo vitiosi saporis, & liquorem inficiente in vas missum interpretandam censeo cum omnibus enarratoribus: vt & apud Lucillum,

*— nam vel regionibus illis*

*Incrustatus calix ruta caulique bibetur.*

*Quædam in tertia Tusculana emendata, scindere comam, Medeai miseria.*

CAPVT V.

Qui arroganter de se prædicant, cum locum aliquem emendant, videri persimiles volunt Herculi domitori monstrorum orbisque pacatori: recordantur & pabulorum regis Augiæ. nos monstra domare non possumus, leues erratiunculas interdum deprehendimus, cum velut in oculos incur-

incurrunt: vt, tertia Tusc. malè edi putamus, *quanquam planè disputationis sunt delectationis*: & plenæ disputationes à Cicerone scriptum existimamus. Hanc emendatiunculam non vendito, quæ attendentem nullo modo fallere aut latere potuit: sed nec hanc corruptelam eiusdem paginae vllius ingenij esse puto corrigere ad integritatem, aut eorum quæ dixi, si

5

*quid extitit, & si singularum rerum sunt propriæ disputationes*. Lego enim, *si quid extitit, etiam singularum rerum sunt propria consolationes*. Hanc scripturam flagitat sententia, quæ omnia expugnare debet officientia scriptoris voluntati. Sunt & quædam gustus antiqui & saporis obseruanda, vt in illo

10

*Scindens dolore identidem intonsam comam.*

Ibid.

Hic enim scindere, laniare est & vellere: vt apud Terentiũ in Eunuchò, *Tum ipsam capillo conscidit*. ita autem scindere accipi hinc apparet, quod

15

Bionis facetum dictum Agamemnonem irridentis statim proferens ita dicit, *in quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu sibi capillum euellere, quasi caluitio mæror leuaretur*. Atque, vt interea hoc moneam,

puto hic distractas esse particulas, quæ coniungendæ sint in ordinanda syntaxi. Nam perinde quasi dicendum arbitror.

Ibid.

*Calo, autem, atque terræ Medeai miseria,*

20

In Ennij versu è Medea, legendum esse digitis & aure admonemur. fraudantur enim iusto syllabarum numero, nisi archaismus ille eum expleat.

25

Iam verò assentior Victorio legendum hydraulii. Nam sat scio, Græcè *αυλαῖν*

25

non dixisse in oratione Latina, cum ei Romana vox non deesset tibia: & acrior est tibiæ sonus, quàm vt mærore afflictum & ægritudine

30

oppressum delectare aut mulcere possit. Hydraulæ autem sonus suauissimus est & dulcissimus: quanquam *αυλαῖν* legenti idem sensus existet, cum in hydraulia multæ tibiæ & fistulæ sint. Cæterum cum ait, *sed & iam decantauerant*,

30

opinor dicit, iam non decantabant, sed decantare desierant. Corruptit & pulcherrimum sensum vnus literæ inopia non longè inde,

35

*Atqui tolerabilius feret incommodum. si aut qui legas, nihil ad sensum desiderabis: vt nunc quidem se verba habent, frigent: &, quando ita hodie moribus receptum est, vt non tam hominibus quàm scripturis fides habeatur,*

35

ita scriptum proferre possum in antiquo libro: in quo etiam reperi, quod nec contemnendum duxi, *quia recentia sunt maiora videntur, non quia*

35

*repentina*. Vox enim *maiora*, etsi arcessi potest è superiori, tamen mihi videtur planiorem explicare sententiam, nec elegantia detrahente: de regina autem Priami cantatur in versu ex Andromacha, *septum alti sono cardine templum*: vbi templum domicilium est, nam ne hoc quidem, quod ne-

35

bula leuius, indignum ista charta iudicauit.

V

Quæ-

*Quaedam in Petronio emendata, satyrion bibere, vitrea fracta,  
promittere, vesticontubernium, ad interdictum  
venire. CAPVT VI.*

ANTIQVI videntur operibus, præsertim dulcarijs, & placentis interdum palati gratia sesamum aspersisse. Homerus hoc confirmabit, qui in Batrachomyomachia scribit,

*Ου δὲ πλακῆς ταύπε πλοσ' ἔχον πολλὰ σισυμίδα.*

Homer. Batrachom.

Et Petronius Arbitrator, *omnia dicta factaque quasi papauere & sesamo sparsa.* In eo autem scriptore, qui venustatem orationis suæ inquinavit spurcissimis amoribus, legendum arbitror, *ad hoc genus exercitationis accessisse* video. huic fauet emendationi liber Memmij viri & clarissimi & eruditissimi, in quo scribitur, *accessisse & ideo.* mox summam vsurpat pro perfectione & consummatione & absolute. *Quis, inquit, postea ad summam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit?* Quod nouitate quidem blanda conciliatrice placet intelligenti, non attendenti, surdum & inane vocabulum est. Quod autem in eo scribitur, *Sed ne me putes improbasse studium Lucilianæ humilitatis, quod sentio & ipse carmine effingam:*

*Amat seueræ si quis artis effectus.*

Aut vt in alijs editur, *Lucianæ improbitatis:* ego litura dignum arbitror, legendumque Lucilianæ humilitatis. Nam Lucilius in satyris interdum se ad humilitatem iamborum demittebat, hodieque in grammaticis quidam eius iambici reperiuntur. & *morem frugalitatis lege pellat exacta,* non more, nec pelleat, mensura versus postulat, nec improbat sententia. mox, *ne potentium capret, lego. nec perditis addictus,* Memmij liber sine dubitatione eleganter & integrè scribit. *iam histrionis addictus,* lego magna fiducia, cum in Memmiano repererim, *histriones.* Addictus autem non participatio, sed vocabulum erit. Eleganter autem scribit de anicula, *diuinam ego putabam,* non vt editum est, *ducturam.* dicit enim se existimasse eam scire diuinitus. Memmianus hic quoque liber, cuius testationem sæpe hoc capite protulimus, testimonio suo nos adiuuat. Bibisse satyrion, pro ad libidinem esse incitatum & inflammatum dicit è vj illius herbæ: *adeo, inquit, ubique omnes mihi videbantur satyrion bibisse.* Vitrea fracta pro nugis & rebus nihili friuolisque, perquam scitè dixit, *an videlicet, inquit, audirem sententias, id est vitrea fracta?* Martialis, *— sulphurata fractis permutat vitreis.*

Lib. I. Epig. 89.

Qui professores sunt artium, promittere dicuntur. Petronius, *& ego, ne quæstibus tuis obstem, aliquid aliud promittam:* id est aliquam aliam artem pollicebor. vesticontubernium dicit verbo iuncto, de ijs qui sub eadem veste cubant. *Quid, inquit, vesticontubernium facis?* venire ad interdictum, pro venire in ius ad prætorem bene Latinè etiam dixit. *Vt, inquit, si nol-*

*si nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.* Hæc tanquam scitamenta, quæ palatum lectoris iuuarent, è scriptore contaminatissimi sensus, inter legendum colligebamus.

5 *Lupinus, in controuersiam esse, nocturni, seræ antiquorum, glacie gallica frigidius, myrteus, cænatoria, gustatio, deliacus. CAPVT VII.*

LUPINOS antè ex Horatio Plautoque docuimus veros assimulare nummos, id & apud Petronium etiam obseruasse videmur, apud quem ita scribitur, *sed præter unum despondendum sicel lupinosque, quibus destinaueramus mercari, nil ad manum erat:* sed tamen non minus falsa est ista scriptura, quam lupinaria moneta: ac si coniecturæ conceditur venia, legendum crediderim, *unum dupondium scilicet.* In controuersiam esse idem pereleganter Ciceronis modo, pro controuersum esse & litigiosum dixit: *neque enim, inquit, res quæ viderentur in controuersiam esse, sed longè aliud queri.* Nocturnus idem pro furibus dixit, quod & noctu grassantur fures & atrociores fures nocturni habentur: id de aduocatis dicit, qui vestes auertere conabantur. *aduocati tamen, inquit, iam penè nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant vt apud se utraque deponerentur.* Hoc autem eo est lepidius & vrbanius, quod iam aduersperauerat, vt ambiguitatis sensus duplici gratia augetur, & aduocatorum nocturnorum & nocturnorum furum. Sic videntur antiquorum seræ fores occlusisse, vt exemptiles essent & quoties fores referarentur, seræ remouerentur, liberarenturque: è cathena pendentes, cum non ita, vt nunc, impagibus hostiorum vncis adfixæ ferreis haberent. Petronius Arbitrator, *dum loquimur, seræ iam sua sponte delapsa cecidit.* Ouid. *Excute poste seram.* hoc eò admonendum duxi, ne iuuenes, cum legerent, mirarentur & obstupescerent attoniti, cum ad veteris, non ad huius temporis consuetudinem & memoriam ista reuocanda sint.

*Nam sanè & sapiens contemptus iurgia flectit,*

30 bonam non interpretatur sententiam, credo ob scripturæ vitium. Quod si cum tempus, scribatur, nemo vt opinor, de sensu meritò queretur. extat & apud eum prouerbum non prætereundum, *Frigidior gallica hyeme.* Gallia enim, quæ ad Septentriones tota penè vergit, horridiorem & sæuiorem experitur hyemem. *Ego autè, inquit, frigidior hyeme gallica factus, nullum potui verbum emitte.* Myrtea gausapina dicitur à Petronio de colore fructus myrteci maturi. Myrteus etiam color in equis à Palladio numeratur: verba Petronij sunt: *Vltimo cynædus superuenit, myrtea subornatus gausapina.* Isidorus explicat colorè pressum in purpura. Balenatam vocat virginam quæ, vt opinor, è cartilagine balenæ fit, qualia videmus calatorum ec-

Ouid. I. Am. eleg. 6.

Palladius lib. 4. c. 13.

Isidorus li. 12. cap. 1.

V. clesia

clisæ cōmentacula, vt veteres appellabant. verba Petronij subscribam, *Donec Quartilla balenatam tenens virgam, altēque succincta iussit infelicibus dari missionem.* Cœnatoria eidem vestes sunt, quibus in cœna antiqui utebantur, vt & apud Martialem,

Martial. li. 10.  
Epigr. 87.

Cœnatoria mittit aduocato.

Cœnatoria, inquit Petronius, *repetimus, & in proximam sellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.* Gustatio est ei prima pars cœnæ, gustus alijs. *Iussi ergo, inquit, discubimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundabamur.* Inquit idem, *molles veteres deliaci manu recisi.* Deliaci fuere mercatores, qui Delum frequentabant, vbi nobilissimus erat mercatus: sic Cicero pro Cornelio scripsit, *neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum & L. Mummius, qui rebus his urbem Italiamque omnem referferunt, ab aliquo video perfacile Deliaci aut Syro potuisse superari.* Fortasse igitur ex ijs molles multi fuerunt: sed verius sit illic etiam venditos fuisse eunuchos & molles. Deliacorum etiam gallinariorum Columella meminit, & Cicero in Lucullo, *Ant tibi querendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti deliacum illum, qui oua cognosceret.* Sic mihi Petronium legenti in mentem venit illudere huic paginæ.

Cicero in oratore ad Brutum.

cap. 2. lib. 8.

Cicero in Lucullo.

Andabata.

CAPVT VIII.

20

CICERONIS locus est in epistola ad Trebatium, qui vnus literæ abundantia obscuritatē habere videtur: cum ita vt in libris vulgò circumfertur subscribam, *Qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi: neque spectare effedarios, quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.* Ego dictione ea diutius perpensa, excussa que sententia tandem in hanc sententiam discessionem feci, vt putem andabata auferendi casu legendum esse. dicit enim, vt opinor: tu, qui ita studiosus eras Romæ spectaculorum Circensium, vt in multam noctem intensasque tenebras spectator sederes, vt andabatas pugnantem in tenebris videres, noluisti in Britanniam trajcere, vt Britannorum videres effedarios, qui andabatis similes sunt è curru pugnantibus. Olim autem post curricula Circensia serò noctisq; tenebris depugnabant interdum homines è curru Heroum antiquorum more, qui interpolato verbo Græco pro *anabatis*, andabatæ dicebantur à Latinis: duo autē homines sedebant in curru (vt Græci scribunt) auriga & *παρὰβάτης*, qui idem etiam *ἀναβάτης* id est ascensor dicebatur: & vt plerūq; fit, corrupta à Latinis & degeneratē voce, andabata. cum autē noctu pugnant, nec se propè viderent, vt ludicrū etiam augetur, interdū oculis clausis dimicare cogebantur. Hęc ego eò adscripsi, quòd eruditissi-

Cicero lib. 3. fam. mil. epist. legi suas.

25

30

35

ditissimos viros hæc velut in salebra hæere videam, adeo vt non defuerit qui conijceret populos fuisse, qui clausis oculis pugnare soliti sint. tam amentes habere hostes, vt cæci dimicare velint, nemo est, vt opinor, qui non optaturus sit.

Quædam explicata in arte poetica Horatij, inania captat, cinctus cyclicus, serpentes geminantur auribus, ærugo, mala scabies.

CAPVT IX.

NON tam intellectu facile est, quàm prima statim specie videtur, quam sententiam complectantur illi duo Horatij versus, qui omnibus ferè in ore sunt:

Viliūmque sagax rerum & diuina futuri,  
Sortilegis haud discrepuit sententia Delphis.

De arte poet.

Hic tempus non teram commemorandis aliorum interpretationibus, ne verbosus esse videat & infructuosus: potius quid sententiam explicabo. Hoc mihi dicere videtur Horatius, eo vsque progressam esse chori licentiam, vt obscura ambage & inuolucris sententiarum, quæ quidem de vitæ prouisione præcepta continere solent, poetæ vaticinari, & nihil ab oraculis delphicis penè differre viderentur. atque hoc præceptum ad sententias & res pertinet, vt superior versus ad audaciam insolentem verborum chori,

Et tulit insolitum eloquium facundia præcepta.

ibid.

Illud etiam eiusdem libelli illustratione indiget,

Auctoris partes chorus, officiumque virile Defendat:

ibid.

qua de re hic sensus est meus, Chorum nonnunquam solere poetam defendere, eusque officium laudare, quod in parabasi plerumque fiebat, vt ex Aristophane notum est. Itaque officium virile dici reor, quomodo dicimus pro mea virili. de officio, inquit, poetæ differet chorus, commemorabitque poetam officio pro sua parte non defuisse, elegantemque fabulam & lepidam dedisse. explicatur non eleganter in antiquo lexico virile, ἴσον, ἢ ἡ ἀναλογία. Sed & quod subiicit,

— neu quid medios intercirat actus,

ibid.

Quod non proposito conducat & hæreat aptè.

intelligo de choro in diuerbijs cum histrionibus loquente in ipsis actibus: extra actus enim plerumque locos communes chorus canebat à proposito remotos, quos etiam hoc loco mox attingit Horatius, ne longior sim. fursum autem regredienti locus occurrit sanè obscurus,

35

Publica materies priuati iuris erit, si

Nec circa vilem patulūmque moraberis orbem.

Publicam materiam vocat argumentū alijs poetis adhuc intactum: quod priuati iuris erit, si quis ita tractet, vt postea nemo vel idem scribere ausit,

V 3

vel

vel melius possit: quod quidem cōsequetur, si sententias persequatur non de medio nec è triuio sumptas. Solent enim Græci, quorum sedulus est est plerunque imitator Horatius, appellare ἐγκύκλια, id est circularia, quæ vulgaria sunt & obuia, quæque omnibus patent. desiderat autem in bono scriptore ingeniosas & argutas & non vulgares sententias. Proprium huius scriptionis est nullum seruare ordinē, sed omnia interdum perturbatē permiscere, & quicquid, vt dicitur, in buccam venit, scribere. eodem igitur in libello, quoniam studemus, quantum possumus, bene mereri de iuuentute, ne illud quidem satis intelligitur,

Ibid.

Aut dum vitat humum, nubes & inania captat,

10

quod in hanc sententiam accipio: poëta quidam præsertim dithyrambici, verborum tumorem & amplitudinem consectabantur, ijdemque plerun- que de cælo, nubibus, aëre, maiore cum verborum magnificentia, quàm sententiæ pondere, scribebant: itaque in eos illudens Aristophanes scribit, τὰυτ' ἀεὶ ἐπιποιῶν ὑψηλὰν νεφέλαιαν σπερσάτω γλαυκὰ δάιον ὄρμιλῶ. Rursum eodem lo- 15 co, εἴτ' ἀεὶ ἄελας διερχέσθαι γαμψύς ὀϊωνύς.

Aristophan. Nubibus.

Ibid.

De arte poët.

Siluis deducti caueant me iudice Fauni,  
Ne velut innati triuijs, ac penè forenses,  
Aut nimium teneris iuuenentur versibus unquam,  
Aut immunda crepent ignominiosaque verba.

20

Personæ Satyræ Græcæ, quæ tragœdijs interponebatur ad discutiendam earum moestitiam, numina erant siluestria, Fauni, Siluani, Sileni, quibus cum etiam aliæ intexebantur colloquentes personæ. Sed & satyricæ scenæ ornabantur in theatro arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agre- 25 stibus rebus in topiarij operis formam deformatis, vt Vitruuius scribit. Fauni igitur illi satyrici de siluis in theatrum deducti, non ita elegantibus & delicatis versibus ludere debent, vt si in media vrbe nati essent, & vt si diutius in foro, vbi disertis erant oratores, versati essent: & tamen, quamuis rustici & siluestres sint, non debent sermone vti sordido & incompto, nec ita illoto & obsceno, vt scurræ triuiales & salarij procaces in vrbis compi- 30 tis & triuijs. Non dubitem autem affirmare mox pro fracti ciceris, fricti ciceris esse legendum. Iam verò illud,

cap. 5. lib. 7.

De arte poët.

Perfectum decies non castigauit ad unguem,

à marmorarijs ductum esse censent interpretes, qui iuncturas marmorum vngue explorant: alij à fictoribus: qui primum manu informāt rude opus, 35 deinde lineamenta & habitum omnemque speciem vngue fingentes & perpolientes absolunt. Plutarchus ἢ γὰρ αἱ τέχνη τῶν ἀτύπων καὶ ἀμορφὰ πλάσσειν, εἴτα ὑπερονείεσαι ποῖς εἶδει διαφθεῖν. ἢ πολὺ κλειπὸς ὁ πλάστης εἶπε, χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχῳ ὁ πηλὸς γένηται, id est, nam & artes primum rudia

rudia & informia fingunt, deinde postea formis quæque exprimunt: proinde Polycletus fictor dixit, tum demum difficilimū opus esse, cum lutum in vngue esset. Sic alio apud Horatium loco ad unguem Factus homo, acci- 5 piendum est, pro eleganti & polito perfectoque eadem translatione. Sed hic finem non faciemus, & quandoquidem semel coepimus, multo plura explicare in eodem opusculo conabimur. Cum igitur in eo scribitur,

— ut turpiter atrum Desinat in piscem,

De arte poët.

Ater, turpis & fœdus est. Ater etiam non insolita Flacco vsurpatione, est malus & tristis, vt,

10

— minuentur atra Carmine cura &  
— Eripere atris Litibus implicitam.

Od. 11. lib. 4.

Serpentes, autem, auibus gementur,

est biforme quoddam animal ex aue & serpente componatur incredibili & inaudito & stupendo monstri genere. Aut flumen Rhenum, scribitur e- 15 tiam aut flumen Rheni, sed illud alterum omnium suffragijs probatum & receptum est. Ait Flaccus,

— amphora cœpit

Institui currente rota, cur vrceus exit?

magnificè eximieque poëma es exorsus, quod & ambitiosis descriptio- 20 nibus excolere & exornare tentasti: sed nescio quo modo impar oneri succubuiti, & magnum opus aggressus, in opusculum desisti, amphoramque amplam fingere auspicatus nobis paruum vrceolum effinxisti. Reperio autem scriptum,

— abdita rerum, &

25

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis  
Continget, dabiturque licentia sumpta licenter.

Cinctutos verò dicit, quòd Cethegi antiqui tunicas non gerebant, sed pro tunica cinctum vel campestre ab umbilico ad pedes, reliquo corpo- 30 re exerto & nudo, nisi toga in vrbe tegetetur. hinc Lucanus scripsit,

Lib. 2.

— exerti que manus vesana Cethegi.

30

Cum autem ait Iambum aptum alternis sermonibus, eum significat ver- sum aptum esse fabularum dialogis & diuerbijs: cum populares eum dicit vincere strepitus, indicat versum Iambicum in confessu theatri tanta ho- minum multitudine strepentis sibi audientiam facere, & à populo tacen- 35 te strepitumque & tumultū comprimente libenter æquoque animo audiri.

— cultorne virentis agelli?

id est olitor, quod hominum genus veteribus omniū erat & humilimum & vilissimum, vt prouerbium ostendit,

De arte poët. Aul. Gell. Lib. 2. c. 6.

Sæpe etiam est olitor. Vnde pedem proferre,

V 4

valet



valet, non in angustum ita te locum conijcies, vt inde vltra progredi non possis, aut si coneris contra artem eiusque leges facias. Legi etiam in antiquo libro referre. *Ve scriptor cyclicus olim.* hinc quæri solet qui sit cyclicus, & multis proprium nomen videtur: ego censerem Epicum poetam rhapsodum significari. nam rhapsodi versus heroicis scenæ & teatro dabāt, qui fortasse vt versus dithyrambicum à choro *κυκλίω* vocato cantabantur, ex quo & cyclij vocabantur, ab Horatio Cyclici. fidem huius rei epigramma Græcum facit, in quo scribitur,

Τοὺς κυκλίους τὰ τῆς, τοὺς αὐτὰρ ἑπέαι λήροντας

Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.

Καὶ Δῖα τῶν ἑλέροισι παροσέχω πλέον. ὃ δ' ἐν ἔχῳ γὰρ

Παρθενίῃ κλέπειν ἢ πάλι χαλλιάμαχος.

Pro, *Et concilietur amicè*, reperi, *Et consilietur amicè*. atque illud consilietur etiā à collega meo doctissimo & disertissimo viro Lambino agnoscitur.

Postquam cæpit agros extendere victor, Et urbem

Latior amplecti murus,

hinc fortasse Horatius dixerit, nemini ius fuisse proferendi pomœrij, qui non agri aliquid imperio Romano adiecisset. Vopiscus in Aureliano, *Pomœrio autem nemini principum licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletauerit.*

Vopiscus in Aureliano.

— *Vinoque diurno Placari genius.*

dicit, vt existimo. postquam licuit, & impunè fuit festis diebus de die laute epulari atque conuiuari genioque indulgere, quod antè inhonestum, & probrosum habebatur, opusque censorium existimabatur.

— *Et apertis otia portis,*

ait, quod belli tempore urbium portæ clauduntur, pacis aperiuntur. Ex eo in antiquo lexico Panda, *ἢ εἰ πλώης* exponitur.

Indoctus quid enim saperet, liberque laborum

Rusticus urbano confusus, turpis honesto?

quam in sententiam dicatur, non satis constat. Ego putem dici ab urbanis hominibus & honestis, scenicam & histrionicam artem, eius varietati & licentiæ studentibus & fauentibus, amplificatâ esse, id dissimulante quamuis agrè ferret, plebe rustica. nec enim mussitare inter urbanos esset ausa, nec sapere visa esset, si voluptatem illam & lasciuiam luxumque reprehendisset. numeri autem sunt versus, modi cantus.

— *quibus est equus Et pater et res.*

id est equites, nobiles, & diuites. Nam Romæ qui erant patricij & nobiles, à patre nominabantur, & patrem habere censebantur, vt verbi gratia Ca. Domitius, C. filius dicebatur. Equus igitur de equitibus, pater de

patri-

patricijs, res de diuitibus dicitur. Dionysius Halicarnassæus lib. 2. *τεκμήριον* Dionys. Halic. δὲ τῆς τοῦ παρέχουσιν, ὅτι τὰς μὲν πατρικίας, ὁπόταν δόξῃ τοῖς βασιλεῦσι συγχελεῖν, οἱ κή- *κατ.* *lib. 2.* ρυῖες ἐξ ὀνόματος τε καὶ πατρὸς ἀνηγόρευον.

— *Magno cum pondere versus,*

5 Versus dici puto grauitatis plenos & dignitatis, qui tamen suos modulos numerosque non habeant. Sic apud Ciceronem in Arato,

Cic. in Arato.

*Magno cum pondere nauæ:*

etsi alia significatione dictum est, pro magno molimine & conatu, & ab Horatio paulò post, *sine pondere et arte.*

*Ingenium misera quia fortunatius arte,*

10 cum ait, significat homines Romanos carminum studiosos artem contè- nere poetica & cognitione philosophiæ, suoque fidere ingenio, & existimare se tum demum optimos poetas futuros, si insanorum morem habitumque, illuuiem & squalorem imitentur. In quo lepidè & venustè Romanos 15 scriptores insaniam ludens notat & inscitiam. Mox igitur subiicit principium rectè scribendi esse philosophiæ cognitionem & preceptionem. *Ærugo Et cura peculi.* Romani, inquit, philosophiam humanitatisque artes non discunt, sed artem supputandi in pueritia: at ubi adoleuere, se totos occupant, de- 20 duntque pecuniæ faciendæ congerendæque, cuius rei studium quadam rubigine animos hominum inficit. *Ærugo* igitur sordes auaritiæ, studiumque pecuniæ & æris mihi significare videtur. Eam enim sic vocat, quasi animi hominum rubiginem quandam & æruginem ducant ex auiditate num- morum & fordibus auaritiæ, vt loculi reddi solent æruginosi.

*Celsi prætereunt austera poemata rhamnes.*

25 Equites Romani iuniores, qui adhuc merent equo publico stipendiaque faciunt, delectari poematis volunt, nec mœstum carmen perpeti possunt. *Fit Chærilus ille.* nollem tam iniquum esse Flaccum in Chærilum, quem & à Clemente, & Eusebio (non enim attinet alios nominare & nomen- clatorem agere) video non contemni: versus certè, quos eius afferunt, non 30 mihi tam irrisione digni quam admiratione videntur: sed nescio quo modo, vt in epulis, sic & in poematis alius alio capitur atque delectatur. Nec verò pigebit aliquot eius versus proferre, vt homines intelligant eum non esse tanta illusione dignum, quanta Horatius videri vult. sic igitur scribit

Eusebius li. 9.

35 Eusebius lib. 9. præparat. euangelicæ. *Τὸ δὲ ἰσθμίων ἔθνος καὶ χιρίλος ἀρχαῖος præpar. euā- ποιητῆς μέμνηται, καὶ ὡς συγγραφεὺς τῶ βασιλεῖ Ζέρξῃ ὅτι τὴν ἐλλάδα Δέσει δὲ ἔπος, γελ.*

Τὸν δ' ὅππῃθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,

Γλαῦσαν μὲν φοίνισσαν ὑπὸ σωματῶν ἀφίει τῆς,

Ὤκου δ' ἐν σολύμοις ὄρεσι πλατὴν ὠρεῖ λίμνη,

Αὐχμαλέοι κεφαλὰς, προχέουσα δὲ, αὐτὰρ ὑπερθεῖ

Ἰππῶν

Ἰσπῶτων δα.ρ.τῶν πρὸς σπῶν' ἐφόρου ἐσκληρότα χε.πν.ῶ.

Ut mala quem scabies, & morbus regius urget,

Aut & fanaticus error.

Hinc apparet, vt Hebræi vitiliginosos auersabantur: sic & Romanos scabiem, quæ summam cutem, vt vitiligo & lepra, lædit & inficit, abominatos esse. Fanaticum autem morbum & vt appellat, errorem, vt à dijs immis- sum hominibus, qui numina violassent, dijsq; inuisi essent, aut ob morbi diritatem & plagarum metum, etiam auersabantur, & eo correptos fugitabāt, vt in Captiuis Tyndarus simulat se fugere Aristophontem, quòd rabiosus, & fanaticus sit, & Menæchmus se insanire assimulabat, vt homines ab se absterreret.

Plautus Cap- tuius sc. vt etas mea est.

Defundere, delibamenta, ludij barbari, præfultor, Plautus explicatus. CAPVT X.

LEVE est quod hic scribam, non tamen indignum notatu: prisca illi, vt alio genere hostiarum rem diuinam inferis, quàm superis faciebant: ita quoque libamentis alijs utebantur: quæ quòd dijs inferis funderent, & tanquam inferias deorsum libarent, ideo delibamenta vocabant, & cum ea funderent, se defundere dicebant. Id ex Valerio Maximo obseruauit, cuius hæc verba sunt, Tunc defusus Mercurio delibamentis, & innuocato numine eius, vt se placido itinere in meliorem sedis infernæ deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit potionem. Neminem autem esse puto, qui quidem Latinè sciat, quin videat defundere esse deorsum fundere: delibamenta quæ deorsum libantur. Sed æstu quodam animi aliò rapimur, vt plerunque solemus. Quid est quod à comico scribitur in Asinaria?

Valer. Max. li. 2. c. 1.

Asinaria in prologo.

Vt vos item alius pariter nunc Mars adiunet.

Quid histrioni cum Marte? ego ludos & fabularum actiones in religionis parte numerari debere censeo. Igitur iniicit spectatori religionē & spem si æquo animo audiant, futurum vt vincant, idque optat. Sic in Rudente scribit,

Rudente in prolog.

Valete, vt hostes vestri diffidant sibi.

Pœnulo in prolog.

Et in Pœnulo,

Valete, atque adiunete, vt vos seruet Salus.

Casina in prolog.

& in Casina,

Tantum est, valete, bene rem gerite, & vincite Virtute vera, quod fecistis antèd hac.

Curgulione sc. Elos veteris.

Qui sunt tandem apud eundem poëtam lydi barbari? cum scribitur in Curgulione,

Fite causa mea lydi barbari.

Ego

Ego modulo versus adductus, qui cretico pede canticum quoddam saltat, ludij barbari lego, id est ludij Romani. Nam in omnibus pompis ludifque circensibus iuuenes ibant in numerum saltantes, & subsilientes, qui ludij & ludiones dicebantur. Præfultor etiam dicebatur, qui in ludis aut sacris præfultabat: explicatur in antiquo lexico, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς πρὸς χοῦδῶνος.

Lacia, Quiritius, Salacia, Salmacia, Pales, Mola, Panda. CAPVT XI.

10 In Romanis comprecationibus, quæ, vt scribit Gellius, ritu Romano fiebant, nominabant Laciã Saturni, Salaciã Neptuni, Horã Quirini, Iurites Quiritij, Mariã Vulcani, Nerien Iunonis, Molã Martis, Nerienem quoque Martis. Hæc vetusta dearum nomina ex vltima antiquitate rependa, & prisca pontificum libris, si qui extarent, in quibus sepulta iacerent, eruenda essent, quibus cum careamus, & vetustas, nisi literis consignata ad posteros non perueniat, reliquum est vt, quod his in libris iam sæpius quàm vellemus vel debuimus, fecimus, nostras hisce de rebus cōiecturas proferamus. Ego Latiam scribi debere suspicor à Latio, quod è latebra & fuga Saturni nomen habuit: vt eo nomine Saturni vel filia vel vxor, quod potius reor, intelligatur, Latij dea, quæ eadem Ops fuerit. Est tamen qui censeat Laciã Saturni vxorem fuisse ab illiciendo nomen consecutam: sed verius omnino sit, vt antiquarij in veteribus libris extare dicunt, legere Luam, vt Saturni vel vxor vel potius filia intelligatur. Salacia est quam poëta Amphitriten appellant Neptuni vxor. Legi & in antiquo lexico Salmaciã esse ἀμφιβριτω, neque supprimendum putauit. Salaciã quoque esse ἀμφιβριτω, ὑπερίδα. Hora vxor erat Romuli: sed vt Romulo in deos relato nomen mutatum est, sic eius vxori Hersilię in cælestium concilium repositæ Horæ nomen factum est, vt Romulo Quirini. Pro Iurites Quiritij legendum coniecerim Curitis Quiritij. Curitis enim Iuno ab hasta vocabatur: vt Quiritius nomen dei sit, cuius in matrimonio indigietetur Iuno quædam Curitis. nomen enim Iunonis multis deabus tribuebatur. conueni qui hîc non Quiritij, sed Quirini legendum contenderet, quod ne prætermittendum quidem duxi, vt si cui id probe- tur, sequatur à me enim id in medio relinquatur. Existimo tamen siue Quiritius siue Quirinus legatur, deum aliquem belli præsidē significari, cum Mars etiam Quirinus vocetur, & in antiquo lexico scribatur, Quirinus ἐνυάλο. Neries in antiquo libro exponitur ἐξ ἑστία θαλάσσης, sed in eo fortasse Nereis scribendum. Prestiterit tamen codicum fidem non dam- nare, & Iurites à iure dearum nomen intelligere, quæ Quiritij vel Quirini filia

filiae fuerint. Nerienem Iunonis legendum existimarim, Vt Nerio Iunonis Curitis filia habeatur, vt & Mars Nerienis maritus. Molas Martis filias crediderim, deasque indigitari censuerim de nomine molarum, quod Mars vt molis fruges, sic bellis homines frangat & comminuat. Eodem

Apud Gell. li. 13. cap. 21. capite hæc carmina Varronis à Gellio citantur,

13. cap. 21.

*Theanna & Peranna, Pranda, Celato Pales,*

*Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.*

In quibus quæ deæ sint Theanna Pranda & Celato quæsitum est. Ego in Theanna puto duas voces in vnam esse confusas, & ex eo deformatam vtranque, & velut personatam non apparere, nisi seorsum distrahantur. 10

Ouid. lib. 3.

Fast.

Te Anna enim à Varrone scriptum suspicor. Annam enim à Romanis cultam fuisse Ouidius, vt alios omittam, scribit in Fastis. Panda quoque non pranda scribi debet ex antiquis libris: declaratur autem in vetere lexico *εἰρήνης θεός*, id est pacis, à pandendis, & aperiendis, vt reor, portis. Pro Ce-

lato & Pales, quod velut carie læsum putruit, repono Latona & Pales: nisi quis Varronem suspicetur esse Græcè loquutum, quod non insolens facit, eumque scripsisse Græcè, te Lato Doricè, vt in antiquo libro scriptum ferunt, pro te *λατῶ*. sic autem Latonam à Græcis nominari sciunt, qui primis Græcarum literarum rudimentis initiati sunt. Pales autem pabuli dea censetur: alijs dea pastorum & pecoris, à pascendo nomen adepta: è Tibullo etiam quispiam eam crederet palatij deam, quæ Palatua dicebatur, quod equidem affirmare non ausim: sic autem scribit,

*Sed tunc pascebant herbosa palatia vacca:*

*Et stabant humiles in Iouis arce case.*

*Lacte madens illic suberat Pan ilicis umbra,*

*Et facta agresti lignea falce Pales.*

In prisco lexico Pales *εὐνοῦσα* exponitur. Hisce de nominibus, quæ potius diuinarem, quàm ex auctoribus testata referrem, ista ferè erant, quæ neque rei iudicatæ, neque senatusconsulti auctoritatem & pondus habere volo. Denique non solum si quis quid secus ex auctoribus deprompserit, libenter à mea coniectura discedam, verumetiam si quis ad verisimilitudinem suspicando propius accesserit, in eius partes discessionem faciam. Ac mediusfidius hæc scripsi, quo ingeniosorum hominum sententiam ista de re elicerem.

*Pultrifagonides, iurator, fuerit, cui, & quedam alia in*

*Plauto emendata. CAPVT XII.*

VOCEM quandam lucifugam ex ipso velut Acheronte reuocatam  
luci

luci folique reddere, & superis, vt poëtæ loquuntur, oris restituere iam tentauimus: est illa quidem insolens, sed cogitare debemus, multa nobis inaudita à veteribus vsurpata fuisse. sic igitur scribit in Mostel. Plautus, vt

Plaut. Mostel.  
sc. recordat.

5 *Simul gnarures volo esse hanc rem mecum:* quod quidem est gnaros autè hanc rem, pro huius rei dicit, vt doctos hanc rem dicimus. Aliquādo in aliquot membranas peruetustas incidi, in quibus scriptus erat Pœnulus, cuius in prologo scriptum erat gnarures, vt antè scripsi. Horum locorum consensio meam valde confirmat sententiam, facitque, vt quamuis insolentia

Pœnul. in pro-  
logo.

10 vocis labefacter, tamen concordia exemplarium constabiliar. Etiam in antiquo lexico ignarures pro ignaris reperio. Libet ex eodem Pœnulo explicare, quid sit quod scribit, *Latine Plautus patruus pultrifagonides*. equidem hoc verbo significari Romanum existimo. Nam olim non pane, sed pulte viuebant Itali: atque, vt ait Plinius, videtur olim tam puls ignota

cap. 8. lib. 18.

15 Græciæ, quàm polenta Italiæ. proinde in Mostellaria scribitur,

Mostellar. sc.  
Nuncillum.

*Non enim hæc pultrifagus opifex opera fecit barbarus.*

id est Italus. Lubet & ex Pœnuli prologo illud excutere,

Pœnul. in pro-  
logo.

*Vos iuratores estis, quæso operam date.*

ego iuratores per translationem interpretor spectatores, veluti arbitros & censores fabulæ, cum propriè eo nomine intelligantur censores, qui eum, quem censabant, iureiurando adigebant, vt ex ea intelligi potest formula, & tu ex animi tui sententia vxorem habes? Nam qui iurauit, iuratus dicitur: qui ad iurandum adigit, iurator hic dici videtur. Quod autem à censoribus sit hæc translatio ducta, cum ex eo apparet, quod pau-

25 lō antè dixit,

*Nam argumentum hoc hic censebitur:*

ibid.

*Locus argumento est suum sibi profcenium:*

*Vos iuratores estis, quæso operam date:*

Tum quod scribit in Trinummo his verbis,

Trinummo sc.  
huic ego dici.

30 *Census cum iuratori, si rectè, rationem dedi,*

*Lesbonicum hic adolescentem quæro.*

Sed & ne à Pœnulo recedam, suspicor fuerit scribendum in eo duplici v productionis gratia, in illo versu,

*Quo genere gnata, qui parentes fuerint.*

Pœnul. in pro-  
logo.

35 & eiusdem obseruationis non pauca, qui attendet, in comicis reperiet, nobis in transcurso admonuisse satis est. Quin & in heroo carmine apud Aufonium cui pro cui scribendum est, vt versus ruina hoc tanquam tibi-  
Edyll. 9. seu  
Mostella.

*Dinochares, quadro cui in fastigia cono*

X

Surgit,

*Surgit, & ipsa suas consumit pyramis umbras.*

Lucr. lib. 1. apud Lucretium quoque pro rei reij scribitur, vt syllaba tendatur, vt lib. 1. — neque sunt igni simulata, neque ulli Præterea reij.

Lib. 1. c. 4. Sic alias non rarò scribit, & pro ei, eij dicit. Cicero quoque, vt Quintilianus scribit, aijt aij aijamque scribebat. Nam in Quintiliano maiam malè scribitur. ne illud quidem prætermittam quod leue est: tamen si leuia quibusdam molesta sunt.

In Pænul. prologo. Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames. statim pro eo receptum est: quod restituumus, haud paulò accommodatius est ad mentionem versus. &

Neu designator præter os obambulet. rectè in membranis scriptum erat: per omnia pro eo exemplaria peruasit præteriens. & in eis item commodè,

Nomen iam habetis, nunc rationes cæteras. pro quo perperam editum cenfeo, nunc orationes cæteras.

Ne & ipsa sitiant, & pueri peritent fame, illæ quoque membranæ scribebant. peritare autem frequentandi forma vsurpauere antiqui: hodie pereant illic peruulgatum est. scribo etiam ex earum fide, Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum vritur. & mox, Nego, & negando, siquid refert, rauio: id est contenta voce ad rauim vsque clamans pernego.

Pænul. sc. suspendat omnes.

Scurra, cis, alliatum, exotica Græcia, fartum, hornum, coire, substringere. CAPVT XIII.

INTER legendam Plauti Mostellariam, in transcurso quæ ex paucis, vt vocant, scenis obseruauit, huic chartæ commendare volui, cuius fide ad alios peruenient, si qui fortè erunt, qui istis legendis operam non tam dabunt, quàm perdent. scurræ videntur priscis illis fuisse, non tantum qui iocularia & scurrilia loquerentur, sed homines etiam urbani, non rustici, sed elegantes: Plautus Mostel.

sc. 1. Exi è culina.

Tu urbanus verò scurra, delitia populi, Rus mihi tu obiectas? Epidico, T. Scurra es. E. scio te esse quidem hominem militarem.

sc. 1. Hæus adolefcens.

sc. Larem corona.

Scurra hîc urbanus est, non militaris. Trinummo, — neque periurius,

Quam urbani assidui ciues, quos scurras vocant.

Mostel. sc. Exi è culina.

videntur autem sic appellati fuisse, qui assiduè in vrbe essent, nunquam in agris, quòd sine cura forrasse & opere omni essent. Cis paucas tempestates, pro intra breue tempus, in eadem fabula positum est:

Cis her-

Cis hercle paucas tempestates Tranio,

vt & in Truculento, cis paucos dies. Sed & cispellam in Amphitryone dixit, pro repellam, quòd qui repellitur, citra regredi cogitur, non vltra progredi permittitur. Simile est illud Næuij, sed quasi amnis cis rapit. Capra commixta, est quæ initur, quæ quidem pessimè tum olet: vnde scriptum ab eodem comico est, canis capra cõmixta. Alliatum cibus est allio conditus, vt moretum apud Maronem scribentem,

Trucul. sc. Pises ego Amphitry. sc. concedite alij

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Apud Non. in Annem masc. Mostel. sc. Exi è culina.

Allia serpyllumque herbas contundit olentes, quo cibo vesci solent rustici.

Sine, inquit, me alliato fungi fortunas meas.

Vnguenta exotica sunt vnguenta peregrina, vt Græca, quæ pretiosiora: sic in Menæchmis, Græciam exoticam dixit, Græciam peregrinam intelligens extra Italiam sitam, ad discrimen oræ illius Italia, quæ magna Græcia vocabatur. Sic autem scribitur, Mare superum omne, Græciamque exoticam, orasque Italicas omnes.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Orationis operam compendi face,

valet, laborem & operam orationis lucrare, ne tibi sit necesse verba impendere, quasi in ijs sit etiam sumptus. Effercite vos, est distendite & saginate epulis, vt aues saginari solent, quæ farciri dicuntur Varroni, & fartores à

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Mostel. sc. Exi è culina.

Græcis vocantur. Edes cum extemplo sunt parata, Græcum loquendi genus est,

sc. Recordat.

Dominus indiligens alias reddere ne volt.

ne volt, pro non volt, apud hunc poëtam frequens est. fundamentum substruunt liberorum cum Plautus scribit, satis nobis indicat quid substructio sit, qua de re à me non nihil alicubi dictum esse recordor. Parant sedulo in firmitatem, legendum duobus verbis crediderim, non vno, infirmitatem.

Non vestem, inquit, amatores mulieris amant, sed vestis fartum: Fartum vestis interpretor corpus, quod vestem farcit implètque, id est ipsam mulierem. Columella, ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorè & meliorem.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

Euentus, inquit, rebus omnibus, velut harno messis magna fuit. hornum hîc annu prouentum, anniq; fruges significare videtur. dici enim apparet euentum bonum in omnibus rebus esse, quod in anni frugibus est magna messis. in senecta malè querere, lego in futuro, non querere,

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

sc. Iampridè.

Soli cenfeo gerendum morem & capiendos crines.

capere crines est blandè & amatoriè osculandi causa capillos amatoris prendere, vt & aures solebant, quod antè annotasse me recordor: apud Horatium quoque, aurem substringe loquaci, eodem modo accepimus, vt tamen magnæque auctoritatis liber, substringe præbe interpretatur, vt dicat loquaci præbendas aures. quàm illic, ubi lectus est stratus, coimus.

Satyros. lib. 2.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.

sc. Aduorsum mihi.



Eunuch. sc. 4. Coire verbum non est hinc turpe : dicitur enim de coetu adolescentum & epulis vt apud Terentium,

*Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo,*

Plautus Mofellar. Sc. Ad- uorsum mihi. Coimus igitur est coenamur, epulamur, de symbolis edimus. Interim da ab Delphio cito cantharum circum. dominus conuiuij sic sæpe iubebat ab vno in orbem poculum per alios omnes conuiuas circumagi, quod Græci dicebant.

*Ceruam videre, Dauī, initiare, montes & maria, deus meus, calces aduersus stimulum, beneuolens, ciuis attica.*

CAPVT XIII.

IN Terentij Phormione quod scribitur,

*Ceruam videre fugere, & sectari canes.*

per allegoriam amica significatur, quam multi depereant amatores: quod genus infaniæ non tam comœdiæ, quàm tragœdiæ cum conueniat, merito à poëta, vt supra foccum, reprehenditur. Ars autem musica, quã vocat poëta, ea poësis est, & ἀγῶνες μουσικῶν vocabantur, quibus poëtæ fabulas docebant.

*Primas partes qui aget, is erit Phormio.*

valet, is erit ἀρχὴ γωνιστῆς, vt Græci loquuntur.

*Amicus summus meus & popularis Geta.*

Qui enim Daci à Latinis vocantur Getis proximi, eos Attici Daos, Latini Dauos vocauerunt. Inde, vt scribit Stephanus, nomina feruorum apud Atticos Dauī & Getæ. & Philostratus scribit, γῆται γὰρ αὐτῆς ὁ Διοσωπὸς ἀγῶν τῶν πλείων ἀποθέσειν ὡς περὶ ἡκωμῶν δὲ τῶν δάφ. Popularē igitur vocat, quod Getæ & Daci finitimi erant, & propè idem populus. Serui autem & liberti munera mittere solebant nuptialia, natalitia, in puerperio, quando nomen imponebatur, cum Cereris sacris suos liberos Athenienses initiabant, quod significauit Terentius cum scripsit,

*— porro autem Geta*

*Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:*

*Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies:*

*Vbi initiabunt.*

Ἀμφιδρόμια, inquit Suidas, hoc enim etiam mantissæ loco addam, vocabatur quintus dies à natis pueris, quo quæ obstetricatæ fuerant, aut aliquid eius muneris attigerant, manus purgabant, & puerum currentes circum focū ferebant, & propinqui donâ missitabāt, ferè polypos & sepias: quod, vt verbosi sumus, iam non semel diximus. Modò non montes auri pollicens, id est multū auri promittens. Solent enim Latini montes in magnitudine & ampli-

amplitude ponere, vt & maria, vt & Græci γάλασσαν ἀγαθῶν dicere solent. Salustius, repente glorians, maria montesque polliceri cepit, id est ingentia cœpit promittere.

*Memini relinqui me deo irato meo.*

Id est irato meo genio, vt suspicor. attributum enim antiquitas cuique suum quendam deum custodem credidit, nec Latini tantum, sed & Græci: & secundas res eo propitio & beneuolo, aduersas irato & infesto euenire existimabant. Nam, quæ stultitia est, aduersus stimulum calces: adeo inquit es incertus & stultus, vt contra stimulum calcaturus, id est calcitraturus sis. est enim prouerbiū Græcum omnibus notum ἀεὶ κέντρα λακπίσειν. qui calces in Terentio nomen accipiunt, & prouerbiū corrumpunt, & subaudiunt, quæ vix à spectatore diuinari potuerunt. Neque, inquit, illi beneuolens, more antiquo dixit pro beneuolo, quo sæpe modo loquitur Plautus, Illam ciuem esse Atticam, sic rectè: neque enim, vt hominem Atheniensem, sic mulierem Atheniensem dicere solebant, vt annotant grammatici Græci, sed Atticam. Dī omnes perdiunt, non perdiunt, legendum censeo. Tibi scribam dicam, dixit, vt in palliata: more enim Romano nunquam dixisset. sic cum Siculi Græcè loquerentur, in Verrem eorum consuetudinem Cicero imitatus, dicam vsurpauit, quod in causa Romana nunquam fecisset. tantum modo non addat, legere malim, quàm addas. Vt mihi liceat tandiu quod amo frui, iam depecisci morte cupio. Distinguendum sic, vt feci puto, hoc sensu: vt tandiu amore meo fruar, quandiu tu tuo, paratus sum mortis pactione transigere: vel mortis conditione paratus sum pacisci, vt tandiu perfruar amica. Horum ex illa fabula locorum quadam tanquam racematione tenues hos cōmentarios & ieiunos vtcunque farciebamus.

*Aduentus Veneris, prænuntius Veneris Zephyrus, canes montiuage, efferre laborem, reliquus quadrissyllabum, super ignis, & quedam in Lucretio emendata.*

CAPVT XV.

LVCRETIVS de rerum natura carmen pangens à Venere procreationis præfide proficiscitur, quam deam veteres vere ad rerū originem & animalium libidinem incitandam solitam esse terras & maria reuifere & maritare quotannis credebant: ex eo scribit Lucretius, Te dea te fugiunt venti, te nubila cali, Aduentūque tuum. Iterum, — te diua tuūque Significant initum perculse corda tua vi. Aduentus autem eius præcursorem & prænuntium Fauonium censebant.

Quarè scribit lib. 5.

Lib. 5.

*It ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante  
Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.*

Sed hanc velut telam ex eodem poemate placet pertexere,

Lib. 5.

*Frunderasque nouis auibus canere undique siluas,*

pro frondiferis in fumosis libris reperi, quod rancidam olet antiquitatem, sed Lucretij seculo sic plerunque loquebantur. Locus autem ille, nempe aër omne necesse est inter corpora quod fiat, possidat inane, sic mihi videtur exponendus: necesse est aër omnem illam inanitatem, quæ inter corpora facta est, possideat & repleat. Libenter autem contra vetustatis tabularia legerem, *Non tam sollicito motu priuata iacerent:*

Nam carerent & priuata nescio quid quod Battum potius quam Lucretium sapiat, ostendunt. At,

*Nanque canes ut montiuaga,*

Græcorum exemplo dictum reor, qui hoc genere canes ad venandum efferunt, *κυωνες θηροπαιδες* appellantes: sic, *in teclas frunde quietes* dixit, ut Græci *κόβιπαις*, id est cubilia. Credo autem persuasumque habeo emendandum non esse, *res in quo quæque geruntur*, præsertim cum mox scribat,

*Perficere ut possis res gestas, Et alio loco,*

*Quæque geri possint. Quemuis efferre laborem, lego.*

Nam quamquam *perferre*, mirificè mihi probatur, tamen testimonium librorum antiquæ fidei eleuandum non est. efferre autem laborem etiam apud Ciceronem pro Sextio dicitur.

Cic. pro Sextio.

Lib. 1.

*Quod cibus in totas usque ab radicibus imis,*

dictum est figuratè. Nam cum arbuta posuisset, ad arbores, sensum potius quam vocabulum secutus, retulit. Rectè autem & eleganter in antiquo libro legitur,

Ibid.

*Collabefactatus rigor auri soluitur aestu.*

Est & in vetere libro istud sic exaratum,

*Nunquam rellicuo te parari tempore posset.*

Lucr. lib. 4.

Sic & libro quarto scribunt antiqua exemplaria,

*Rellicuas tamen esse vias in mente patentes,*

ita reliquus quatuor syllabarum efficitur.

Lib. 1.

*— Quod inane queat rerum cohibere,*

planè diserteque in membranis erat prisca exaratum, quod & accommodatum est ad sententiam. Has emendationes non vendito, sed in veteribus libris esse affirmo. Quidni autem in suum larem, à quo diutius peregrinatae abfuerunt, tandem aliquando reducantur? *Ex uno si sunt igni*, affirmo scribendum. Nam ex vero non ita placet. Manuaria scriptura ex vro scri-

Lucr. lib. 1.

bilat,

bilat, vitiosè pro ex vno:

*— quam totus habet super ignis, haberent.*

super est superior, ut existimo, ut & à Catone super & infer vicinus dicitur. sic, *— nil ab se quod possit mittere raptis,*

Ibid.

est, quod nullam ab se vim constrictis & pensatis correptisque corporibus mittere possit: ut infra,

*— quæ corpora mittere possit Sensibus.*

Egregiè verò Ionium virus pro maris Ionij falsedine & amarore dixit,

*Ionium glaucis aspergit virus ab undis.*

Lego porrò ex antiquis instrumentis, *crefcere non possunt fruges: in iisdem reperi,* *sanièque & sanguine mixto.* &

*Nunc age summai quænam sit finis eorum.* &

*— an immensum pateat vastèque profundum,* &

*Nam siue est aliquid quod probeat efficiatque,*

probeat, hîc prohibeat conflatis in vnum literis, valet. *hæc sic pernosces*, si tamen sensui melius conuenire docti censent. hos ego locos, ut omnes studiosis approbare non laboro, ita affirmo bona fide de veteribus libris descriptos esse.

*Cinctuti luperci, Suadela Venusque apud Horatium, Lucretius*

20 *explicatur, producere, ferreus somnus. CAPVT XVI.*

FINGERE *cinctutis non exaudita Cethegis,*

cum Flaccus scribit, & nos antè, ut opinor, non malè explicauimus, Porphyrio cinctutos dicit esse vocatos à cinctu, qui tunicæ apratus esset infra pectus: sed eo cinctu videntur, ut subligaculo, pudenda etiam recta fuisse. certè luperci, qui nudi lupercalibus per urbem currebāt, subligaculis subcincti quod essent, ut reor, cinctuti ab Ouidio dicti sunt,

Horat. in arte

pœt.

Ouid. Fast. 5.

*Semicaper coleris cinctutis Faune lupercis.*

Plutarchus *λούπερκοι δὲ εἰσὶν διὰ τοῖς λυπερκαλίαις γυμνοὶ ἀποθέοντες ἐν ἀειζώμασι.* hoc autè sacrum solenne institutum fuisse Pani refert Plinius: sed qui Pan à Græcis is Faunus à Latinis vocatur.

Plutarch. in

Romulo.

Cap. 5. lib. 3. 4.

*— tenet hunc Suadela Venusque,*

Epist. 6. lib. 1.

ab Horatio è moribus Romanorum dictum est. Nam quosdam deos esse nuptiarum præfides & præfectos censebant: in ijs Suadelam & Venerem, quod è Plutarcho docemus, qui ita scribit, *ἢ ὅτι πέντε δεικται θεῶν τοῦς*

35 *γαμοῦ τὰς ὀιονται, διὸς τελείας, ἢ ἡρας τελείας, ἢ Ἀφροδίτης, ἢ Πειθούς, ὅτι πέντε δὲ Ἀρ-  
πεμίδος.* *Quod patrio princeps donarat nomine regem.*

Lucr. lib. 3.

nos enim velut in prato varios decerpimus flores, & pancarpiā coronam nectimus: non sine causa à Lucretio dictum putamus. Nam primogenitis

X 4

magna

magna tribuebatur prerogatiua, à quibus primis patres vocabantur. Æschines in Demosthenem, τίω μόνω δ' δειλαδός κ' ὑπὸ τῷ αὐτῷ πατέρω παρ-  
σειπούσαν ἑπολέσας, nisi eorum moribus esset primogenitis magnus honos delatus, nunquam id orator tam inuidiosè Demostheni obiecisset.

Virgil. lib. 9. AEN.

— nec te tua funera mater

5

Produxi, pressive oculos.

oculos claudere mortuorum solebant proximi, filij, mater, aut pater: Homerus, ἔδ' ἄρα τῶν γε πατέρη κ' πότνια μήτηρ

ὄσσε χαθαρήσει.

Producere autem quod dicit, id est παρρηγῆσαι, quod est ante ædes mortuos ad exequias proponere.

10. AEN.

Olli dura quies oculos & ferreus urget Somnus,

ex Homero sumptum est, qui mortem somnum ferreum, id est ὕπνον χαλκ-  
κεον nominavit: quod ad durtiã retulisse videtur Maro, cum duram quie-

Plutarch. in oratione con- sol. ad Appol- lonium.

tem scripsit, veluti interpretans somnum ferreum: cum Plutarchus ad sen-  
sus orationem & amissionem referendum crediderit. ita scribens, πάλιν

τέπε φησὶ τὸν θάνατον εἶναι χαλκκεον ὕπνον, τίω ἀναμνηστικῶς διδάξαι περὶ ὀρθροῦς. hic nos vndique hostiatim emendicata hanc in peram coniecimus velut frustra cibarij panis, mundam annonam & siligineam alij locupletiores patres familias sibi prouidebunt, & conuiuis suis apponent: nos in para-  
bili & corrogato penore acquiescimus.

Secare crinem, secare viam, posuit templa apud Maronem, floret  
vinum. CAPVT XVII.

SVBTILITER quidem & acutè animaduertit Macrobius in his lib. 25  
4. Æneidos versibus,

4. AEN.

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem

Sustulerat, stygióque caput damnauerat Orco.

ibid.

& — hunc ego diti

Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo:

30

Euripides Al- cestide.

æmulum Maronem horum ex Alcestide Tragœdia versuum fuisse,

τείχε δ' ἐπ' αὐτῷ, ὡς κατὰ ρέωμαι χεῖ.

Ἰερὸς γὰρ οὗτος τῶν κτ' Ἄθωνος θεῶν.

Ὅτε τὸ δ' ἔργος κρατὸς ἀγνίσει τείχε.

Sed quæ causa vtrumque poëtam ad secandum crinem impulerit, non  
quæsiuit: ego id eos à ritu sacrificiorum sumpsisse crediderim. qui enim  
moritur, cum tanquam quædam Orci victima sit, non illepidè commini-  
scetur, qui quæ immolationis & sacri sunt, ad hominum mortem traduxe-  
rit. antequam autem pecudes in sacris immolarentur, capitis earum setæ  
ferro

ferro secabantur. Homerus,

ἀρνὸν ἐν κεφαλῶν τέμνε τείχε.

& Maro lib. 6. Æneid.

6. AEN.

Et summas carpens media inter cornua setas,

Ignibus imponit sacris libamina prima.

5

inde autem hoc sumptum esse significat Euripides, cum sacrificali verbo  
vtitur κατὰ ρέωμαι. Ille viam secat ad naues,

ibid.

vt supplementum huic capiti comparemus, Maro dixit etiam vt Euripi-  
des in Phœnissis,

Eurip. Phœ-  
nissis.

10

Ὁ τίω ἐν ἄτροις ἔργων τέμων ὁδόν.

Cum à Marone scribitur lib. 6. Æneid.

6. AEN.

— posuitque immania templa,

conditor templi Cumani & ædificator Dædalus dicitur auctore Aufonio,  
qui in Mosella ita scribit,

Aufonius Epi-  
dyllo. 9.

15

Non hoc spernat opus Gortynius aliger adis

Conditor Euboica, casus quem fingere in auro

Conantem Icaris patrij pepulère dolores.

Eodem in lib.

— & te sulcos Serane ferentem,

6. AEN.

scribendum puto. sulci enim, vt opinor, rectè & eleganter dicuntur feri.  
vt Latini in iureiurando plerumque inter præpositionem & eius casum  
aliquid interponunt. vt,

20

Per ego has lachrymas dextramque tuam te:

4. AEN.

item & Græci, qui Latinis exemplo fuere: Euripides,

Ναὶ πρὸς σὲ τ' οἷς δὲ ξιάσῃ ωλένη.

Iterum.

ὦ πρὸς σὲ θανάτων, μηδαμῶς μ' ἔξεργᾶσθε

25

Leuuum marinae qui Veneris latus.

Od. 26. lib. 3.

Non ab re Veneri, vt alias tractamus, hoc epithetum attributum est ab  
Horatio. nam in dijs numerabatur, qui mari præerant, cum ipsa è mari  
orta esset. sic ab Euripide ποινή appellatur.

30

Μόνον σὺ μοι δὲ ποινήα ποινήα κίπε.

Veteres cum in cellis vina tentabantur, quod cum alias, tum etiam conta-  
gione quadam, vt refert Theophrastus, fieri solet vite florente, ea tum  
etiam florere, dicebant: Ouidius,

Ouid. 5. fast.

Vina quoque in magnis operosè condita cellis

Florent, & nebulae dolia summa tegunt.

35

Tristia Leucadio sacra peracta modo,

cum scribit Ouidius, nihil aliud quicquam significat, quam homines  
in aquam præcipitatos, vt è Leucade quidam sese præcipitarunt, quem-  
admodum à Strabone relatum est. eoque è Leucade saltu existima-  
bant

ibid.

Strabo. lib. 10.  
Geogr.

*Ouid. epist. sapph. Phao.* bant amorem curari. proinde id se facturam Sappho apud Ouidium dixit. — *secumque boues Erythidas ultor,*

*Ouid. Fast.* non Erythreas in Ouidio scribendum censuerim. quædam spinæ etiam serpunt in Propertio, ut, *Lynceo Castor ab ense: vbi lyncea perforat hasta,* legendum suspicor: cum Lynceus Castorem interfecerit. hoc caput velut pallium censeas è diuersis pannis confutum.

*Sulcos oblimet inertes, amellum, volema pira, Rhæcus, & quædam in Valerio Flacco emendata.*

CAPVT XVIII.

10

*3. Georg.* Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus  
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.

Ista rei inhonestæ quadam honesta verborum ambage & circuitione descriptio à multis laudata, aliunde, ut pleraque Maronis, mutuò sumpta est. Nam Maro quantus quantus est, imitatione & iudicio euasit. Ac cum plerique imitatores putidi & inepti sint & penè ridiculi, solum Maronē imitari nunquam dedecet. Id enim tam aptè & accommodatè facit, ut sua afferre, non aliena vsurpare videatur. sed, ut vnde digressus sum, redeam,

*Euripid. Phœnis.* eadem figura vsus erat Euripides in Phœnissis,

*Μη στείρεται δὲν ἄλλοις δαίμονων βίαι.*

id est, ne seras sulcum liberorum inuitis dijs. Id Virgilius vberius aliquanto fecit, qui non tantum sulcum appellauit, verumetiam honestè verecundeque, aruum genitale nominauit. Apud eundem poëtam cum scribitur,

*Est etiam flos in pratis cui nomen amello:*

*4. Georg.*

quærunt critici, quis iste sit flos, quæ herba. Ego, qui materiam medicam non tractavi, respondere non possum: tantum testabor me in antiquo lexico reperisse amellum *μελίφυλλον* esse. huic interpretationi fidem adhibeat vel detrahat pro suo quisque sensu: talis tamen est, ut eam scriptam quam tacitam esse maluerim. Eodem in lexico reperi & volema pira, quæ

*Lib. 2. Georg.* à Marone in Georgicis celebrantur, esse *κολοκυθίδας ἀππίδας* credo de magnitudine & amplitudine cucurbitæ. Quod *κατεργάζεται* Græci dicunt,

*Valer. Flaccus lib. 1. Ibid.* aut *διεργάζετοαι*, peragit eorum imitatione dixit Valerius Flaccus, *Ardenti peragit clarum Antora quercu.* Cum autem in eo legitur,

*Rhæcus & Athracia subita de virgine pugna:*

*Aelianus lib. 13. hist. var.* an non melius obsecro Rhæcus legetur? Nam *ροίκος* lib. 13. historiæ variæ appellatur ab Æliano, in quo integriorem esse scripturam opinor. Idem error etiam in alijs poëtis hæret, qui eodem exemplo est corrigendus. in eodem,

*—manifesto in lumine Fauni,*

quàm

quàm in lumine, libentius multo legerim, quod est interdiu: cum noctu potius hominum fugientes conspectum, id facere soleant.

*— dabit auratis & cornibus igni*

*Val. Flac. li. 1.*

*Colla pater,* cum scribit, eximias significat hostias, ut taurum egregium, quibus cornua inaurabantur: Homerus,

*Οὐδ' ἄρ' ἔπειτα βοὸς κέ εἰσιν περχεῦεν ἀσκήσοις.*

Illud verò, *Tum iuuenem tranquilla timens,* vitium olet, videturque scriptum à poëta fuisse, *tranquilla tuens:* quod ad sensum accommodatius mihi videtur. Sed & libro secundo eiusdem Valerij quod scribitur,

*Lib. 2.*

*Templaque Pisææ mergunt obliqua Dianæ:*

mendosum tinnit, cum ex Apollonio sit emendandum *Tisseæ:* quanquam Pisæam in Orpheo legimus. Ego similis muscis, quæ vlcera quærunt, quibus insidant, ad hæc menda, tanquam vlcera sedi, non ut lamberem, sed si possem, persanarem, aut ut sæpe declaro, alios admonerem, ut in emendando operam ponerent & elaborarent.

*Plautus, Plancus, pedo, scaurus, strata, antes, postes, tango aras, acredula.*

CAPVT XIX.

VELVT acetarium quoddam hoc capite varijs condiam herbis, è multorum scriptorū horto hinc inde collectis in vnam paropsidem. Plauti nomen legisse videor à planis pedibus appellatum, à quorū planicie ploti & plauti dicantur: ego crediderim è Græco per antisthœchum esse deductum, à calcei genere, qui ab illis *βλάβη* & *βλάβιον* dicitur, quod sandalium est: sed & à Latinis soleæ dimidiatæ, quibus utebantur in venando,

quo planius pedem ponerent, semiplotia dicebantur: quod est tanquam *ἡμιβλάβη*. In antiquo tamen lexico plancus exponitur *πλατύπους*, à pedum latitudine plancas imitantium. Plautus *βαρύπους*, ab aurium latitudine, & in Festo scribitur, *Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ sunt* & *flaccidæ, & latius videntur patere.* pedo quoque *πλατύπους* declaratur: ut

*30 scaurus, καμβὸς σκέλος, πρελόπυς.* Apud Frontinum quæsitum est quæ sint *Frontinus de mœsilea, cuius hæc verba sunt, Similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautiones modus restituendus: habent enim & mœsilea iuris sui, hortorum modos circumiacentes, aut præscriptum agri finem:* quæ ferè verba apud Vrbi-

cum reperiuntur. ego significari censeo sepulchra, quæ à scriptoribus alijs *mit. agror.*

mausolæa sunt appellata: atque mausolea, non mœsilea esse scribendum puto. cum enim Frontinus de religiosis locis loquatur, facile est coniectu mausolea significari, hoc nomine non tantum principum sepulchris vindicato, sed etiam aliorum tumulis communicato. Quam stratam fo-

minino genere vocant Itali, strata plurali dixit Lucretius, qui ei nomini

*Lib. 1. foemi-*



foeminino occasionem dedisse propè videtur:

*Stratáque, inquit, iam pedibus populi detrita viarum  
Saxea conspiciamus.*

Ut antica & postica opponuntur, sic & in ianua antes & postes. illi enim ante sunt, hi post: quod & ab Isidoro relatum est, unde explicandum illud Maronis,

Isidor. lib. 15. cap. 7. 2. Georg.

*Iam canit extremos effectus vinitor antes.*

sunt enim in ingressu, qui & finis est laboris cum ad eum peruentum est. In lexico autem Græco Latino D. Germani, quod tam sæpe testor & appello, antica xplicantur μεσημβρία, id est merities. Antes τὴν ἀμπέλων, id est, ordines vitium. postes τὰς ἀμπελάδας, κατόπιν τῆς οἴκῃς. Cùm Cicero lib. 2. de Oratore, dicit Lælium & Scipionem in Caietæ littore solitos esse repuerascere, legereque conchas & umbilicos, Valerius Max. umbilicos calculos interpretari videtur in eiusdem rei narratione, tamen umbilici cochleæ quædam marinæ sunt, quæ speciem umbilici mentiuntur, & nomen inde consecutæ sunt.

Cic. 2. de Oratore.

Valer. Max. lib. 8. c. 8.

12. AEN.

*Tango aras mediósq; ignes, & numina testor,*

lib. ultimo à Virgilio doctissimo poëta ex antiquitate repetitum est. nam cùm ad aram bellum in Titanas suscepturi dij iurassent, obtinuit vt postea religio iurifiurandi eius tactu, & ignis testatione sanciretur: verba sunt Theonis in Aratum de ara illa loquentis, καὶ τοῖς ὀμνύειν διδοται βελαμυδίοις, ὡς διαχαιτέτω πρὸς τὴν τρηάσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφ' ἀπλοῖται δεικνύων τὰς εὐγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. Quæ ab Arato, ὀλοσυγῶν appellatur, ea à Cicerone acredula Latinè dicitur in prognosticis, id est in eius libri interpretatione qui à Græcis in Arato διοσημεία nuncupatur.

Cic. Arat.

*Et matutinos exercet acredula cantus,*

acredulam tamen interpretatur Isidorus lusciniã. at in lexico vetusto strix explicatur ὀλωσυγῶν & τρυγῶν.

Isidor. lib. 12. cap. 7.

*Iris, hirundo, ariolus, magnum mare, pontem indignatus  
Araxes.*

CAPVT XX.

IRIS deorum nuncia, per arcum versicolore in terras descendere censebatur. *Illam viam celerans per mille coloribus arcum,* inquit Maro, Ouid. *— & redijt per quos modò fecerat arcus:* qui etiam arcus iris dicitur auctore Aristotele aliisque: Hieronymus, consuetudo autem Græci Latinique sermonis Irin vocat, quæ per multicolorem arcum ad terras descendere dicitur.

5. AEN. Ouid. 11. Metamorph.

Aristotel. meteor. 3.

*— Quid enim contendat hirundo Cygnis?*

Lucret. lib. 3.

Lucre-

Lucretius scribit: solebant autem veteres hirundinem pro barbaro & infante ponere indifertoq; ducta ea opinione ab illa fabula, qua in auem in Thracia mutata fuisse dicitur, quæ barbara regio erat. Aristophanes, χελιδόνων μεσσηία. Æschylus, ἀλλ' εἰσὶν ἔτι μὴ χελιδόνος δίκτυον ἀγνώτοι φωνῶν βαρβάρων κακλήμενοι. Vbi interpres notat, hirundinem barbaram auem esse, & ad fabulam refert quam dixi. Liber qui παιδείας κύριος vocatur, (quo enim nos tempestas rapit, ferimur) à D. Hieronymo de Cyri infantia appellatur: eius verba sunt, *Quod quidem & Xenophon de Cyri maioris scribit infantia.* Aruspices diuinabant ex inspectione extorum, potissimum tamen iecoris: unde à Græcis ἡπατοσκόποι, vt & σπλαγχοσκόποι vocantur: considerabant tamen etiam cor: sed omnium maximè vt dixi iecur. Aruspices etiam Latinè dicuntur arioli. Nam arioli nomine non tantum censetur, qui per furorẽ futura profatur, sed extorum inspector. Denique in vetere lexico scribitur ariolus ἀεφῆτης, θυσοκόπος, βωμοσκόπος, φοιβητής. Viuarium locus est conclusus, in quo viua sunt animalia. Hieronymus, LXX, inquit, *transulerunt, quod nos viuarium, vel conclusum locum dicere possumus.* In iurifconsulto quænam est salix munda, cùm scribit, *& salicis munda annua librarum singula millia?* ego eam existimem, quæ omni spurcicia & frondibus liberata & purgata est, apraque est ad viendum & alligandum: vt cùm ex harundine iuga fiunt, aut pedamenta adminiculaque vitium. Qui à Græcis æther vocatur, meo iudicio commodissimè & elegantissimè à M. Tullio in libris de Natura Deorum, ardor & feruor (vtroque enim verbo ytitur) appellatur: quæ significationem verbi Græci efficacissimè reddunt & plenissimè, refragante tamen Aristotele. His duobus modis ab eo vocabulum Græcū explicari comperiet, qui non oscitanter leget. Quem Neptunum putat idem Tullius à nando dictum, alij à nubendo id est à tegendo dictum credunt: quod nubat, id est, regat mare terram: ac eorum fortasse probabilior est sententia. In illo apud Ciceronem antiqui poëtæ versu,

5

10

15

20

25

30

35

*Iamque mari magno clas̄sis cita textitur,*

significatur mare Mediterraneum, quod magnum à Latinis vocabatur. Isidorus, *mare magnum est, quod ab occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cetera maria in comparatione eius minora sunt.* Plinius lib. 9. *Intrant è magno mari pontum verno tempore gregatim.*

*Donec me flumine viuo Abluero*

dixit Maro de purificatione, quæ aquam viuam desiderat, non pluuiam, aut stagnantem, aut torrentem: & fluuius duplex dicitur, torrens & iugis ac perennis, qui idem viuus vocatur.

Aristoph. R. A. n. 2.

L. Caius sen. ff. de ann. leg.

Cic. lib. 1. de Nat. Deor.

3. de Nat. Deorum.

Cic. 1. & 2. de diuinat.

Isidor. lib. 13. cap. 16.

Plin. li. 9. c. 15.

2. AEN.

X

= & pon

8. AEN.

Isidor. lib. 13. cap. 21.

seruius in 8. AEN.

— & pontem indignatus Araxes,

non ab re dictum est à Marone. Nam, vt refert Isidorus, cum Alexander cum transgredi vellet ponte fabricato, tanta vi inundauit, vt pontem dirueret. Seruius notat id Xerxem conatum fuisse facere. Hos è paniculis vndique collectis centones consuebamur, quibus si purpurati offenduntur, iuuabuntur sagati & malè vestiti: vt huic vesti cum calceo lunato non conuenit, ita familiaritas erit cum perone & focco.

Donarium, lallare, thus quomodo adolebatur, bustum, Hippocratis iusiurandum. CAPVT XXI.

DONATIVVM, stipendium est non debitum militi, sed liberaliter donatum, vt ob victoriam, aut adoptionem Cæsaris, aut auspicia imperij: dabatur, vt apparet, & auctoritatis in ipso tirocinio, vt militaturis: Hieronymus, ecce donarium quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant. idem Hieronymus eadem epistola in Persio,

— & iratus mamma lallare recusas,

lallare accipere videtur de nœnia nutricum, quam infantibus occinunt potissimum cum somnum eis conciliant, vnde lalli somniferos modos, Aufonius dixit, vt antè dixi: verba Hieronymi sunt, forsitan & laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mamma lallare congeminet. Ista enim congeminiatio nequicquam aliud est, quàm eiusdem carminis iteratio. alij vocem esse qua nutrix ad lactandum inuitet aiunt: nobis gallis inde la, vox adhortantis est. Ritus is erat in thure adolendo, vt duobus digitis in aræ flammam imponent. Hieronymus, non est tantum in eo seruitus Idoli, si quis duobus digitulis thura comprehensa in bustum aræ iaciat: bustum autem aræ vocat eius focum, vbi ignis accenditur: pars quoque quædam aræ vocabatur altare, quæ ei imponebatur, à Græcis ἄπιβα-

Aristophanes vespis.

Laetantius lib. 1. c. 20.

Aristophanes vespis.

3. AEN.

meus exponitur. Aristophanes de thure adolendo, — ὡς ἄρ' ἰβανωτὸν ἄπιπθεις νεμυία. Laetantius lib. 1. Colunt enim thure ac summis digitis, quæ sensibus intimis colere debuerunt. Scylaceum renidens ab Hieronymo, vt ab Aristophane, ἐλέπων ἄρ' ἰβανωτὸν καὶ ῥαμα dicitur. Nam quia scylaceum naufragijs periculosum erat: vnde & nauifragum scylaceum dictum est à Marone, ita diuus Hieronymus est locutus, in quo tamen cōmodius legeretur scyllæum à Scylla. Vnde, inquit Hieronymus, & sapiens vir Græciæ Themistocles, cum expletis centi & septem annis se mori cereret, dixisse fertur, se dolere, quod tunc egredere-tur è vita, quādo sapere cœpisset. Quod de Themistocle scribit, alij de Theophrasto cōmemorant. Itaque vel memoria vacillauit, vel Codex nominis

alterius

alterius summauione falsus est, quod libētius crediderim. Scitum est, inquit Hieronymus, illud oratoris Domitij, cur ego te, inquit, habeā vt principem, cum tu me non habeas vt senatorem? defecisse videtur Hieronymum in personæ nomine memoria. omnes enim hoc dictum Crasso oratori, non Domitio attribuunt. Orariū in diuo Hieronymo, multis videtur esse lin-teum quo ori fauemus, vt & apud Vopiscum in Aureliani vita. Hieronymi verba sunt, alioqui ridiculū & plenū de decoris est, referto marsupio, quod sudariū orariūque non habeas, gloriari. συμπίπτα, inquit Hesy chius, φακίλια, ζάχθελα, ὠρέλια ἰδὲ ἱερέων. ita ei est semicinctiū, vt & Diuo Ambrosio de sancto Ger-uasio & Protasio scribenti, quanta oraria iactitantur? quam sententiam ve-riorem puto. Iusiurandum quod libris Hippocratis præpositum est, quo pertineat sic à diuo Hieronymo scribitur, Hippocrates adiurat discipulos suos, antequam doceat, & in verba sua iurare compellit, extorquet sacramento si-lentium, sermōnem, incessum, habitum, morēsque præscribit. eadem de re sic & Largus scribit, Hippocrates conditor nostræ professonis, initia disciplina ab iu- reiuando tradidit, in quo sanctum est ne prægnanti quidem medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur aut demonstretur à quoquam medico, longè præ-formans animos discipulorum ad humanitatem. Has ego ex vberibus arentes spicas vellebam, & in subsidiarijs istis Grammaticorum libellis, velut horreis reponēbā: si quis est subducti supercilij, qui nihil nisi graue & serium probet, alijs censoriam suam grauitatem & seueritatem pascat: hæc non attingat.

Scribonius

Largus in

præfat.

Trans caput iacere, cor facit histrioniam, nec te tribus nodis, calta, mergus, fulica, ardea. CAPVT XXII.

25

FER cineres Amarylli foras, riuoquæ fluenti Transque caput iace, ne respexeris.

Eclog. 8.

non temerarium est, quod ista sic Maro in Pharmaceutria scripsit, sed ex antiquorum ritu, qui purgamenta & februa abijciebant, nec respicere so-lebant: Æschylus, ἢ σὶ γ' ἀπίμως, ὡσπερ οὖν ἀπώλετο πατήρ, τὰ δ' ἐκχέου γὰρ ποτὸν χόσιν σείρω, κατάρματ' ὡς πρὸς ἐκπέμψα, πάλιν δὲ κίβρα τεύχος, ἀερόφοισιν ὄμμασιν. Euripides quoque eo in Andromacha respiciens dixit, vt Maro, εἴτε δ' ὤσφ κεφαλὰς ἐβαλεν κελόν, ἀπὸς τέκεν ποτὲ πέειν. Ea februa etiam interdum in pro-fluentem abijciebant, vt apud Homerum lib. primo in mare in lustratio-ne exercitus,

Æschylus in Choëphor.

Euripid. Andromacha.

Homerus in Iliad.

Οἱ δ' ἀπελυμγίνοντο, καὶ εἰς ἄλλα λύματα ἔβαλλον.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

mortuis inferias defondebant sæpenumero lac: Æschylus, ἔχει μὲν ἡδὲ γὰρ ποτὸν

Æschylus in Choëphor.

γαπό τοις χοδς πατήρ. Ut cor histrioniam facit, dixit Plautus, quod est gestit, mouetur: ita Æschylus eodem modo, ὀρχεῖται δὲ καρδία φέβω, id est saltat cor metu, quod est mouetur.

*Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,*

*Necte Amarylli modo, & Veneris die vincula necto.*

ex antiqua veneficiorum & cantionum consuetudine id scriptum est. nam in his numerabant nodos, vincula, & necessitates: Synesius, ἐγὼ γέ τοι καὶ ἐπεδωκὼ οἶδα, καὶ κατὰ δέσμιαι, καὶ κατὰ ἀνάγκαι, αἷς δὲ εἰκὸς ἀντισχεῖν ἔδδ' ἐπεδωκὼ βραχὺ πῶ γαλάτεια. Quærunť grammatici apud Maronem quod coronamentum sit. calta, cūm scribitur,

*Mollia luteola pingit vaccinia calta.*

& conuenit è Plinio esse violę genus, quod tamen non perinde notum est: ego sicut de meo vix quicquā inuenire possum, sic possum de alieno hunc in locum aliquid conferre. Nam reperio in antiquo lexico Caltam esse buphthalmion, cuius luteum esse florem omnibus ferè constat. eo in libro etiam reperi vaccinium, de quo iam liquet, esse anchusan & hyacinthum. sed nos alia confectabimur. Summis auctoribus aliquando parum inter se conuenit in explanatione & conuersione verborum Gręcorum: quod ex Arato perspicitur potest. quod enim scribit,

Καὶ δ' ἀν' ὄντι ξηρὴν ὁ ἔρωδιος ἔχει κόσμον, id Virgilius vertit,

*Cum medio celeres reuolant ex aquore mergi. Cicero,*

*Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti.*

ita Erodus Maroni mergus est, Ciceroni fulica: Plinio, vt & Auieno, & alijs ardea. sed & in eo quod sequitur, καὶ ποτὲ καὶ κέρφοι, Maro vertit,

*— notasque paludes*

*Deserit, atque altam supra volat ardea nubem. Auicenus,*

*Mox picturati conuertit pectoris artus.*

*Sturnus edax, premat ut tennes vis obuia plumas.*

ita cępphus Maroni est ardea, Auieno, quod mihi permirum videtur, sturnus, alijs fulica, quę larus est Charisio, vt larus alijs gauia. Cūm autē Virgilius, *In sicco ludunt fulicę, ait, αἰθρῶν* significat, quam mox nominat Aratus, alij mergum malunt vertere. Nunc operę non est plura persequi, & hæc alios admonere possunt, & pleraque alia, vt libros Latinos diligenter ad exemplar Gręcum exigant atque comparent.

*Hama, Iuuenalis explicatur, sipo ad incendia, locusta.*

CAPVT XXIII.

*L. 3. de offic. pref. vig.* IN titulo præfecti vigilū solet quæri, quę sit hama, cūm scribitur, sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calcea-

calceatum cum hamis & dolabris: ego hamas vasa aquaria rotundioris formę, & ventris globosioris interpretor, quibus ad extinguenda incendia solebant vti. forma intelligi potest è versu Columellę de cucurbita,

*Li 10. de cul- tu hort.*

*— sine globosi*

*Corporis, atque utero nimium quę vasta tumescit,*

*Ventre leges medio: sobolem dabit illa capacem*

*Narycia picis, aut Actai mellis hymetti,*

*Aut habilem lymphis hamulam.*

hamulam tamen in libris Regum interpret pro φάλα reddidit. Plinius quoque in epistolis aduersus incendia hamę meminit: & alioqui nullus, inquit, usquam in publico sipo, nulla hama. apud Iuuenalem quoque, *Dispositis prædiues hamis:* metu incendij scriptum existimo. Sed hęc fortasse roget quis, cur siphonis mentionem fecerit Plinius? ac fortasse aliquis putet salientem aquę ductus significari: quod non existimem. sed potius instrumentum aduersus incendium comparatum. nam urbem aquam habuisse verisimile est: sed defuisse compescendo incendio instrumenta. eam interpretationem mihi persuasit Hero mechanicus, qui in libro *πνευματικῶν* rationem & fabricam docet siphonum aduersus incendia. nam siphones conficiebant, & in urbibus habebant, qui altissimè in ipsa vsque ædium fastigia aquam exprimebant & eiaculabantur. subscribit & huic sententię Hesychius his verbis, σίφων ὄργανόν τι εἰς πρῆξιον ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρημοῖς. sed & locusta dicebatur, vt in lexico antiqui critici, in quo scribitur, *locusta ἀκρίς, ἀσπίς, κάρατος, καὶ σίφων ἐμπρημοῦ.* Cæterum aduersus incendia Augustus septem cohortes vigilum constituit, quarum singulis binas vrbis regiones attribuit: hę autem cohortes è libertinis erant, vt scribit Strabo, & vt relatum est ab Vlpiano. qui sex annis inter vigiles Romę militauerat, ius Quiritum consequabatur lege Visellia: qui tribus annis, etiam postea senatusconsulto, si quis fortè inter illos vigiles libertinus Latinus esset. Quod ait Iurisconsultus, debere præfectum vigilum errare cum dolabris, id interpretor ad diruendas & demoliendas domos, vt ruina aliquarū incendium reprimatur, ne longius euagetur. Sic apud Salustiū minatur Catilina se incendium suum ruina extincturum, ad consuetudinem respiciens hominum, qui sæpe demolitione & ruina magnum incendium compescunt.

*Plin. de colle- gio fabrorum Nicom. li. 10. epist. saty. 14.*

*Hero li. πνευ- ματικῶν.*

*L. 3. ff. de of- fic. pref. vig- serabo lib. 5. geogr.*

*Salust. in Catil.*

*Manales lapides verrere, Orci ostium, mundus lucens, mapalia fecistis, mullei calcei, alutacinati.*

CAPVT XXIIII.

Y 3 MANA

*Festus lib. 11.* MANALEM lapidem scribit Festus existimatum orci ostium. Nam veteres, cum animas ad inferos omnes descendere putarent, multis locis ostium orci esse putabant, ut qua spiracula erant, quæ odoris foeditate & grauitate animam adimebant & extorquebant. Sic in Auerno lacu ostium esse orci credebant. Cicero 1. Tuscul. è vetere poëta,

*Inde in vicinia nostra Auerni lacus,  
Vnde animæ excitantur obscura umbra, aperto ostio  
Alti Acherontis, falso sanguine mortuorum imagines.*

scio equidem vulgo in Cicerone scribi, *falso sanguine*: sed falsum sanguinem à poëtis antiquis dictum cum repererim, contra medicorum ratio-  
*Lib. 6. c. 2.* ritas, quam vitium scripturæ receptæ valuit. Ennius apud Macrobi-  
*Trinum. Sc. Minus. quindecim.*

*Neque misera lauere lachrymæ falsum sanguinem.*

Sciendum autem veteres illis in locis, in quibus ostium Acheruntis esse crederent, solitos esse potissimum necromantia uti, quod inde excitari  
*Lib. 6.* animas Acherunte, & huc redire crederent. Sed & in locis pestilentibus  
*Trinum. Sc. Minus. quindecim.* ostium orci esse dicebant: Plautus,

*Acheruntis ostium in nostro est agro.*

Lucretius,

*Ianua nec puteis orci regionibus illis  
Credatur,*

Dicebatur & manium postis, ut alio docemus loco. Erant & lapides ma-  
*Lib. 20. c. 2.* nales, qui trahebantur pluuiæ causa. Fulgentius, *Fibræ iecoris sandaracei co-*  
*Eulgentius de vocibus anti-* *coloris si fuant, manales tum verrere est opus petras, id est, quas antiqui solebant in-*  
*quis.* *modum cylindrorum per limites trahere pro commutanda pluuiæ inopia.* Mun-  
dus interdum terra est, qui quidam est mundus inferior, ut cum veteres  
mundum patere dicebāt: quin & tum terræ partem inferiorem patere cen-  
sebant, ut mundus potius subterraneus intelligeretur, qui alio tempore

clausus esset, ut maria clausa esse dicuntur & aperta. Mundus autem eti-  
*Cic. in Timæo* am cælum est, qui mundus est superior, & à Cicerone in Timæo appella-  
*Festus lib. 11.* tur mundus lucens. Mapalia eodem in libro casus punicas explicat Festus,  
in quibus quia nihil est secreti, solet solutè viuentibus obijci hoc vocabu-  
lum. hæc Festi verba magno possunt esse auxilio ad exemplanandum Se-  
*Senec. de mor-* *secund. Claud. Cas.* necæ locum adhuc hominibus Latinis obscurum. Ego, inquit, P. C. inter-  
*rogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis:* quod est, vos dissoluti fui-  
*35* stis, & à disciplina recessistis, inconditeque & perturbatè omnia egistis.

magalia autem & mapalia antiqua vocabularia *καλόβας* interpretantur. Eo-  
dem libro Festus mulleos calceos regum Albanorum, deinde patricio-  
rum fuisse dicit, quos à mullando, id est suendo appellatos refert. Quid  
tamen

tamen si vocati sunt à rubro mulli colore, cum purpurei essent. Id equi-  
dem verius putem, & ab Isidoro scriptum est, cui fauet Dio, qui rubros  
calceos vocat. Nam de ijs sic in Iulio scribit, *τῆτε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέροι ἐν πᾶ-*  
*σιν ἐνηβρύνετο, ἐπὶ τῆ ὑποδέσει, ἐπὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε ἐπὶ ὑψηλῆ ἐρυθροχρόα καὶ τὰς βασι-*  
*λέας τὰς ἐν τῆ ἄλβη ποταμνομήδης, ὡς ἐπὶ παλαιῶν σφίσι ἀφ' Ἰέλιον, ἐλθῆτο.* Hic  
Dio regum Albanorum calceos fuisse dicit, gestatosque à Cæsare, quod  
ad Albanorum regum genus stemma familiæ per Iulum referret. Qui  
magistratum curulem cepisset, inquit Cato, calceos mulleos alutacinatos  
gessisse, cæteros perones. alutacinatos autem participium fictum à verbo,  
quod in vsu non sit, formato ab adiectiuo alutacinum existimo. ut enim  
dicitur ab vncus vncinus, vncinatus, quidni ab aluta alutacinus, alutaci-  
natus diceretur? Denique ut ab albus albatus, sordidus sordidatus, ater a-  
tratus? alutatos alij censent emendandum. Scribit ibidem Festus molle-  
stras esse pelles ouiles, quibus galeas extergebant: si quid veniæ viri acqui-  
darent audaciæ & temeritati, affirmarem esse legendum *μηλωτάς*  
enim Græci vocant ouium pelles. In dictione autem moenia, quæ affert è  
Neruularia Plauti, ea extant in Sticho.

*Hygginum, Byssus.*

CAPVT XXV.

DE hygino video quæstionem esse non leuem inter doctissimos vi-  
ros, cum alijs herba videatur esse, alijs tincturæ genus. Ego quid de eo re-  
pererim, hic perscribere non grauabor. Igitur & herbam & tincturam esse  
puto, cum ex ea herba color purpureus fucetur atque tingatur. Hesy-  
chius scribit, *ὑσγινὸν θάμμα πῖ*, neque præterea quicquam: interpres Nicandri, *πὸ*  
*ὑσγινον*, inquit, *φουπὸν ἔστι ξανθὸν ἰσὺ χροάματι, ὅθεν ἐπὶ ὑσγινόβαφῆ τὰ ὑπ' αὐτῶ βαβαμυδία.*  
Ita tinctura est Hesychio, interpreti Nicandri herba vnde pannus infici-  
tur. Esse autem tincturam & plantam cognomines, quid vetat? Suidas  
hyggen herbam esse dicit, vnde & hygginum tingatur. *Fiunt*, inquit Vi-  
truuus, *etiam purpurei colores infecta creta rubia radice ἐπὶ hygino, non minus*  
*30* *ἐπὶ ex floribus alijs colores.* Plinius, *causa est quod hygino maxime inficitur, ru-*  
*biámque cogitur sorbere.* Et lib. 22. *Hyacinthus in Gallia eximie prouenit: hoc*  
*ibi hygginum tingunt.* Hæc Plinij verba indicant hyggen, hyacinthum esse,  
vnde factitius color fucabatur, quem hygginum vocabant. Apud Pausa-  
niam in Phocicis esse videtur coccus. sic enim scribit, *πῶ δὲ θάμνον τὰ ὑπὸ*  
*35* *Ἴωνες μὲν ἐπὶ τὸ ἄλλο ἐλλιωτικὸν κόκκον: γαλάται δὲ δι' ὑπὸ φρυγίας φωνῆ τῆ ἑπιχρωσφί-*  
*σιν ὀνομαζομένην ὑσγιν.* Byssum autem interpretantur linum tenue, rufum, co-  
loremque auri imitans, & splendorem atque fulgorem: reperitur & in  
pinna marina mollissimæ lanuginis tenuissimæque & delicatissimæ. Repe-  
rio etiam byssum colorem purpureum esse, & byssinum esse hygginum.



Hesychius, βουσός, γράμα ἀντι τῆς ὕσσης τῶν ἀλαμβανόμενων

Litem suam facere, tessera. CAPVT XXVI.

I V D E X inquit Vlpianus in tit. de iudiciis, tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit: tunc autē, ut idem tradit, veram litis aestimationem præstare iudex cogitur: videtur tamē etiam litem suam fecisse, qui ad constitutum tempus in comitium non venerat, cum iudex esset datus, aut sumptus. Id ex oratione C. Cintij cognoscitur, cuius ego verba eò libentius adiungam, quòd ipso Latinæ orationis in-  
 corruptæ & in affectatæ gustu suauissima hominibus fore credam. *Inde, inquit, ad comitium vadunt, ne litem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant.* Eo igitur tempore iudex, qui ad causam iudicandam non venerat in comitium, litem suam faciebat, quod est, ut opinor, multabatur & condemnabatur ijs cuium erat negotium. In eodem titulo scribit idem, *si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit*: id ego sic interpretor, certus erat Romæ hominum numerus, quibus frumentum dabatur de publico, ut è Tranquillo intelligi potest, qui ita in Julio scribit, *atque ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit.* Iulius igitur numerum eorum, quibus frumentationis ius erat, diminuit: ex ijs autem, quibus frumentariæ tesserae erant, aliqui eas vendebant. Erant porrò tesserae olim frustilla lignea quadrata, certa insignita & notata forma, quæ dabantur ijs, quibus ius petendi erat frumenti publici. Tessera enim à verbo Græco τέρσα dictam esse puto. Scribit Plinius tessera aptissimum ligustrum. lignum enim eius molle & tractabile eis accommodatum erat. Polybius de tessera militari scribens, *πλατεῖον* appellat, quòd taleola esset vel tabella lata inscripta: sed & *ξύληφρον* ab eodem vocari videtur. Itaque, quanquam mutata forma & interpolata multis fortasse modis nomen tamen retinebat: sed & eo verbo tandem figura senum laterum censerī cœpit, quæ cubus dicitur: quin & tesseras, quas spargebant Imperatores, *σφαίρα*, id est globulos vel pilulas, Dion appellat: vsque adeo à prima figura recesserant. Idem denique interdum *σύμβολα* vocat, quòd signa quædam impressa ad aliquarum rerum significationem haberent. Inueni & tessera declarari *σύμβολον σιωποῦντος χαράκων*, ut tessellatum *ψηφιδέτημα*, quod de pavimento accipiendum est.

L. si filius f. ff. de iudic.  
 Apud Macro. 3. Sator. c. 16.  
 L. sed est. §. si liberis.  
 C. 41.  
 Plin. lib. 16. c. 18.  
 Dion in Nerone & in Tito.

In Daphnide vno, mola, fragilis, verbenæ, flamma in sacris orta, bonum sit. CAPVT XXVII.

MARO

MARO scribit, *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum:*

& Ouidius,

*— quid in hospite regia virgo Vritis?*

id est, quid succensa es eius amore? vterque de industria affectauit locutionem Theocriti, *ἐγὼ δ' ὅτι δάφνιδι δάφνας αἴθω*. quod equidem obseruatione dignum putavi.

*Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros,*

idem Maro è Theocrito vertit, ac molam *ἀλφίτα* appellauit: propriè tamen est hordeum torrefactum frictum ve. exponitur enim ab antiquo critico *κρίθῃ πεφρυγμένῃ*. fragiles autem lauros credo ex eo vocauit, quòd inter vrendum fragorem & crepitum edunt. nam in ea significatione fragilis interdum ponitur, ut à Lucretio,

*Et fragiles sonitus chartarum commeditatur,*

& nulla æquè magno sonitu res crematur ac laurus, quod & Theocritus, è quo interpretatus est Maro, dixit, *χ' ὡς αὐτῆ λακῆ μέγα καπνέλαρα*. Nam cum quæ franguntur, crepent, fit proinde ut & fragor interdum sit sonus, & fragilis sonans. Si quis tamen fragiles, quæ facillè franguntur, vel ob siccitatem, vel ob gracilitatem esse contendat pertinaciter, potius in partes me trahet suas, quàm vapulem, præsertim cum à Marone alio scribatur loco,

*Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.*

verbenas, autem, *adole pingues* Maroni nihil aliud significat, quàm adole vel frutices, vel virgas & ramos pingues, ut flammam ignemque facillè concipiant, quales sunt pineæ, myrteæ, laureæ, oleagineæ virgæ. nam verbenæ nomen in sacris ita accipiebatur, ut non tantum herbam significaret certam, sed omnem frondem & ramum. Denique antiquus criticus in suo lexico verbenam *ῥαλλίαν* interpretatur.

*— quæ nunc ego limine in ipso Terra tibi mando.*

hoc accipiendum esse arbitror de vestibibus Daphnidis, quas veneficæ terræ se sub limine infodere ad Daphnin pelliciendum dicit: atque ego putarim significari limen ipsius Daphnidis, præsertim cum & id veneficium postulet: quid enim in alio limine exuuiæ defossæ aduersus Daphnin possent? & Theocritus, cuius imitatorum Maro profitetur, idem scribit, de floribus tamen non de vestibibus, ut quidem censent, *τὸ τῆ θρόνα ταῦθ' ἔσπομα ξόν τὰς τλώ α φλιᾶς κατ' ὑπέ στρον*. Ego tamē Maronem sequor, & θρόνα vestes pictas Cypriorum lingua esse censeo.

*Aspice, corripuit tremulis altaria flammis*

*Sponte sua, dum ferre moror cinis ipse, bonum sit.*

8. Eclog.  
 Ouid. 7. Metamorph.  
 8. Eclog.  
 Lib. 9.  
 8. Eclog.  
 Ibid.  
 Ibid.  
 Ibid.

sic

sic loqui solebant, cum bonum optabant euentum, quod & Pharmaceutria precatur: sic & Persius,

sat. 4.

*Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mandens*

*Cæpe, & farratam pueris plaudentibus offam.*

igitur bonum sit & bene sit, dicere solebant, secundum aliquid & profperum optantes & ominantes. Cæterum cum subito vel sponte flamma in sacris & libamentis exiliebat, & sursum altissimè se efferebat, felicissimum erat augurium. Maro lib. quarto Geor.

4. Geogr.

*Ter liquido ardentem perfudit nectare vestam:*

*Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.*

10

Ouid. 10.

Ouid. lib. 10. Metamorph.

Metamorph.

*Flamma ter accensa est, apicemque per aëra duxit.*

Cum autem ait idem Maro,

8. Adog.

*— nihil hic nisi carmina desunt:*

puto intelligi ab eo significari omnia ad magicum sacrificium parata esse, 15 tantum cantiones ipsas & carmina magica deesse.

*Quædam in Varrone emendata, cœna auium, vindex honoris.*

CAPVT XXVIII.

NEMINEM arbitror meliori fide, & religione ac diligentia maiore 20 in antiquorum scriptorum emendatione versatum esse, quàm Victorium. nam quodcumque vsquam hæret, ne antiquitati præscribat, veterè scripturam velut subscripta testatione repræsentat, & rem iudicio hominum relinquit: in quo ea pudoris ingenuitate est, vt de existimatione malitiam 25 mittere, quàm per fucum hominibus os sublinere, & dum famæ consulit, verum opprimere. Ego igitur è vestigijs illis antiquæ scripturæ quædam rimatus mihi videor, quæ non indigna censui hac charta malè conciliata.

Varro lib. 3.

de re rustica

cap. 3.

Varro c. 5. li. 3.

Ergo pro, cum ad Immidium hospitem, lego ad Numidium, vt & lib. 1. Vi- 30 truij reor emendandum. Rursus pro, in hoc tecto caueaque tabulata habeant

ad perticæ supplementum, lego, in hoc tecto caulis, quæ caulis habeat tabulata, aliquod apportat supplementum. vt enim è Græco αὐλή facta est caula: sic è Græco αὐλῆς, facta est caulis, quod constum quoddam paruum est. mouet coniecturam ita legendum vetus scriptura canijs, & creber error scribarum, i, in vicem l commutantium, quod haud rarè notat 35 Victorius. Caulis autem tanquam per diminutionem caulæ elatum erit.

Varro c. 9. lib.

3.

Item pro, potius vetulis quam pullastris, è veteris scripturæ, quæ pullitris 3. habet, reliquijs mendosis & nauosis, conijcio legendum pullinis. Nam à pullo pullinus deducitur: nosque hoc nomen in vernacula retinemus lingua

lingua. Quippe pullos equinos pullinos appellamus: vt & à pullicie pullicinos apud historicos reperimus, quod & nomen nostra retinet lingua expressum. nam pullos gallinaceos pullicinos vocamus. Itè pro, hæ nonissimæ in triclinium genanium introierunt, conijcio scribendum in triclinium 5 cœnæ auium, quod & salua boni scriptoris sententia audere possumus pudenti medijs fidius mutatione, & lubrico scriptorum lapsu c & g alternis plerunque commutantium. Nam genanium & ginaium, quod in antiquis libris reperit Victorius, nugatoriæ sunt & nihili voces, sine vlla vt scindapsus & blityri significatione, neque vnquam fando auditæ. quod 10 autem introductum eorum loco ganearium est, in ganeum procul à cardore Varronis ablegandum est, & lautitijs tricliniorum. Ceterum cœnam auium explico, auium missus & fercula. Item pro, & lux pinguitudini inimica, lego pinguitudinis vindicta, quod est, ea res pinguitudini officit, eamque lædit, & tanquam adimit. Nam vindicta ultio, pœnaque est, & 15 noxa ac detrimentum. Sic M. Actius, vt tu honori maiorum vindex esses: quod est, eorum honore contaminares & violares & tolleres. Quod sumptum ab his, qui quid vindicant suumque asserunt, & manum iniiciunt, proindeque alteri auferunt: nisi quis vindictam pinguitudinis pro liberatione accipiendum censeat, à vindicta qua serui manumittuntur: & apud Plautum 20 honori vindex fieres exponat, honorem manumitteres & liberares, ne tuis tanquam addictus seruiret, & in familia esset: qui sensus in Plauto nec insulsus est, nec à significatione alienus, & fortasse verior. Legendum etiam suspicor. saluunt in aqua: inigentur in flumen aut piscinam. Item pro, quibus in 25 tenebris cum cumulatam positum est in doliis, lego cum hilar impositum est. àλαρ vocabulum est Græcum, quod, vt mihi videretur, hæc operculum doli- 30 orum significat eorum in quibus glires saginantur. vetus lectio est, cum vlar impositum est, quæ quàm proximè ad eam quam centuriamus, accedit: vt vel sine iniuria, vel certè cum venia in hunc velut militarem manipulum adscribi possit. Non deest qui cum molare legat, quod ne prætereundum quidem existimaui: sed nec qui ollare, vt operculum ollæ: atque hæc quidem ex antiquæ lectionis vestigijs coniecta potius quàm affirmata censeantur.

Ibid.

Plant. Trinum. Sc. contra illico.

c. 10. lib. 3.

c. 15. li. 3.

*Maro explicatur, auena, Delus materna, arma, annus inuersus, equina libido, nodus Gratiarum, agger tumuli.*

35

CAPVT XXIX.

TEMPERARE mihi non possum, quominus quædam vel plumis vel subere leuiora his adiungam: sed hoc si faciam, ab huius libri institutione non

ro non recedam, sed vt de fortuna dici solet, constans in leuitate mea ero.

1. Georg.

Dij patri indigetes, apud Maronem continuata scriptura legimus: at ego eam esse arbitror interpunctione distrahendam, Dij patrij, indigetes: quod equidem ex meo sensu pronuntiare non auderem, sed locupletis auctoris

In epist. ad Valer. Theod. & Arcad.

fide id facere posse merito videor. Is Symmachus est, qui hunc Maronis locum æmulatus sic scribit, Ergo à dijs patrijs, à dijs indigetibus pacem rogamus. Sunt autem dij indigetes, qui à Græcis δαίμονες vocantur. Fulgentius, Dæmones dicti sunt, ideo & apud Romanos indigetes.

Lib. 3. mythologic.

— Et Delum maternam inuisit Apollo,

4. AEn.

non de nihilo dixit Maro. nam vt scribit interpres Pindari in Pythia, adultera Diana Dicten in Creta occupauit, Apollo Lyciam: Delon, in qua nati erant, matri Latonæ concesserunt. his ego meis friuolis magnum non pono pretium, sed otium fallens & animi molestiam ista vt in mentem veniunt, sub acumen calami subeuntia chartæ illino.

1. Georg.

Expectata seges vanis elusit auenis.

valer, vanis elusit culmis, & stipulis frugem non habentibus. Diuus enim

D. Ambros. de penitentia.

Ambrosius sic exponit, cuius hæc sunt verba è libro de poenitentia, Atque utinam hanc stipulam in messe, hoc est inanem auenam fructus mei non abijciat.

1. Georg.

Cùm tamen scribit Maro:

— & steriles dominantur auenæ:

Symmach. in rel. ad Valer.

herbam segetes necantem Symmachus intellexit ita scribens, Nec rubigo segetibus obsuit, nec auena fruges necauit. Pro his nauci non daret suum Afranius, nec ciccum Plautus, si in sigillaribus venirent.

5. AEn.

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis,

imitatione Græcorum à Marone dictum est, qui armamenta velaque, & πλά

Theocrit.

etiam vocant: Theocritus, καφότερ, ὃ πᾶσι δὲς ποιεῖοδ' ὄπλα, πλευστικὸς ἔρος.

Quæ simul inuersum contristat aquatius annum,

Horat. sat. 1. lib. 1.

vt Horatius dixit, sic Theocritus περιμυδύει εἰαρος ἡδύ. Sed Horatius brumam intellexit, Theocritus ver. Aratus quoque scripsit, ἵνα κερπέλαι ηὐλίε ἴσ.

Arat. Phæno. Od. 25. lib. 1.

Horatius etiam Græcorum imitatione dixit de lasciuia & amante, iecur

Theocritus in myla.

ulcerosum, quod eam partem Cupido ferire censeatur: vnde Theocritus, χαλεπὸς γὰρ ἔστω θεὸς ἡπὶ τῷ ἔμμοσεν. Sed & Seruius è Varrone ita scribit, Nam

Seruius in 1. Georg.

proprie rubigo est, vitium obscenæ libidinis, quod vlcus vocatur. Egregie autem, vt nihil supra, de libidine effrenata & immoderata scripsit, & libido,

Od. 25. lib. 1.

Quæ solet matres furiare equorum. Nam libidinem equinam, furiosam &

Lib. 1. contra Symmach.

immensam & incitatissimam vocare solebant. Prudentius,

Aduena quos profugus gignens, & equina libido,

Intulit Italia: Thuscis namque ille puellis

Primus adhinuiit simulato numine mæchus.

Hinc

Hinc elegans illa in Pisonem translatio, sic ad illius hanc orationem adhinui- cicin Pisonē. uit.

Segnesque nodum soluere Gratia,

dicitur ab Horatio, quod inter se semper coniunctæ & implexæ sunt. sic Od. 1. lib 3. apud Maronem, corripit in nodum, est manibus complexus constrictum te-

ner: sic Diuus Ambrosius in libro de virginibus scripsit, videres piam ma-

trēm stringentem nodo manus. Iterum, & religiosum quem strinxerat nodum nec

morte laxabat. Seneca de Gratijs, quare tres Gratia, & quare sorores sint, &

quare manibus implexis. Iterum, quid ille confertis manibus in se redeuntiu cho-

rus? Ego ista sciō non plus esse, quàm nœnias: sed hinc aliorum merci

pretium constabit suum. Aui maturus Aletes apud Maronem est senex.

Ausonius, Maturus aui nec rudis diiudicem.

Ambrosius, hæc iunioribus cōuenere annis donec mens aui matura canesceret. so-

let enim pius ille scriptor libenter ex Horatio & Marone aliquid vsurpa-

re, vnde quo sensu poëta dixerit intelligimus. Aggere composito tumuli, non

ab re dixit Maro. Nam prisca tumulos honoratorū multum exaggerabant,

id mortuorū honori accedere existimantes, vt apud Æschylum, πολύχρονον

ἀνεχέει παύρον ἀγροντίας γὰρ. Apud Græcos quoque χυμὸς, & φεχῶμα exponi-

tur, id est sepulchri agger: & χυμὸς ἔστι τὸ τῶ μὲν χυμυδύνη γῆ. Hic tandem

istarum huius capituli tricarum finem faciam, quas si quis ad censorem in

censum deferret, censui censendo esse planè negaret.

Bis per omnes, diateffaron, septem discrimina vocum, summa &

ima chorda, aliquid sufferti canere, infringere digi-

tos lyra. CAPVT XXX.

PROVERBIUM Græcum, quod è fidium harmonia sumptum est,

δὲς ἀγῆ πασῶν, video explicari bis per omnia: cui ego interpretationi non

possum vlllo modo assentiri. puto enim esse bis per omnes, vt chordas

subaudiamus: sic ἀγῆ πασῶν est, per quatuor chordas, quarum tria inter-

ualla continent proportionem sesquiterciam, quæ est quatuor ad tria. tria

interualla sunt, sesquioctaua, sesquioctaua, & defectio, vel vt Cicero ver-

Z discrimi-

discrimina efficiebant vocum, & septem interualla: ac *δὲς δὲ πρῶτον*; bis per omnes, id est bis per octo, quod est per sedecim chordas, quæ perfecta complexio est omnium concentuum, eiusque sunt quindecim interualla.

Horat. sat. 3. lib. 1.

apud Horatium systema est tetrachordum, cum scribitur in Sermonibus,

— modo summa voce, modo hac resonans, qua chordis quattuor ima.

ἡμῶν autem ab eo summa vocatur, *ἡμῶν* ima: ac Latinis, quàm Græcis vocibus uti maluit: & si, quòd studium musices in Græcia florebat, & eorum literis mandatū erat, obtinuerat ut omnia ferè in musica Græcis appellarentur vocabulis. Lyra autem heptachordos erat: vnde fortasse à Marone scriptum est,

6. AEN.

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Fulgent. lib. 3. Mytholog.

Quod tamē aliter explicat Fulgentius, cuius & explicationem subijciam. *habet igitur musica partes septem, id est genera, diastemata, systemata, phthongos, tonos, metabolas, & melopeias: vnde & Virgilius in sexto ait,*

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Ac in lyra septem intensas fuisse chordas de numero stellarum errantium multi censent: sed tamē in ea heptachordum duo tetrachorda efficit, cum media pro indiuiso sit vtriusque. in his autem nervis vnus *λίχουδός* vocatur ab indice digito nomen adeptus, qui nervos citharæ sollicitat. ex heptachordo tamen lyra à Mercurio inuenta, tandem octachordos est facta à Pythagora, ut multi auctores sunt, quorum ista fide scribimus. Itaque si quis fideiussorem desiderat, illi fide sua esse iubebunt. aliquid sufferti canere apud Tranquillum à musica sumptum est. in ea enim soni quidam dicuntur *ἀπικνοί*, alij *πικνοί*: eorumque alij *βαρῦπικνοί*, alij *μεσῶπικνοί*, alij *ὀξύπικνοί*, suffertum enim est, subdensum, & tanquam *ὑπόπικνον*. ut alio me loco recordor dixisse, sed ut eandem fabulam reponere licebat olim Liberalibus, & poëtæ argumenta ab alijs iam poëtis carmine comprehensa tractabant, quid vetat idem me interdum dicere, & idem alijs rationibus & auctoritatibus confirmare? Cum autem genus quoddam modulationis appelleretur chromaticum, quæsitum est à plerisque, vnde ei nomen istud sit positum? quid enim coloribus cum musica? sed ita se res habet: quemadmodum inter nigrum & candidum interiecti sunt alij colores medij: ita quoque hoc genus inter diatonicum & enharmonium esse videtur interpositum: nonnulli ut fuscum inter album & nigrum positum esse: sic chromaticum inter illa duo genera censent. sic enim sæpe vocabula ab alicuius rei similitudine asciscuntur, & translata imponuntur, non è proprietate naturæ ipsorum quæ sito nomine. Adde quod & colores, id est *χρόαι*, etiã à musicis in cantibus ponuntur, ut non tantum vna in re coloris nomine sint vsi mutuo.

Tranquill. in Nerone. c. 20.

dicuntur ἀπικνοί, alij πικνοί: eorumque alij βαρῦπικνοί, alij μεσῶπικνοί, alij ὀξύπικνοί, suffertum enim est, subdensum, & tanquam ὑπόπικνον. ut alio me loco recordor dixisse, sed ut eandem fabulam reponere licebat olim Liberalibus, & poëtæ argumenta ab alijs iam poëtis carmine comprehensa tractabant, quid vetat idem me interdum dicere, & idem alijs rationibus & auctoritatibus confirmare? Cum autem genus quoddam modulationis appelleretur chromaticum, quæsitum est à plerisque, vnde ei nomen istud sit positum? quid enim coloribus cum musica? sed ita se res habet: quemadmodum inter nigrum & candidum interiecti sunt alij colores medij: ita quoque hoc genus inter diatonicum & enharmonium esse videtur interpositum: nonnulli ut fuscum inter album & nigrum positum esse: sic chromaticum inter illa duo genera censent. sic enim sæpe vocabula ab alicuius rei similitudine asciscuntur, & translata imponuntur, non è proprietate naturæ ipsorum quæ sito nomine. Adde quod & colores, id est *χρόαι*, etiã à musicis in cantibus ponuntur, ut non tantum vna in re coloris nomine sint vsi mutuo.

Od. 15. lib. 1.

Imbelli cithara carmina diuides,

musi-

musico hîc dictum non est vocabulo diuidere, vt reor, sed translato: quia qui canunt percurrendo chordas & psallendo, etsi velut per eas partiuntur carmen, tamen id potius audientibus diuidunt, vt antè diximus: at verò musico, vt credo, verbo in Achilleide, infringere digitos lyræ dixit Pappinius, pro digitos flexibiles & faciles docilesque modorum lyræ reddere.

Papin. Achilleid. lib. 2.

Dimachæ, cestri, sicila & sicila, camara, cydali, cydari,

Gellius emendatus. CAPVT XXXI.

UT architectus dicitur, sic obseruavi veteres architectonem dixisse: quod, ne quis vitiosum existimaret, annotandum putavi. scio enim multos suspicatos esse propter Græcorum consuetudinem, loca illa interpolanda esse, cum Græci architectona appellare soleant, non Latini, sed eam librorum constantiam falsi insimulare nec possim, nec velim. Varro apud Nonium, *harum adium summa atria confutabant architectones*. Plautus Mostel. vt in veteri exemplari reperi,

Apud Non. in Confutare: Plaut. Mostel. Sc. Melius hoc anno.

Nam sibi laudasse hasce ait architectonem.

Neque verò nouum aut insolens Latinis ab vsitatis linguæ suæ verbis discedere, sed & Græcis uti, & ea sæpenumero interpolare. sic *γελῦπαι* gryphes, atque adeo picos magis immutato verbo, Nilum Melonem, Atlantem Telamonem dixerunt. sexcenta sunt eiusdem generis quæ memorari possunt, in quibus Latini nonnihil à Græca formula recesserunt, & nonnihil voces luxarunt. veruntamen non putem tantum eos sibi permisisse, vt dimichas pro dimachis dicerent, quæ vox turpiter deformata est in historijs Q. Curtij Ruffi. sic autem vocabantur milites duplici genere pugnæ habiles, vt & ex equo & pedibus pugnare possent. ex eo enim nomen inuenere. hi & *ἀμικκοί* vocabantur. sic enim de ijs grammatici Græci scribunt *διμάχαι οἱ λεγόμενοι ἀμικκοί, οἵτινες ὄτε μὲν πεζῶν, ὄτε δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται*. nec in Gellio rectè legitur ruministor, cum emendandum censeam *runæ cestri*. Cestrus enim Græcis verutum significat, cuius teli etiam apud Liuuium mentio est. sic in eodem Gellio legendum censeo *mesancyla*. sic enim à Græcis iacula vocantur ex eo appellata quod in medio hastiliamentum habeant, quod verbum etiam in Pompeio deprauatum est. in eo enim *mesancilum* legitur, interpretaturque genus teli missilis. In eodem Gellio sibynæ lego, non scibones: genus enim hastæ est Græcis. Eo verbo vsus erat Ennius,

Illyrij restant sicis sibynisque fodentes.

Apud Festum lib. 17.

Sunt & sicilices apud eundem hastæ habentes spicula lata, Festus hunc Ennij versum affert, *Incedit miles vulgo sicilicibus latis*. in antiquo lexico sicila exponitur *σμίλη ἀρβήλιον, σμίλη χαρποτόμος*. Sicilum *ἔυρον ακυτέας*, quæ ego adscripsi ob affinitatem vocis. sed & pro climaculis lego clunacula. clunaculum autem, vt inquit Pompeius, culter sanguinarius

Sell. lib. 10. cap. 25. Fest. lib. 3.



narius vocabatur, vel quòd eo clunes hostiarum diuiderent, vel quòd ad clunes penderet. in eo malè clunadum legitur pro clunaclo. Et quoniam hunc Gellij locum attigi, accedet huic loco quædam indebita pensio de nominibus nauium, quæ in eo corrupta censeam: quanquam perquam vellem mihi subsidio essent antiqua exemplaria, in quorum inopia, quid mihi aliud relinquitur, quàm coniectura exilis & lubrica? hæc igitur quæ dicam, pro certis non affirmabo, sed vatum similis hariolabor. pro renunculis legerem libentissimè lenunculi. Cercuri naues sunt, quæ nomen habuerunt à Corcyrensibus, vt grammatici Græci suspicantur. sed & quas Græci vocant *πρωγες*, putauerim legendum, non *πρωγες*. moxque, vel *πρωγες* *πρωγες*. Rursum *horiola*, *stlata*. de catis enim nihil quicquam vnquam legi:

*Caper de orthographia.*

*Iuuenal. sat.*

erat autem *stlata* nauis piratica. *Caper*, *stlata* sine *c* litera scribendum est, à *stlata* rate piratica. in antiquo lexico scriptum extat, *stlata* *πρωγες* *πρωγες* *πρωγες*. hinc fortasse *stlata* purpura dicitur à satyrico hoc versu,

*Spondet enim tyrio stlataria purpura filo,*

purpurea vestis velut piratica & latrocinans, cuius splendore spoliatur & falluntur venditores, diuitem censentes, qui eam gestat: vel potius fallax & deceptrix, & irridens exponetur, quòd eo vestimento homines decipiantur. *stlata* enim in antiquo lexico exponitur *πρωγες*. In mareplaris animi pendeo, parumque abest, quin putem Salustium à Gellio malè intellectum. videtur enim Salustius dicere cohortem, quæ *fasello* vehabatur, à prædonibus, cum mare placidum esset, exceptam fuisse: Gellius intellexisse videtur mareplacida à prædonibus circumuentam fuisse.

*Apud Non. in Myoparo.*

*Gell. lib. 10. c. 25.*

Salustij verba sunt è 3. historiarum, & fortè in nauigando cohors una grandi *fasello* vecta à cæteris deerrauit, marique placido à duobus prædonum myoparobus circumuenta. legisse videtur in Salustio Gellius mareque placida. Sed nimirum ipse calumnior, & librorum errorem Gellio adscribo, in quo cum scribatur, *Caupulica*, *mareplacida*, *cidarum*, emendandum existimo, *cydali*, *camaræ*, *phylacides*, *cydari*. *Cydali* & *cydari* nauium nomina extant apud Pollucem: *Camara* apud Arrianum & Strabonem: *phylacides* commenti sunt mei & inuenti, à custodia naualis exercitus. Sed nuntiatia, *mædiæ*, *mediæ* & *intempestæ* noctis tenebras exuperant. pro his *acatia*, *hemioliæ* legendum puto, quæ nauium genera Græcis sunt notissima, & veterem scripturam quam proximè ad emendationem meam accedere audio. *geseoretæ* in vitio quoque sunt: *gestoria* lego, vt enim à

*Plant. Mer. cat. sc. 1. Duds res.*

Plauto dicitur nauis geraria: *gestoria* quoque à gerendo nomen habebit, vt *vectoria* à vehendo.

ADRI-



ADRIANI TVRNEBI AD-  
VERSARIORVM LIBER  
VIGESIMVS.

10 *Nebulas Helicone legere, nimbatus, candidus umbo, nubigeri chypei, aceto lotus, varro, vidulus, & alia explicata in Persio. CAPVT I.*



N satyris Persij multis sanè locis ab interpretibus dissentio, quos omnes nunc commemorare non est huius operæ, quæ defunctoria est, sed interpretationis iustæ. ex vna tantum satyra quinta quosdam excerpam, quibus confido me planum esse facturum, meritò me in alia omnia, vt in senatu olim fieri solebat, discedere.

*Grande, inquit Persius, locuturi nebulas Helicone legunt.*

*Persius sat. 5.*

20 Hic nebulas interpretes musas intelligunt, qua interpretationis licentia recepta, nihil erit quod non facillè expediamus, cum omnia quiduis significatura sint: ego potius nugas & inania & nugacia poëtarum figmenta fumis & nebulis similia acceperim, quæ omnia eis in Helicone, quod musarum domicilium est, nasci videntur, quòd Heliconem & musas Heliconis incolas, sæpe in suis poëmatibus appellare, præsertim in principio soleant. nebulæ enim in his rebus poni solent, vnde & nebulones dicti: sed & nebulam pro re nihili Plautus dixit in *Pœnulo*,

*Plaut. Pœnulo sc. Negot. sibi.*

*Cuius ego vel nebula cyatho septem noctes non emam.*

30 sed & nimbum eodem modo pro re friuola & nugatoria posuisse videntur veteres: vt proinde *nimbata* dixerit Plautus vilem & contemnendam.

*Quam magis, inquit, aspecto, tam magis est nimbata & nuga mera. Non tamen me fallit hic ab Isidoro nimbum explicari fasciolam transuersam ex auro assutam linteo, quod est in fronte foeminarum. Simili errore,*

*Isidor. lib. 19. cap. 30.*

*— dare pondus idonea fumo,*

35 exponunt, quæ sit digna incendio, cum paginam & carmen dicat, quo fumus resque leues & nugatoriae verbis amplis & tumentibus dignitatem & pondus assequuntur, id est carmen graue magnique ponderis de re leui. Ait Persius,

*Persius sat. 9.*

*— totaque impune Subura*

*Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo.*

hic umbonem accipiunt, sane inuita Minerua, togam virilem, quo freti nescio: equidem in poeta eam figuram non feram, ut umbonem pro toga dicat: ego sensum esse puto, posteaquam vestem sumpsi virilem, & aetatem militarem attigi, qui enim pretextam posuerant, aetatis militaris censebantur: primis autem stipendijs clypeum gerebant sine omni argumento & insigni candidum, velut e Virgiliano versu notum est,

*En.*

*Ense leuis nudo parmâque inglorius alba.*

*Lib. 5. Silvarum Procreptis ad Crisp.*

eos clypeos appellat nubigeros Papinius,

*Quis tibi tum tenero permisit plaudere collo*

*Nubigeros clypeos, intactâque cadibus arma?*

Toga autem virilis toga libera dicebatur, eamque adepti remotis magistris liberius viuebant. Papinius,

*Ibid.*

*Quem non corrumpit pubes effrena, nouaque*

*Libertas properata toga?*

*Hic campo indulget,*

*Persius sat. 3.*

*Ibid.*

cum dixit, perspicue de ludo, & exercitatione caestri intellexit. hunc alea decoquit cum dicit, alium intelligit alea exhauriri & facultates amittere.

*Ibid.*

Ille, inquit, in Venerem est purris, id est ille in Venerem solutus est & promptissimus, ducta, ut ante dixi, translatione a purri terra. Crassos autem mox dies dicit, eos qui clara liquidaque luce carent, crassumque & concretum habent celum. Inde enim ducta est translatio. illi, inquit, qui sic vitam egere, ubi luxu & nequitia morbos & podagram aut chiragram contraxerunt, grauissime ferunt se eam vitae sectam secutos, quae tota diei nubilo & caliginoso, aut luci paludum nebulis & caliginibus offusae ac tristi similis sit, nec ad veram & illustrem vitam aspirauisse, quam conciliat philosophia, quae discussis tenebris stultitiae, sapientiae lumen ostendit, & nos ab errore in viam reducit. Itaque sero ingemiscunt sibi, id est a se, vitam veram, quam ostendit philosophia, esse relictam. Caeterum Dama nomen seruile est per diminutionem ex Demetrio, ut Menas ex Metrodoro. Is seruus, ubi circumactus fuerit vindictaque manumissus, liber & ciuis habebitur: quod his argumentis probat Persius. Nam sponsor esse poterit, iudex, testis, signator. Cur obsecro te, dicit aurem Stoici acri aceto lotam? nempe quod eius auris exercitata est in dialecticis conclusionibus, cuius artis acri disciplina & acuta instructus, non fallitur captiosis ratiocinationibus: sed eas statim acris eius & acuta auris percipit. Nam acetum pro acumine & prudentia poni, non est nouum nec inusitatum. Plautus,

*saty 5.*

*Ibid.*

*Nunc experiar sitne aceto tibi cor acre in pectore.*

*Ibid.*

Iterum, *Ecquid habet is homo aceti in pectore? Ch. atque acidissimi.*

*Plant. Bacchid. sc. Nunc experiar. Plaut. Pseud. sc. Dulcia atque.*

Subijcit

Subijcit Persius,

*Non praetoris erat stultis dare tenuia rerum*

*Officia, atque usum rapidae permittere vitae.*

*Persius Saty. 5.*

id hoc sensu accipio: solus sapiens liber est, sapientis autem proprium est vita recte uti & officijs optime fungi, quarum rerum scientiam complectitur. eam autem scientiam tradere non potest praetor: proinde ne libertatem quidem. facilius enim praetor consequeretur, ut praegrandes isti militum calones, qui musicam nunquam didicere, recte sambuca, quam vulgo in Gallia harpam appellamus, vterentur. ut enim illi, quia scientia modorum & cantuum carent, sambuca canere non possunt: sic qui scientiam vitae non sunt adepti, officia vitae non possunt recte obire. quare nec liberi esse. Cum scribit,

*Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas.*

*Ibid.*

Stoicorum sermone est usus, qui ne digitum quidem exeri, ut oporet, a stultis existimant. Plurarchus, *ἔργων γὰρ καὶ τῆς ἀρετῆς ὄντων, ὁμοίᾳ ἔστι τὰ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τούτων, ὅσον ἀνδρείας τὸν δακτύλον ἐκείνων.* digitum autem, verbi gratia,

*15*

is interdum viriliter exerit & fortiter, qui alteri denuntiat terrorem, vel se nihil timere digito exerto ostendit. cum scribit, *I puer & strigiles,* ostendit

*Ibid.*

magis esse seruum, qui libidini paret & perturbationi, quam qui dominum habet & seruitutem seruit. Nam si dominus tibi imperarit aliquid, si tamen cessator & nugator es, te imperium herile nihil impellet: at si intus dominae sunt perturbationes, aequè nos plectunt, ac serui cessatores a domino verberantur. Vetus autem interpres, *varo regustatum,* perspicue legit, ubi vare excisum vulgo habemus: ac varones seruos militum interpretatur, qui utique, ut ait, stultissimi sunt. hoc ego eo libentius adscripsi, quod eius auctoritate munitius & firmiter intelligam esse, quod supra constituere tentavi, varronem potius, quam baronem dicendum esse. puto tamen varonem rusticum & stultum significare, a varis vel varris ducto nomine. sic tardi & stolidi parumque ingeniosi, stipites & caudices vocantur. Sententia est huius loci, stultus eris si iurandum colas, & nisi vel periuurio rem quaeras, vix sal tibi quem delingas suppetet: ac salinum tibi, propter salis inopiam, ut micas & reliquias quasdam eius salini conchae tenaciter inhaerentes reuellas, erit penè digitis terebrandum.

*20*

*Iam pueris, inquit, pellem succinctus & œnophorum aptas,*

*Ibid.*

Id est, iam te accingis ad nauigandum, & accommodas sarcinas pueris, vidulum scorteum & œnophorum: sic se comparare solebant, qui aliquo proficiscebantur. Plautus Epidico,

*25*

*Nisi si in vidulo, aut in mellina attulisti:*

*Epido Sc. 1.*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*30*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*35*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*40*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*45*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*50*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

*55*

quod est, nisi si in scorteum eum habes mantica, aut in œnophoro vel lagena

na mellinæ. est autem mellina potio confecta adiecto melle. scio ego videri maximæ doctrinæ viris hîc à Plauto significari melis pellem, quibus nondum assentior.

persius sat. 5.

— Calido, inquit, sub pectore mascula bilis.

Intumuit, quam non extinxerit urna cicuta.

Id est, tu qui navigare paras, mera bile atra percitus insanis & furis, nec urna cicutæ insaniam tuam feruorem extingueret, tantus est.

ibid.

— Tibi, inquit, torta cannabe fulto Cæna sit in transtro?

quod est, vsque ad æonem insanis, vt tibi cannabinis rudentibus sedem fulcire velis cœnanti in transtro vice mensæ, & velis sedentem te sustineri funibus, & duros rudentes tibi sedile esse, qui in elegantibus & mollibus lectis discumbere solitus sis? Ergo fulto non ad transtrum, sed ad hominem referendum est. Nam fultum id quod expressi significat, vel auctore

Plaut. trichost. Qui ma- nec.

Plauto,

Mane puluinum. A. bene procuras, satis sic fultum est mihi.

propertius li. 3. eleg. 7.

Propertius, Et fultum pluma versicolore caput.

persius sat. 5.

Si tamen quis ad transtrum referat, non valde dissentiam. Quincunce modo, cum ait, significat ei fatius fore quincunciali vsura, mediocri que & infra semissem fœnore pecuniam occupare, quam studio maioris qua-

ibid.

stus magnos labores & periculosam navigationem subire. Nostrum est

Quod viuis, cum ait, perinde ast ac si diceret, ego tibi vitæ, salutisque auctor sum, & absque me foret, lubricæ præcipitisque vitæ rationes amplexus, aut duritiam aut parsimoniam secutus fato raptus esses: at impulsu suafuque meo tibi genioque tuo indulisti. Hoc quod loquor inde est, id est, inde proficiscitur mea oratio, vt ostendâ tibi breuem esse vitam nec gaudia differenda, sed primo quoque tempore occupanda. Deos autem depellentes mihi appellasse videtur, qui mala depellunt, quos Græci ἀποσωτῆρες & ἀλεξίμαχοι vocant, Latini etiam auerruncos, vt iam diximus.

— solea puer obiurgabere tubra,

cum dicit, intelligit eum vapulaturum sandalio meretriculæ. tale est illud

Terentianum,

Terentianum,

Vtinam tibi committigari videam sandalio caput.

pers. saty. 5.

Apricos autem senes fortasse dicit apricatione gaudentes: sunt qui intelligunt pauperes, qui cum vnde focum calfaciant non habeant, apricari solent, quod à Diogene factum legimus: & sanè largitio illa fricti ciceris illi hominum ordini magis conuenit. Qui sunt dii inflantes corpora? Isis, verbi gratia, & Serapis: erat enim opinio ab illis dijs morbos immitti. proinde scriptum est in epigrammatis Græcis,

Εἰθάρδα πῶσδ' ἔστιν, ὅσοις κεχόλωτο σὸν ἔργον.

Rur-

Rursum,

Ἦν πιν' ἔχλας ἔρπον διονύσιε, μὴ κατὰ ἐξίση

Τὼ ἴσιν τέ τ' ἔφ, μὴδ' ἔπ' ἀμφικράτη,

Μὴδ' εἴ τις τυφλὸς ποιεῖ θεός, ἀλλὰ σίμωνα.

Hæc ego properanter & cursim & strictim attingi, in quibus vel errant vel conuiuent interpretes.

Samothracius annulus, thynicus, æstiuum aurum, aurum semestire. CAPVT II.

10 LVCRETIVS de magnete differens ferrum alliciente,

Lib. 6.

Exultare, inquit, etiam Samothracia ferrea vidi.

Quæsitum est à grammaticis, quæ sint eo loco samothracia? eorum enim censo eijciendam sententiam, qui de ferreis deorum Samothracum simulachris interpretantur. Ego samothracia ferrea, annulos ferreos dici intelligo: id quamobrem, afferre possum. In Samothrace dicit Plinius genus quoddam annuli inuentum, quo ferrum cingebatur auro, vt ferrum loco gemmæ esset: sed & è mero auro ibi fabricatū esse. Lucretius etiam è mero ferro. Plinij sunt verba, necnon & seruitia iam ferrum auro cingunt: alia per sese mero auro decorant, cuius licentia origo nomine ipso in Samothrace id institutum esse declarat. Isidorus de annulis, samothracius aureus est quidem, sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus: qui & annulum è mero auro thynicum vocat. Thynicus, inquit, purus est, primum in Bithynia fabricatus: affert que molles Mæcenatis versiculos de morte Horatij Flacci, vt id probet,

c. 1. lib. 33.

Isidor. lib. 19. cap. 13.

Lugent te mea vita, te smaragdus,  
Berillus quoque Flacce: nec nitentes,  
Nunc per candida margarita quæro,  
Nec quos thynica lima perpoliuit,  
Annellos, nec Iaspios lapillos.

Hic ego non omitam veterum quibusdam, qui lautiores & elegantiores erant (tantus eorum luxus fuit) annulos duorum generum fuisse, æstiuos & hibernos: ac hibernos putem fuisse maioris ponderis: æstiuos autem leuios. Iuuenalis,

Iuuenal. sat. 1.

Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum:  
Nec sufferre queat maioris pondera gemma.

35 proinde scripsit satyra septima,

saty. 7.

Semestri vatium digitos circumligat auro.

Annuli enim æstiuus & hibernus semestres sunt. Paris, inquit, histrio, qui multis militiæ honorem largitur, vatibus dat annulos aureos, eosque locupletat.

Locus

FACINVS audacissimum aggredior, hominisque desperati, & ad omnem audaciam proiecti, qui quidem vlcus Ciceronis planè mortiferum sine veterum librorum ope attingere audeam atque curare coner: sed audaciæ meæ veniam datum iri spero, præsertim cum non proposito nocendi, sed adolescentium studia iuuandi tam ancipitem locum tentatura sit. Verba sunt Ciceronis ex oratione pro Sextio, *Alter verò non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto gaui Oleli horreo calatis granis in Calatinos ac Lælios insitus, subito nominibus in tabulas relatis nomen suum de tabula sustulit.* Hæc ego à Cicerone dici interpretor de Sex. Atilio Serrano, qui in tribunatu restitutionem Ciceronis intercessione impedierat, vt & Quintius Numerius tribunus alter. Hunc Serranum se in Atiliorum Calatinorum familiam dicit adoptasse. Iraque videte quo prolabar, ferè putem legendum esse, *ex deserto Gauio Atilij horreo calatis granis.* non enim perspicere possum quid hic illud Lælij valeat, non magis, inquam, quàm cum dicit in Calatinos ac Lælios insitus. Insitium enim vult significare non Lælium sed Atilium esse: vt hinc quoque in Calatinos Atilios pari vecordia legendum esse contendam, sed operæpretium absoluisse non videbor, nisi cur calatis granis dicat, explicaro. de quo sic statuo, Atilium istum Gauianum ex ignobili desertoque vico, in quo Atilij horreum esset, calasse grana, quod est conuocasse & collegisse, vt frugum furtum ei obijciat, vt messorii, sine piaculo videor commemorare posse, me aliquando existimasse hinc legi debere calatis Gauijs, vt eum illius vici calatorem & viatorem fuisse intelligeremus. sed planè quia, & horrei mentio est, & quia translatio non intoleranda est, vt calari grana dicantur, pro colligi (nam qui populum calabat, id est vocabat, in vnum colligebat) granis verius & commodius cenfeo. Sed parum hoc procudam caput propinqui loci emendatione, in quo legitur, *et cum ad fratris salutem à Populo Romano deprecandamque venisset.* lego, deprecandam conuenisset. Quid est in ea oratione paulò post, *cædem maximam facias? forum purges?* an quod cæde tanta facta spongijs sanguinem effinxit? & non putem. an quod cæde forum vacuum & vastum reddiderit? id probabilius est. sic videtur purgare vsurpatum esse à Varrone, *purgatum scito: quoniam videbis Romæ in foro ante lenienas pueros pila expulsim ludentes.* Nam, vt opinor, dicit nullam esse in foro hominum frequentiam: alioqui pila pueri ante lenienas fori non luderent. In eadem oratione, *soluit subito lege curiata consul,* legendum existimo, cum reperiam in antiquo codice *legum curia. illud autem, puteali & feneratorum gregibus inflatus,* meo iudicio valet, quadam putealis & æris alieni procella iacta-

iactatus, & eius flatu impulsus: sed &, *ad columnam adhæresceret,* cum ait, *columnam Meniam intelligit, ad quam ius dicebatur, vt ex oratione pro Cluentio & locis alijs intelligi potest. id etiam ad columnam regiam, quæ est in freto Siculo, referri potest per dilogiam iocularem mox etiam, imaginis ornanda,* lego: non vt editur, formandæ. nam imaginibus honores & magistratus subscribebantur, ijsque titulis ornabantur. Reperi & in veteri libro, *vt illo supercilio mantuus ille tanquam niti videretur:* quam ego scripturam suppressere non sum ausus, etsi vitiosam corruptamque intelligo. quid si mortuus scribere voluit librarius? immo verò quid si mancus? nos id in medio cuiusque existimationi iudicioque relinquimus.

*Pes, pedem facere, vterque pes, prolatus pes, versoria, propter, mataxa.* CAPVT IIII.

HABENT artes omnes sua quædam propriaque verba alijs non vsitata nec nota, sed & loquendi genera: ne longè abeas, quàm in nauigandi arte multa sunt nobis, qui mediterranei sumus, non intellecta. ex his pauca quædam excerpti, reliqua aliorum studio & diligentia relinquo. nec si pauca referam, de me velim quis malè existimet. hæc enim scriptio ex temporalis: penè operæ est, & quicquid in buccam, vt dicitur, venit, in numerum adscribitur: si nihil in mentem venit, libros non circumspicimus, nec per auctores circunferimur, sed caput includimus. Pes in naui, ima pars est veli, id est imus angulus: alij funem accipiunt, quo velum tenditur. inde facere pedem, pro vela tendere dixit Maro, qua forma vela facere dicimus. *Vna omnes fecere pedem.* Duo autem pedes sunt, dexter & sinister. Catullus, *sive vtrunque Iuppiter simul secundus incidisset in pedem.* Sed & proferre pedem, est funibus, & vt Seruius loquitur, podijs, imum veli minus adducere, sed laxius esse sinere, & longius producere. nam pede velum tenditur: aut potius vtranque partem veli æquatam non pati esse, quod fit altero fune reducto, altero producto: atque ita obliquantur veli sinus. Cæcilius, *Venerio cursu veni prolato pede vsque ad saphonem.* Plinius *lib. 2. ijsdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, vt noctu plerunque aduersa vela concurrat.* Nam prolato fune, & sinu veli obliquato, sic colligitur ventus, vt aduersæ naues eodem vento inflatæ possint concurrere. obliquare sinus dixit Maro, pro obliqua vela tendere, vt & ventus colligatur non secundus, & ne de recto auferretur cursu naui venti impotentia. Versoria est apud comicum Plautum funis quo vertitur velum. Nam eos ferre non possum, qui recentem illam pyxideculam nauiculatoriam arauorum memoria iuuentam explicant. verba sunt Plauti,

Hic



Hic ventus nunc secundus est cape modo vorforiam.

Trinimosca  
stafine fac te.  
sc. Neus ado-  
lescens.  
Isidorus li. 19.  
c. 4.

alio loco, Cape vorforiam, recipe te ad herum.  
meam confirmat sententiam, quod ab eodem scriptum est in Epidico,

Utrunq; in alto ventus est Epidice, ex imo velum verritur.

Propedem funem ait Isidorus, quo pes, id est imum veli tenditur: profert-  
que Turpilij testimonium,

Quasi cum ventus fert nauem in mare secundus,

Si quis propedem misit in veli sinistram.

Anguina ad malum antemna constringitur, inquit Isidorus. Cinna,

Atque anguina regit stabilem fortissima cursum.

Apud Fest. l.  
16.

Catapiraten videtur vocasse Lucilius, quam  $\kappa\alpha\tau\alpha\pi\epsilon\rho\tau\eta\epsilon\iota\omega\nu$  Græci vocant,  
perpendiculum plumbeum funiculo aptum ad explorandam & tentan-  
dam altitudinem maris. Hunc catapiraten puer eodem deferet unctum, Plum-  
bi pauxillum rudus liniq; mataxam. Est autem mataxa hinc funiculus: in an-  
tiquo lexico exponitur  $\sigma\epsilon\iota\phi\lambda$ . sed catapiraten & anguinam antè declarau-  
imus. Flectere promuntorium etiam navigationis verbum est, quod signi-  
ficat ad promuntorium flectere cursum & circū nauigare: diciturq; eodem

cic. ad Atticū  
li. 5. epist. actū  
venimus.

modo  $\kappa\alpha\iota\ \mu\omega\sigma\tau\epsilon\rho\ \delta\epsilon\chi\tau\alpha\nu$  à Græcis. Cicero ad Atticum, sed Leucaten flectere mo-  
lestum videbatur de Diuinatione, qui nauigant, in flectendis promuntorijs ven-  
torum mutationes maximas sæpe sentiunt. Nos hæc quoque recordamur antè  
explicasse. Verum hæc satis sint, cum ad gustum potius, quàm ad satieta-  
tem præbere velimus.

cic. 2. de diui-  
nat.

Alligatus, Cicero & Manilius emendati. CAPVT V.

ELEMENTI VNIUS mutatio ita verborum sensum nouat, vt aliam ple-  
runque sententiam efficiat, loco tamen & causæ non consentaneam: &  
cum integra verba reperiamus, sententiam tamen corruptentia, incauti  
in errorem auferimur, de quo non suspicamur, integritate verborum,  
quam sinceram credimus, delusi. Eam de me coniecturam facio, qui mi-  
hi ineptos sensus finxi sæpenumero, dum bonæ fidei scripturam esse reor,  
& eius fiducia inductus insulas sententias comminiscor. Sed operæ pre-  
tium fuerit eius rei exempla duo in vno eodemq; verbo proferre: Cicero  
pro Cluentio, in quo inter allegatos Oppianici nomen primū esse constabat. quē  
non incautum anguis iste in herba fallat? me quidem sæpe fefellit, sed è  
latebra eruetur: legendum enim censeo, inter alligatos, id est crimini ob-  
noxios, criminis affines. quidni enim hanc in sententiam alligatus dica-  
tur? cum apud Terentium legamus, alligare se furti. Cicero ad Q. fratrem,  
sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam & C. Corne-  
lium.

cic. pro Clu-  
entio.

Ennech. act.  
4. sc. 7.

cic. ad Q.  
Fratr. lib. 2.  
epist. scripta ad  
te.

lium. legendum existimo edidit alligatos, nisi quis ad alligatos vno verbo  
scribendum censeat, quod & mihi magis probatur, cum Plinius ad alliga-  
re vsurpet. Cuius tamen melior Isidori sententia videbitur, alligatos  
ita explicantis. Testes sunt à quibus queritur veritas in iudicio: quos quisque an-  
te iudicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut sub-  
strahere se: & alligati appellantur. Tertium addam locum, in quo literæ de-  
prauatio sensui non officit illa quidem, sed historiæ. scribit in Topicis Ci-  
cero, multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, vt Staterio nuper accidit,  
qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito, quibus patefa-  
ctis in iudiciumque prolatis, rei capitalis iure damnatus est. Stalenus eo loco le-  
gi debet, velut ex oratione pro Cluentio patet, vbi scribitur, Noctū Stale-  
nus accersitus ab Oppianico venit. iam cetera nota sunt omnibus: vt cum illo Op-  
pianicus egerit de pecunia: vt ille se redditurum dixerit: vt eorū sermonem omnem  
audierint viri boni, qui tum consulto propè in cubiculo fuissent: vt res patefacta at-  
que in forū prolata, & pecunia omnis à Staleno extorta atque erepta sit. Equidem  
hinc etiam plus persoluam quàm promiseram, nec sinam indignè acceptū  
miserisque modis elegantem poëtam Manilium aliquot in locis ob lite-  
rulam vnam, vt cum in eo scribitur,

Lib. 17. c. 23.  
Isidor. lib. 5.  
cap. 23.

cic. in Topicis.

cic. pro Cluent.

Manil. lib. 7.  
c. 6.

Sic tibi per binas vertex à vertice partes.

20 Iterum,

Et per quinque notant signantes tempora fines.

Ibid.

utrobique enim ter scribendum est. Nam sex interualla sunt à vertice ad  
verticem: vnum à septentrione ad circulum septentrionalem, alterum ad  
reuerfionem æstiuam: tertium ad æquinoctialem circulum: & totidem  
ab æquinoctiali ad verticem contrarium. Spatium autem à polo ad æqui-  
noctialem, vt supputat, quindecim est partium. In eodem quoque poëta  
cum scribitur,

Manil. lib. 1.  
c. 4.

Maioremque Helice maior decircinat arcum.

sine controuersia, arcum, legendum est. Hæc ego exempla posui, vt ani-  
maduerfionem iuuentutis excitarem in euoluendis scriptoribus, vt men-  
das eiusmodi, quæ non attendentibus sic obrepere possunt, obseruarent,  
quas quantopere cauere debeant, quæ posui documento eis esse debent.

Centesima apud Catonem, Iris prima, oleum Romanicum  
praconium, semuncia, nux calua.

35

CAPVT VI.

CATO in capite de oleæ pendentis lege scribit, qui oleam emerit am-  
Aa plus

Cato c. 146.

plius quàm quanti emerit, omnis pecuniæ centesima accedit: quæstionis est, quæ sit ista centesima: an centesima est rerum venalium? & non putem. an centesimæ accessio, quam in redigenda pecunia coactores exigunt? id omnino verius. Cicero pro Rabirio, *utrum accessionem decimæ, ut facere nostri coactores solent centesima, an decessionem de summa fecerit?* meminit mox Cato Romanici olei & viridis, quorum quod tandem discrimen est? ego Romanicū interpretor populare & vulgare oleum, quod commune dicitur, quale Romæ locis vicinis fiebat: id fiebat è bacca caduca, quæ matura erat: viride, quod multo melius, è bacca fiebat viridi, nondumque matura, quæ ex arbore stringebatur & legebatur. præcipit modio oleario mensum dari, vnguinis quoque pondo decem ponderibus modijque domini dari cauet, quibus inungantur modij & pondera. iri primæ dari etiam cauet cotulas duas, ut vasa olearia iridis primæ notæ odoræ imbuta odoratius & melius oleum reddant. *dies argento ex Calend. Nouemb. mensium decem.* coactor non ante decimum à calend. Nouemb. mensum rediget pecuniam, nisi quod præconium præsens est non in diem, festertium nummum quinquaginta. Itaque hîc præconium merces est præconis, qui auctionem oleæ fecit. sed & qui vendit, olei viridis & Romanici certum modum sibi recipit: sed & oleæ strictæ & caducæ modios aliquot. Et quoniam hæc è Catone enucleamus, hîc non omittam annotare, me per tenebras velut palpatem, semunciam superioribus libris, quid apud eum sit, explicare conatum esse. nunc meæ coniecturæ subscribere antiquum lexicon incredibiliter gaudeo, in quo semuncia explanatur, *κενθῆλιον*, id est clitellulæ. In eodem lexico vetere, si ei fides habenda est: eius enim hîc potius scripturam, quàm sententiam nostram proferimus, nux calua, et si hoc aliquanto alienius est, nux est auellana, vel pontica. In eo enim sic scribitur, Caluæ, *ποντικὴ πεφυγιδύα*. Hæc mihi dictabam, cum in horum verborum enodatione aliquandiu hæsissem.

*Trapetum Catonis, orbis, miliarium.*

CAPVT VII.

30

TRAPETVM quo oleæ teruntur, ita accommodari præcipit Cato, ut statuatur ad libellam æquatum, ne quid fastigij, ne quid deuexi habeat: sed ut æquato situ & planicie perlibrata positum sit. id enim librare cum dicit, intelligit. ab labris digitum minimum orbem abesse vult: orbis autem mola est olearia, qua in trapeto olea teritur, qui ita in trapetum cauū conuenire debet, ut labra trapeti eum non tangant nec terant, sed ab eis digitum mimum vndiq; absit. *Ab solo mortarij, orbis cauere oportet mortarium*

ne te-

ne terant: ut diximus, ab labris orbis abesse debere mortarij & trapeti: item abesse à fundo & solo eos oportet, ne terant eius fundum. *Inter orbem & miliarium, vnum digitum interesse oportet.* Miliarium vas est angustum & oblongum milij formam referens: subdebatur autem etiam trapeto miliarium, tanquam fulcimentum, & in eo columella ferrea recta stabat, qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodarique oportebat, ut quod ad latitudinem attinet, inter orbem & miliarium non amplius digitum interesset: quod si plus interesset, miliarium constringebatur, & in arcū adducebatur eius laxitas. Ita operi aptius erat & firmitus. Ita enim quod nimium intererat explebatur, & spatium illud inane minus reddebatur, quod amplius antè hiabat. si orbis sint altiores, nimirum deorsum descendant ad imum mortarij, eis orbiculos supponit, quibus attollantur: eodem modo latitudo temperatur & accommodatur. Nam si lati satis non sint, circumdantur orbiculis ligneis eorum margines, aut armillis, velut rotæ suo cantho. mox sequitur. *summa sumptus DCXXIX. nummi sestertij*, pro trapeto, composituris, vectura, operis, hominibus v, cum bubulcis v i, quæque alia enumerat. Illa autem tota fabrica trapetorum difficultatis non nihil habet: proinde conatus sum, si non picturæ lineamentis eam repræsentare, certè vmbra quadam leuiter designare.

*Quadam in Iuuenale explicata.*

CAPVT VIII.

IN Iuuenale satis esse puto illustre illud, in quo statim initio tamen interpretum, quos plusquam lynceos dicere possis, caligauit acies,

*Semper ego auditor tantum? nunquàm ne reponam?*

Significat enim, ut suspicor, se vicem illis poetis referre velle, quorum recitationibus crebris toties vexatus sit, ne eis sit impune. Reponam igitur valet, vlciscar eos, vicissimque eis gratiam referam recitando poemam meum, quorum toties auditor fui. Theseidem autem Codri, longum poemam de Theseo interpretor multis diebus recitatum, cum instar esset Æneidis Virgilianæ. Lucum autem Martis, qui & in Ponto erat, & Albæ, pro quocunque luco dixit, ad ambitiosas poetarum descriptiones alludens, ut & Horatius,

*— dum locus est ara Dianæ:*

& Persius

*— nec ponere lucum Artifices.*

Thymelen

à trepido Latino submissam sic explico: Latinus mimus erat, & Thymele mima, quæ cum Latino sæpe gestum agebat. Mimi igitur argumentum egit cum ea Latinus, in quo cum ea ut in aliena vxore mœchus penè

Aa 2

depre-

deprehendebatur, vel marito de adulterio aliquorum delatione suspectus erat: sed dolosam & astutam mœcham ad maritum allegavit, quæ ei os sublineret, & periculo Latinum & crimine eximeret. Id igitur faceret Iuuenalis ad extremum iacit ex argumento notissimi illa tempestate mimi: quemadmodum Latinus deprecatrice mœcha est usus, sic pro se quosdam ad delatorem placandum deprecatores mittere. Tale est & illud satyra sexta,

saty. 6.

Quem totius texit perituri cista Latini.

nam in quodam mimo Latinus adulterum egerat in cistam conditum, subito mariti aduentu, ne deprehenderetur & interficeretur.

saty. 1.

— quis fercula septem Secreto cœnauit auus?

cùm dicit, conqueritur de superbia & luxu Romanorum, qui clientes ad conuiuia non adhibebant, nec iam rectam cœnam dabant, sed sportulam, quæ ex eo nomen habuisse videtur, quòd pecunia in sportula diuideretur in atrio domus diuitum. scribit enim,

Ibid.

— nunc sportula primo Limine parua sedet,

vel quòd dari aliquando esset solita cœna in sportula, quod dicebatur: cœnæ autem vice dabatur pecuniaria sportula. Sed quinque, inquit, tabernæ Quadringenta parant: quinque, quas habeo in foro, tabernæ parant mihi censum equestrem. Liuius, pluribus simul locis circa forum incendium ortum: eodem tempore septem tabernæ, quæ postea quinque, & argentariæ, que nunc nouem appellantur, arsere. posset tamen de alijs fortasse tabernis, quod Iuuenalis dicit, explicari.

Ibid.

Lib. 26.

Exostra, mastrucatus, musmo.

CAPVT IX.

IN oratione de Prouincijs consularibus sic excusum extat in editionibus librorum quos quidem viderim omnium. Itaque ille alter, ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in orchestra belluatur, antea post siparium solebat. scio ego ludis senatoribus confessum datum in orchestra fuisse, vt equitibus in quatuordecim: attamen quod in libris antiquis planè dilucideque scriptum est, haud paulò aptius est ad sententiam, cuius, vt opinor, ignoratio locum fecit isti substitutioni emendatorum vulgari. si quid enim ignorant, de vicino mutuam petunt. In antiquissimis libris scriptum est, in exostra belluatur. sic autè vocatur machinali-gnea, qua quæ intus geruntur & fiunt, versatione rotarum spectatoribus ostenduntur, quæ eadè dicebatur ἐγκύβλημα. qui igitur ante velut cum histrionibus & mimis in scena post siparium & velum solitus erat helluari, id iam propalā in exostra remoto sipario faciebat. Numeratur & à Vegetio in machinis militaribus oppugnatorijs exostra, sed nihil ad hunc locum pertinet. est & exostes

Lib. 10. c. 19.

exostes manianum & suggrunda vel proiectum, atque *ἐκ γέφυρας* etiam à Græcis dicitur. In eadem oratione pro, vt nemo posset utrum deterior an infelicior esset iudicare: legitur in iuratis libris, utrum posterior: & in Pisonem, nihil isto est posterius, nihil nequius. posterior enim deterior & ne-

Cicer. de prouincijs cōsul.

Cic. in Pisonē.

quior dicitur. In eadem oratione scribit Cicero, res in Sardina cum mastrucatis latrunculis à propretore vna cohorte auxiliaria gesta. quos mastrucatos latrunculos tandem intelligemus? mastruca vestis erat Sardorum è pellibus, vt verbi gratia, mastrucas appellare possumus luparias hibernas, quibus apud nos nobilitas induitur. Cicero pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit? Montani autem in Sardinia, quod agrum frumentarium non habebant, latrocinari solebant, & campos frumentarios populari: ij pellibus musmonum vel musmonum sese loricabant: proinde mastrucatos dixit scorteis munitos & pellitos.

Cicer. de prouincijs cōsul.

Cic. pro scauro.

Strabo, γίνονται δὲ ἐν ταῖς θαλάσσιαις οἰστροῖς φέροντες αἰγείας ἀντὶ ἐρείας κριοὶ, καὶ λέγονται δὲ μύσμονες. ὡν ταῦς ὀδραῖς θάραξι ζονται: id est, hic nascuntur arietes, qui pro vellere, villum caprinum generant, quos musmones appellant, quorum sese pellibus loricant. In Plinij editionibus genus musmonum lego, in scriptis genus musmonium more adiectionis: in Nonio reperio musmones etiam vocari asinos, mulos, equos breues, quod probatur auctoritate Lucilij, Pretium emit, qui vendit equum musmonem. Et Catonis de Letorio, A sinum aut musmonem aut arietem. Hæc ego etsi curiosius fortasse, quàm necesse erat, inuestigauit (nam scio non multos laborare qualis mastruca fuerit) tamen non omnino inutiliter mihi eruisse videor.

Strabo lib. 5. Geogr.

cap. 49. li. 8.

Apud Non. in Musmon.

Ibid.

25

Sapere, thermopolium, Plautus emendatur.

CAPVT X.

VERBIS commemorari non potest, quantum gratiæ debeant, qui bonorum scriptorum libros versant, vetustis libris, quorum beneficio & ope multa luxata in artus pristinos reponunt, quæ nullo alioqui adminiculo sanari possent, sed in perpetuum fallerent: quo fit vt eorum ignauiam & inscitiam admiret, qui cùm in auctorum interpretatione principem locum tenere velint, nulla tamen vnquam vetera exemplaria consulunt, vltroque qui id faciunt, illudunt & irrident, vaticinarique & insanire dicunt. Quis non ingenuum & natium Plautinumque verè putet illud, quod in Pseudolo scribitur?

30

35

Sed istic seruus ex Caristo hic qui aduenit, Quid sapit? Ch. Vsq̄ue à cunabulis.

Plaut. Pseud. Sc. Dulcia atque.

Atqui simul atque protulero, quod in schedis quibusdam verustissimis reperi, exhibabitur vt adulterinum à toto caueæ confesso damnatum, in

quibus scriptum est, *hircum ab alis*. ludit enim in verbo sapit more suo, quod interdum ad sapientiam refertur, interdum ad odorem: ut apud Plinium, cum dicuntur iucundiora unguenta esse quae terram sapiunt, quam quae crocum. non multo post, ut alio loco differui, legendum est thermopolium. sic enim taberna vocabatur, ubi confectae dulcesque potiones veniebant, quas calidas bibebant: unde & nomen. sequitur mox, *Euge pellepide Charine, me meo ludo iam beas*: in veteribus illis, quas dixi, schedis scriptum erat, *lamberas*. Est autem lamberare, inquit Festus, scindere atque laniare. verberari & vapulare se suo ludo seruus dicit. eisdem enim appetitur iocis, quibus laceffiuerat. reperi & in antiquis membranis in ea comedia unius versiculi auctarium. Nam post, *Atque adepol, quanquam nequam homo es, recte mones*: subscribebatur, *Ite hac triumphi ad cantharum recta via*. in iisdem pergamenis scribebatur, *Facere ut det nomen ad molas coloniam*. hodie molariam scribunt contra Genium ipsius versus. haec pauca scripsi, quae nulla coniectura sine subsidio veterum librorum corrigi potuissent. 15

*America, antaxon, antichtones, Mela emendatur.*

CAPVT XI.

MAGNAM merentur laudem aui nostri, qui alteram orbis terrarum partem hominibus antiquis incomptam felici navigatione auspicijs regum Hispaniae aperuerunt, multis colonijs frequentarunt, eiusque cultores homines barbaros, qui soliuagi propere ferarum ritu lustra potius quam domicilia habebant, non solum in certis sedibus collocarunt, verum etiam ad veram pietatem & religionem traduxerunt. huius tamen laudis partem nonnullam vetustas sibi suo iure decerpere potest: quae neque illius plagae fuisse ignara, & auos nostros ad eam querendam videretur impulisse, qui alioqui de ea nihil unquam essent suspicati. cum enim veteres eam regionem, quam incolimus, intelligerent totam solis lustratione & curriculo esse citeriorem: sic ratiocinati sunt, non esse verisimile omnem ulterio- rem partem a rerum natura pro subseciuo vacuum & inanem esse relictam, solisque aquis obsessam fluctuare terrarum expertem. proinde sub contrario axe alteram plagam & oram esse dixerunt, vasto a nostra Oceano direptam atque disiunctam, quam *ἀντιξονα*, a contrario axe, & *ἀντι πονα*, ut contrariam terram appellarunt. quae profecto non est alia, quam America, quam aui nostri patefecere. Verum id antiquorum testimonijs confirmemus, ne nos hoc potius confinxisse, quam ex fide scripsisse homines censeant. Aristoteles huic ingenti insulae, quam incolimus, plurimas alias partim maiores, partim minores longissimis Oceani spatijs & interuallis

*Arist de mundo.*

uallis disclusas esse praedicat oppositas, quae hominibus ignotae sint. Cicero prima Tusculana scribit globum terrae eminentem a mari fixum in medio mundi uniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum, quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas, unde horri- fer. *Aquilonis stridor gelidas molitur niues*: altera australis ignota nobis, quam vocant Graeci *ἀντιξονα*. haec verba, obsecro, nonne nobis indicant & definiunt Americam? Pomponius Mela, *Huius*, inquit, *mediterranea sublimis cingitur undique mari, eodemque in duo latera, quae hemisphaeria nominantur, ab oriente diuisa ad occasum, Zonis quinque distinguitur: mediam aestus infestat, frigus ultimas, reliquae habitabiles paria agunt anni tempora, verum non pariter. Antichtones altera, nos alteram incolimus: illius situs ob ardorem intercedentis plagae incognitus, huius dicendus est*. Ecce Mela mari in duo latera terrarum orbem diuidi disertè scribit, alterumque a nobis incoli, alterum ab antichtonibus. Nam in Mela proculdubio eodem non eadem legendum est, cum antiqui existimauerint solis conuersioni subiacere ingens pelagus, cuius humore igneum illud astrum pasceretur: sed & reuersionis metas esse definiunt Stoici littora maris illius, quae ultra citraque non progrediatur alimenti pastusque inopia. sed & si quod ab Aristotele relatum est in admirandis auditionibus, verum est, in illum orbem etiam antiqui nauigasse videntur. Narrat enim in mari extra Herculis columnas a Carthaginensibus insulam vastam & desertam inuentam fuisse omnis generis silua nemorosam, fluminibus nauigabilibus irriguam, reliquis fructibus vberem & copiosam, multorum dierum nauigatione distantem, in quam Carthaginensibus multis crebro comitantibus, multis etiam sedes domiciliumque collocantibus, edictum esse factum a primoribus urbis, si quis illuc posthac nauigaret, capitalem fraudem fore, quod & excusso tandem dominatu rebellionem illic populi vererentur, & metuerent ne Carthaginis opes collaberentur, loci illius conualescerent. haec Aristotelis verba vel Americam nobis adumbrat, vel certè ei terram non dissimilem, cum in Oceano non putem extra Taprobanen & Britanniam, quae notae veteribus erant, insulam ullam esse, quae tot tantisque fluminibus perlustratur, quot quantisque illa ab Aristotele memorata. quae si tota a Carthaginensibus perlustrata fuisset, aut magna eius pars, ne insula quidem, sed continens appellata ab Aristotele fuisset.

*Virruuius emendatur, menaus, laetomus.*

CAPVT XII.

DIU multumque me dubium animique incertum verba quaedam Virruuii

Aa 4 truuij



truuij habuerunt, quibus in horologiorum descriptione vitur: ea sunt lacotomus & manachus, quibus quid significetur, vt ingenuè loquar, nescio. Semper optaui scriptorem aliquem Græcum nancisci, in quo ea extra-  
 ret horologij comparatio, vt è Græcis emendarè. nec enim dubito, quin  
 verba Græca, cuiusmodi ista esse sentio, integriora sint in sua lingua: quæ  
 in peregrina facilè degenerant, non aliter quàm è longinquis regionibus  
 stirpes translatae. sed nec eæ sunt facultates meæ, vt libros raros & ipsa  
 raritate caros, vt in omni genere annonæ, videmus, coemere possim: nec  
 ea felicitas, vt ab alio consequi possim, cum hæc multi supprimant, neque  
 cuiquam impertire velint, suæque doctrinæ æstimationem constare inter-  
 pretentur singularium librorum possessione, quos in suis sanctuarijs ha-  
 bent, nosque ab eis, vt profanos summovent: quos inclusos tenent, vt  
 Acrisius Danaen. Quid igitur aliud reliquum est, quàm, vt qui conijciunt  
 somnia, auguremur sagaciter, si possimus? vt si ad verum non euadamus  
 certè ostendamus alijs in quo operam locare suam possint, si meliore cō-  
 iectura sunt. Ego, quantum suspicari possum è verbis Vitruuij, ferè addu-  
 cor vt legendum censeam, pro Lacotomus læotomus, pro manachus me-  
 næus: quarum emendationum hæc sunt causæ. Duo deformat illic hemi-  
 cyclyia Vitruuius, quorum vnum appellat, dexterius, alterum sinisterius:  
 in sinisteriore hanc ducit lineam, quam Læotomum, vt reor, vocat, a se-  
 ctione sinistri hemicyclij. sic enim scribit, *ducatur linea parallelus axoni ad  
 sinistrum hemicyclium, ubi est litera h. Hæc autem parallelus linea vocatur  
 læotomus.* Quod si quis diuidere malit, legat læos tomos, aut læa tōme, vt  
 λόγῳ θεωρητός dicitur. Menæus autem hac ratione defendo, quod men-  
 struus sit circulus, id est circulus mensium, qui menes à Græcis vocan-  
 tur: vel certè manæus legendum, quando Latini Dorum imitatione so-  
 lent in a plerumque mutare. Theon quoque in Ptolemæum μῆνας & me-  
 minit, quod emendationem nostram confirmat.

*Micare, digitorum percussio, ius controuersum, Calpurnius La-  
 natius, Phintia, & quedam in Cicerone emendata.*

CAPVT XIII.

SCRIBIT Cicero lib. 3. Officiorum, *sed quasi forte aut dimicando vi-  
 ctus alteri cedat alter:* in quo sanè loco non est oscitanter attendendū, quid  
 sibi dimicare velit. non enim cum sortis meminerit, pugnam significari  
 existimo, quæ & à sapientibus aliena est, & ab officio remota. Ita fit vt le-  
 gendum putem micando. optimè enim micatio cum forte copulabitur.  
 in eam me sententiam induxit cum liber antiquus Ciceronis, tum anti-  
 quus

*Vitruuius lib.  
 9. c. 8.*

*Cic. lib. 3. Offi.*

quus codex Tranquilli, in quo scribitur: *Alios patrem & filium pro vita ro-  
 gantes, sortiri vel micare iussisse:* cum editiones dimicare omnes habeant.  
 Legi & in peruetusto codice lib. 3. Officiorum, *Qui venenum fugiens ven-  
 dat sciens:* vbi vinum ab omnibus, & quidem melius scribitur. scio enim  
 vinum fugiens esse, quod ætati cedit & exolescit. atque vinum hîc omni-  
 no probamus, quoniam etiam Nonio probari viderur, venenum tamen  
 etiam solent, qui vendunt, de industria plerumque pro efficaci & probo,  
 fugiens & exolescens præbere, tametsi vehementissimum sit petatum, cum  
 qui ita petunt, de veneficio cogitare videantur. possit & venenum esse  
 pharmacum atque medicamentum. Quæ sunt quæ mox dicit controuersa  
 iura Stoicorum? nempe causæ & consultationes sunt, de quibus Stoici in-  
 ter se dissentiunt: quæ translatio sumpta est à iurisconsultis, apud quos iu-  
 ra controuersa & dubia vocantur, de quibus inter Iurisconsultos est dis-  
 sensio. vt cum aliud videtur Mutio, aliud Bruto, aliud Manilio. Cicero  
 pro Muræna, *si id quod oportet responderis, idem videre respondiisse quod Ser-  
 uius: sin aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare videre.* Ius autem con-  
 trouersum iuri certo opponitur. Digitis autem concrepare, & digitorum  
 percussio significant, quod facilè nulloque negotio adsequimur, & leui  
 quodã velut sono & nutu iubemus & obtinemus. Simile est illud Tibulli,

*Et vocet ad digiti me taciturna sonum.*

Et Martial. *Digitis crepantis signa nouit Eunuchus.*

Dicitur & digitorum crepitus de re nihili & contemnenda, vt apud Sui-  
 dam in Sardanapali vita, ὧς τὰ γ' ἄλλα τὰ ἀνθρώπεια, οὐκ ἄξια ὄντα τὰ τε, τὰ τε ἔτι τῶν  
 τῶν δακτύλων ἄποιροτήματος. Id etiam ληκῆν Græci dicunt. Versus etiam anti-  
 qui poëtæ, trochaicus sic claudicatione liberandus est,

*Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni.*

Iam eodem in libro, qui nominatur Calpurnius Lanarius in prouerbum  
 abijisse viderur, de indoctis, stupidis, bardis: Hieronymus in epistola ad  
 Augustinum de Rufino, *Misit mihi temeritate solita, sua maledicta, Calpur-  
 nius cognomento Lanarius.* Cæterum, vt more meo leuia attingam, & stu-  
 dijs iuuentutis profim, quibus nihil mihi carius & prius, protulerat de dolo  
 malo formulas, non pertulerat legendum est, quod publico consensu & er-  
 rore inductum in libros video. Lego etiam, vt Pennus apud patres nostros,  
 Papius nuper. C. autem Papius legem de peregrinis vrbe expellendis tu-  
 lerat L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coss. vt Dio refert lib. 37.  
 historiarum. Sed & cum amicam Damonis non Pythiam, sed Phintiam  
 fuisse in libello Plutarchi ἐπὶ πολυφιλίας inueniam, quod nomen integrum  
 etiam in veteribus Ciceronis libris reperi, non dubito quin in officijs &  
 apud Valerium Phintia scribi debeat: quibusdam etiam in libris Pynthia

*Lib. 3. epigr.*

*40.*

*Apud Cic. lib.  
 3. Offi.*

*ibid.*

*ibid.*

*ibid.*

*ibid.*

*ibid.*

*Valer. Max.  
 lib. 4. c. 7.*

*scri-*

lib. 3. offic. scribitur. Illud verò quod tot annos in alienis sedibus regnavit, præscribere ne potest vero domino veræque scripturæ? *Quem paulò antè fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse conuertere.* quis non videt, si coniecturæ locus est, legendum esse conuerrere? quanquam quid coniecturam dico, cum ita in antiquitatis monumentis reperiam? & quoniam tam multa de veterum librorum auctoritate deprompsi, ne istud quidem latere sinam, sed inde velut effodiam, quod in quodam libro sic legitur non poenitenda accessiuncula, *in foro mihi crede saltaret, priusquam hereditatem amitteret.* Hoc tamen posterius cæsum in omnibus desideratur libris excusis, sed & in multis chirographis, cum tamen à me repertum sit, cur extra numerum iacere debeat, equidem non video: etsi eo video locum carere commodè posse. Homines autem Romani nulla vnquam conditione perducì potuissent, vt in foro saltarent: idq; Cicero loco turpissimæ rei, & qua nulla foedior & flagitiosior commemorari possit, hinc narrat. sed & illud ita reperi, *qui hoc non peruiderit.* mox continuo, *Sic enim cogitans: est istud quidem honestum, verum hoc expedit.* Illud vero quanti est? *quomodo poterunt utiles esse cum infamia?* Nam quod receptum est & vsu locum suum fecit, sententiam planè corrumpit.

ibid.

ibid.

*Laudo, dormitator, somniare.*

CAPVT XIII.

20

SIMVLATA verborum laudatione plerunq; id afficimus, quod toto pectore improbamus atque damnamus: quo factum est, vt verbum ἐπαινώ, quod Græcis laudo significat, pro recuso, improbo, nolo vsurpatur. Aristoph. in *Ranis*, καλίστ', ἐπαινώ. nisi me fallit animus eadem ratione dicendi Virgilius est vsus, cum in *Georgic.* scribit, *Laudato ingentia rura, exiguum colito.* Nam latifundia improbat, modicumque agri modum præfert: ac mihi videtur æmulatus esse Hesiodum, qui scripsit,

Aristophan. in Ranis.

2. Georg.

Hesiod. lib. 2. oper. & dier.

Νῆ' ὀλίγω αἰνεῖν, μέγα δ' ἐνίφορτίᾳ θέσσει.

id est, *Exiguas laudat naues, oneratoq;ue magnas.*

30

Et quoniam in Hesiodi mentionem incidi, quemadmodum ἡμερόκοιτον furem appellat, quod interdiu dormiat, noctu euigilet ad furandum: ita quoque Plautus dormitatorem pro fure dixit,

Trinūmo sc. huic ego diei.

*Illic homo aut dormitator est, aut sector zonarius.*

His verbis perspicuè fur intelligitur. sed & somniare pro furari ab eadem mente dixisse Plautus videtur, cum scripsit, *quis somniamit aurum?* Nam furto quæsitum aurum dicere videtur.

Plaut. Stich. sc. salute Athenæ.

*Soldurij, Lugdunum, dunum.*

CAPVT XV.

SCRI-

SCRIBIT lib. 3. *Commentariorum Cæsar, alia ex parte oppidi Adcuantanus, qui summam imperij tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi soldurios appellant, quorū hæc conditio est, vt omnibus in vita comòdis vna cum ijs fruatur, quorum se amicitia dediderunt: si quid his per vim accidat, vt eundem casum vna ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius amicitia se deuouisset, mori recusaret.* quorsum hæc à me scripta sunt? nimirum vt doceam esse perdifficile in ea lingua, quæ neque literis, neque sermone hodie celebrata & vsitata est, quid verum & emendatum sit perspicere. Nam in Athenæo è Nicolao Damasceno hoc ipsum, quod memoriæ Cæsar tradidit, reperi: ita tamen, vt pro soldurio illic solidunus scriptum sit, pro Adcuantano Adiatomus. Scio antiquis Gallis dunum collem significasse, & hodie etiam quibusdā in Galliæ locis aggerem. Nam aggeres mari oppositos & moles dunos nostri homines vocāt. sic Lugdunū, quod in monte olim situm erat (Nam postea cum incendio consumptum fuisset, in planum deductum est) dicitur tanquam Lucij mons, cum ipsam urbem à L. Munatio Planco conditam fuisse multi censeant. Plutarchus in libro de fluminibus Lugdunum montem esse vocatum ait & oppidum in monte collocatum, quod lugum lingua Gallorum coruum significet, dunum eminentem. sic multis Galliæ oppidis dunum adiunctum non ignoramus, cuius significatio ad ambactum & deuotum nihil quicquam pertinere videtur. sed nihil in præsentia commodius quàm ipsa Damasceni verba adhibere. ἀδίατομον τὸν τῶν Καπανῶν βασιλεία, ἔθνος δὲ τὸ κελπηκόν, ἐξακοσίαις ἔχει λοχαγῶν περὶ αὐτὸν, ὄντες καλεῖται ὁθαι ὑπὸ κελῶν τῆ πατρίᾳ γλώττῃ σιλοδέναις. τούτο δὲ ἔστιν ἐλλειψίς ἐν χαλιμαῖοι. τούτους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας, καὶ σωμαπονήσκοντας, ταῦτιν ἐκείνων εὐχλω ποιεμένων, ἀντ' ἧς σωμασφάσι τ' αὐτῶ τιμ' αὐτῶν ἐσθῆτα καὶ διαίταν ἔχοντες, καὶ σωμαπονήσκουσι καὶ πᾶσαι ἀνάγκη, εἴτ' ἐν νόσῳ τελευτήσῃ ο βασιλεὺς, εἴτε πολέμῳ, εἴτ' ἄλλως πῶς, καὶ ἐδῆς εἰ πῶν ἔχει τινα ὑποδείλια. *Carita τούτων τὸν θάνατον, ὅταν ἦκη βασιλεῖς ἢ διεκδύωτα.*

Cæsar lib. 3. Com. de bello Gallico.

Athenæus lib. 6.

Plutarch. de fluminibus.

Athen. lib. 5.

30

*Deportatio, spatium, psilocitharista, chorocitharista, globuli cupressi, anchestites, lartidius acriculus.*

CAPVT XVI.

HOC caput multa cuiusque modi complectetur, locorumque varietate censerì volet, & vt qui è diuersis flosculis sertum nectunt vnum, multa discolori specie contexet, eaque ita, vt aliud ex alio nascetur, ac ne ex alio quidem. satis enim erit in mentem venisse. nomen deportationis in insulam, quod multo relegatione grauius erat, vnde tandem natum est? ex eo, vt reor, quod senatus censuit milites eos, qui ex Cannensì acie fugerant,

rant,

rant, ex Italia in Siciliam deportandos esse, nec antè inde reportandos in Italiam, quàm Pœnus Italia depulsus esset. Ex ea re nomen deportationis primùm natum arbitror, cum eorum militum more in insulas pœnæ nomine rei amandabantur. Spatium est quantum alicuius loci patet magnitudo. sic etiam eius spatij ambulatio & decursus vocatur. Cicero lib. 1. de

Cic. de Orat.

Oratore, *Tum Scæuolam duobus spatijs, tribusve factis dixisse, id est cum bis*

sueton. in do-

miano c. 4.

aut ter totum ambulationis spatium peragrassent. Tranquillus, *singulos à septenis spatijs ad quina corripuit, id est à septenis cursibus, à septenis curri-*

*culis. sed quinam sunt eo in loco apud Tranquillū psalocitharistæ, quæri video. ego verò locum esse corruptum audacter affirmare ausim, legen-*

*dumque psalocitharistæ. sic autem vocantur qui solo nudoque citharæ cantu psallunt, sua ipsi voce non accinentes, nec in choro canentes. Nam*

*citharædi etiam ad fides canunt: chorocitharistæ plures vnà fidibus modulatè concinunt. atque horum verborum hæc discrimina esse arbitror.*

Cic. 3. Tusc.

In tertia Tusc. *Et hoc ille acriculus me audiente Athenis senex Zeno, verum germanumque puto, pro quo modo Græculus, modo acrocholus substituitur.*

Cic. 2. Tusc.

Cic. lib. 16. ad

Attic. epist.

Tus vero.

sic alio loco forticulum Cicero dixit. Lib. 16. epist. ad Atticum sic multi scribunt, *Et si cum processerimus, exploratiora videbuntur, et testis utemur:*

*ac de nauibus testis, quæ apertis opponuntur intelligunt: alij & testis utemur, & testas genus quoddam nauium interpretantur: ego contra om-*

*nium istorum interdicta, etesias in possessionem mitto, legoque etesijs utemur, qui venti bona certa que tempestate transmittentibus ex Italia in*

Varro lib. 1.

c. 40.

Græciam commodi sunt, & mense Quintili spirare solent. Apud Varronem lib. 1. de agricultura fructus cupressorum nominantur galbuli, quam ego vocem ut nihili ex ea decuria expungendam censeo, idque auctori-

tate Theophrasti inductus, qui *σφραγία* appellat, ut sine controuersia globulos Varronem scripsisse nobis constet. Lib. 7. epistolarum ad Atticum

Cic. ad Attic.

lib. 7. epist. 1.

scribitur, *mirus est σφραγίς, germanus Lartidius: id hoc sensu accipio, Vlyf-*

*ses, qui Lartides vel Laërtides erat, astutissimus & callidissimus veteraror habitus est: talem Philotimum dicere possum, & Lartidium, id est Vlyf-*

Ibid.

*seum appellare. non longo postea interuallo sequitur, flauit ab Epiro lenis-*

*simus anches mitis. ego anchen nomen venti ex Epiro spirantis fuisse diu suspicatus sum, ut atabulum ex Apulia: multa que commemorat varijs in*

*tractibus diuersa Theophrastus ventorum nomina: & cum ille Epiri ventus soleret plerumque vehementior & asperior esse, tum mitem fuisse cogitabam. Nunc puto legendum Anchisites. ut ventus sit ab Anchisa por-*

*tu Epiri spirans, cuius mentio est apud Halicarnasseum. Narrat Cicero magnam fuisse in M. Curio urbanitatem, & urbanum quoddam eius tes-*

*tamentum puerorum Ciceronum signis & cohortis prætoris obsignatum*

tum refert, quod equidem ad urbanitatem faceret factum iudico. quid enim cohorte testium opus erat, aut puerorum signis? *fecit autem, inquit Cicero, te exlibertum, me extra vacuum, istis in verbis iocum latere intel-*

epist. 2. hb. 7. ad Atticum.

ligo. Attentior erat ad rem Atticus, nec libenter seruos libertate donabat: proinde eum hæredem exlibertum fecit. Nam & assignari etiam pa-

tronis liberti solebant: me extra vacuum fecit hæredem, id est me non misit in id quod vacuum esset, ut si quis libertus non esset adsignatus, aut si qua pars hæreditatis non esset legata: & eodem in verbo lusit in negotia mea, hominemque me negotij plenum significauit, & nunquam va-

cuum. vel neque libertum tibi vllum reliquit & assignauit, neque vacuum hæreditatis partem vllam mihi tribuit. alij hinc ex libella legunt, & libellæ nomine totam hæreditatem complectuntur: à quibus vehementer dissen-

tio, præsertim cum vetus scriptura refragetur, ut ipsi testificantur, & libella pro asse poni non soleat. Quod si libellam & teruncium quis hinc defendat, etiam venusta urbanitas non deerit. cum enim libella sit sestertij decima pars, teruncius tricesima, quibus nominibus tamè non erat in testamē-

tis receptum uti, intelligemus relictam Attico tantum vnâ libellam, Ciceroni vnum teruncium, quod sanè ridiculum erit. neque enim quisquam è tantillo hæredem instituebat. In Attici vita legimus Bruto & Crasso de-

speratis rebus prouincias à consulibus necis causa datas, in quo Ranco-

neti clarissimi Præsidis auctoritatem secutus, emendo, dicis causa. nam per speciem & nomen prouinciarum mandati & à Repub. remoti fue-

rant. Sed hoc caput nimia varietate locorum prodigiosum, hinc inde collectorum maleque cohærentium, vix cum hominum risus à se deprecaturum sit, tandem aliquando insaniendi finem modumque faciat.

Cornel. Nepos in vita P. P. Attici.

## Spondialia apud Ciceronem.

## CAPVT XVII.

SÆPENVMERO & ipse apud me quæsiui, & ex alijs percontatus sum, quænam essent ea carmina, quæ Cic. lib. 2. de Oratore spondialia vocauit:

nec enim satis eo in loco facit interpretum quamuis doctissimorum industria, consentium versus trochaicos sic appellari, propterea quod etiam spondeum recipiunt. Hæc ratio mihi fidem non facit, aliamque eius rei causam esse suspicor. Sed Ciceronis verba subiiciamus, *tamen in hoc genere sæpe ipse vidi, cum ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis viderentur*

*spondialia illa dicentis: Segregare abs te ausus, aut sine illo Salaminem ingredi?*

Ego verò his verbis apud me diutius pensitatis tandè in eam partem propendere cœpi, ut existimem spondialia legi debere. nam cum veteres Latini solerèt omnes ferè cantiones trochaicis versibus texere, quibus sum-

mopere delectabantur, iisdem in sacris tibicines cum modos faciebant, plerunque uti solebant. Tibicines autem qui in sacris canebant, spondiales vocabantur, quod nomen a spondaeo profectum initio est: cuius carmine Græci in libamentis deorum & sacrificijs uti soliti erant: sed cum Romani delectarentur trochaicis cantionibus, & eorum cantum sacris operantes adhiberent, factum est ut carmina trochaica spondialia etiam vocarent. Sed quis his rebus fundus erit, quis auctor? ne quis me ista pro meo iure effutire prædicet. Isidorus, qui etsi locuples testis fortasse non est, tamen, ut suspicor, probati & spectati alicuius auctoris fide, ut facere plerunque solet, ita scribit: unde & hi qui tibijs canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur. Marius Victorius, spondens è duabus longis, ut reges temporum quatuor, dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis supplicantiibus editur, unde & spondula appellantur, qui huiusmodi tibias inflare assueverunt. In Mario tamen vel spondiauli vel spondiales scribendum est. si quis probabilius quid habet, ei libenter assentiar.

Isidor. lib. 1. etymol. ca. 16.

Maro in Inarime & Aetna defensus. CAPVT XVIII.

ANIMADVERTI Grammaticos Latinos Virgilio iniquiores esse: quem, nisi fortè eximij poëte studio in errorem raptor, per summam iniuriam & calumniam condemnant, & eius condemnatione reliquum poëtarum chorum pari eiusdem criminis insectatione comprehendunt. Nam

Hóm. 2. Iliad.

cum Homerus scripserit,

Εἰν ἀέμοις, ὅτι φασὶ τυφάος ἔμμενοι εὐνάς.

fraudem dicunt admisisse capitalem, Maronem, qui scripserit,

9. AEN.

Inarime Iouis imperijs imposta Typhæo.

Non enim esse ferendū vocabula duo Homeri sic in vnum conflata coagmentataque esse, animaduertendamque à reliquis poëtis eandem esse culpam prædicant, qui sese Maroni ad eum errorem docilès præbuerunt. e- quidem negare non possum Maronem elegantem Homerici versus translationem & imitari & exprimere voluisse: alium tamen in fabula Typhœi sequutum esse contenderim, qui terrigenam illum non in Cilicia iacere, sed in insula Pithecura cubilia habere dixerat: eam autem Inarimen appellatam fuisse nemo ignorat. quis igitur Maronem aduersum illas criminationes non satis esse munitum auctoritate veteris scriptoris censuerit, quæ frerus Gigantis cubile propius patriam suam admouit? A pud interpretem Apollonij lib. 2. Argonauticon Pherecydes scribit Typhoni insulã Pithecuram iniectam fuisse. verba interpretis recitabo, ὅπου τῶ πινυῖ (αὐτῶ

αἰρῖ-

αἰρῖφλῶ αὐτῶ (ὅν φερεῖ ὁ δὲς ἐν τῇ θεογονίᾳ ἱσορεῖ. Pari medijs fidijs iniuria à Gellio & Macrobio in versibus, quos de Aetna scripsit reprehenditur, quos è Pindaro imitatos esse volunt, cum ut existimem, de eo nihil tum cogitarit. potius rei fidem & Lucretij descriptionem securus sit: ac sanè si quis malignè non existimet, multis partibus eo loco Maronem Pindaro anteponet, qui tantum miraculum tantumque prodigium orationis grauitate non videtur equare. Quod autem reprehendunt Maronem, qui liquefacta faxa sub auras cum gemitu glomerari dixerit, ut omni portento & prodigio incredibilius, licet eadem opera Strabonem reprehendant, qui idem de Aetna incendio refert: quem locum qui legerit, grammaticos impudentiæ & inscitiae damnabit, & fidem poëtæ non accusabit.

cap. 10. li. 17.

Lib. 5. Satur. cap. 17.

Lib. 6.

Aen. 3.

strabo lib. 6. Geogr.

Mancipium, nexus. CAPVT XIX.

PARVM Manilio, veteri Iuriconsulto cum M. Tullio Cicerone in mancipij nexuque nomine conuenit: quippe cum Manilius mancipium in nexu ut partem in genere contineri censet. Varro, nexum Manilius scribit esse, quod per libram & æs geratur, in quo sunt mancipia. M. autem Tullius nexum à mancipio separet in oratione pro domo his verbis: sed tamen iure priuato, iure hereditario iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi. Hic enim mancipiū à nexo perspicuè distinxit. Ceterū his in verbis Cicero auctoritatem pro iure dominij quæsiit vsucapione & possessione vsurpauit: Mancipium pro oppigneratione. Atque hæc est sententia Scæuolæ, qui mancipij ius ijs rebus definit, quæ per æs & libram fiant, præterquam quod mancipio datur: quod & verius esse Varro ipso declarari vocabulo dicit. quod enim obligatur per æs & libram neque suum sit, nexū dicitur. Aelius Gallus nexi dicit, quicquid per æs & libram geritur, cuius generis est testamenti factio, nexi datio nexi liberatio. Parum tamen sibi Cicero constare videtur. Nam in Topicis à Scæuola recessit, & ad Manilium concessit. Nam abalienationem definiit, eius rei quæ mancipi est, aut traditionem alteri nexu, aut in iure cessionem, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Nam nexu traditione mancipia cõplexus est, cum præsertim mancipatio fieret per imaginariam venditionem, quæ nexu fiebat & locū habebat inter ciues Romanos, Latinos colonarios, & Latinos Iunianos, eosque peregrinos, quibus datum erat commercium: eaque duntaxat in rebus mancipij vsurpabatur, qualia erant prædia urbana & rustica in Italico solo: item in iure prædiorū, in seruis & quadrupedibus, quæ collo dorsove domantur. nam prædia prouincialia, quæ stipendiaria & tributaria erant, nec mancipij

varro li. 6. de ling. Lat.

cic. pro domo

cic. in Topic.



habebantur, & traditione alienabantur: item elephanti & cameli, tamen si dorso collóve domentur, propterea quòd è ferarum sunt genere. Hæc etiam, vt & res mancipij, in iure cessione alienabantur: & vt opinor, sola in iure cessione Ciceronis ætate res nec mancipij mutabant dominum, non enim nudæ & simplicis traditionis Cicero in eo Topicorum libro mentionem facit, quod si tum recepta fuisset ea rerum nec mancipij traditio, non commisisset vt eam prætermitteret.

*Puncta, thetica, urnula, capedines.*

CAPVT XX.

DIALECTICI, quorum nomen Stoicis tribuebatur, vt cum dialecticus diceretur, Stoicus audiri soleret: veruntamen dialectici, vt dicere institueram, solent interrogando disputare, quòd eorum disputationes sermonibus & dialogis similes sint, idque ea breuitate faciunt, & aduersarium ita premunt, vt non cæsum, sed punctim ferire videantur. Cicero igitur in Paradoxis, *minutis interrogatiunculis quasi punctis*, cum dicit punctum pro punctura accepit, quod vel ex eo quod in libris Finium scribitur perspicitur, *pungunt quasi aculeis interrogatiunculis angustis*, puncta fœminino genere & cæsa à Vegetio dicitur, pro ictu qui punctim & cæsum infertur. Sed quo tandem modo thetica, quæ dicuntur in scholis, ad oratorium dicendi genus Cicero transfert? nempe quod è consultatione & proposito, id est ex vniuersa & perpetua quæstione, causam & controuersiam tractando efficit: id est eas quæstiones ad quæstionem generali subiectam reuocat. proinde scribit in primo paradoxo, *sed hæc videri possunt obscuriora, cum latius disputantur, vita atque factis illustranda sunt*: & in secundo, *nec verò ego M. Regulum*, ac sic in reliquis deinceps. pro fictilibus urnulis eo in Paradoxo reperi in quodam exemplari hirnulas. est autem hirnula, & crescente etiamnum diminutione hirnella, vasis, vt ait Festus, genus in sacris. nomen habet ab hirnea, quæ tamen Plauto poculum est. nam poculum hoc, quo Pterela bibebat, dono datum fuit Amphitryoni, vt & à Græcis relatum est. Urnulas tamen iudicium doctorum secutus magis approbo. Nam urnula vas erit, capedo poculum. Dionysius libro 2. urnulas *οὐρίχες* appellat, capedines *κωλοισκας*.

*Produci, sumere, assumere, destinari, cumulatus.*

CAPVT XXI.

Vix intelligi sine literarum Græcarum prudentia potest, qua sit ratione illud ad Herennium scriptum, *producti sumus, vt de orationis partibus*

*tibus loqueremur*. quod significat, impulsus & adducti sumus: id equidè Græcorum consuetudine factum arbitror, apud quos sic *ωρησθαι* etiam vsurpatur, vt sciunt, qui mediocriter in eorum literis versati sunt. Hoc igitur admonitionis cuiusdam indigebat, ne locutio vel parum perspiceretur, vel pro inusitata damnaretur, & vt assoler, ab emendatoribus locus adulteraretur. Ibidem sumi dicitur oratio, cum scribitur, *ne nimium longa sumatur oratio*, quæ consumitur, & ponitur: vnde & sumptus nomen ortum est: sed & assumi dicitur, quod præterquam quod oportebat, additur & sumitur, vt ascitium & alienum: cum scribitur, *Inanis arrogantia causa sibi assumpta*. Etiam in eo spurcè eo in loco, *si quid eorum superbe, spurcè*, significat atrociter, sæuiter, sanguinariè: vt, *Samnis spurcus homo*, interprete Nonio. nam pro sordido & infami & impuro hinc non potest dici, quòd non tam in odium aut inuidiam hoc raperet, quàm in contemptum adduceret. sed & incontinentia mox impotentiam sui declarare videtur, non intemperantiã. Nam cum intemperantia flagitiosa sit, & flagitia non tam inuidiosum hominem, quàm contemptum despiciat, quædam reddant, ex ea quæri inuidiæ materia non posset. *In inuidiam*, inquit, *trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam*. eleganter autem destinari, quod est pro scopo poni & peti, quem & destinatum Seneca appellat, in eo legimus: *quid*, inquit, *oporteat ab ambobus in causa destinari, quo ratio omnis totius orationis conferatur*. sed in memoriam mihi destinare redigit Catullianum quendam locum, in quo inaudita huius verbi notio, neque vsquam lecta merito exauget animum falsi suspectandi: sic autem scribitur,

*At tu Catulle destinatus obdura.*

Hinc destinatus est, vt opinor, obstinatus, cum præsertim antè dixerit, *Sed obstinata mente perfer, obdura.*

Sed quis destinatum pro obstinato dici patietur? aut quis ita politissimum & nitidissimum poëtam locutum putabit? Crediderim potius eum interposuisse literam d, vt in *mederga*, & *ted hoc noctis*, apud Plautum, & alijs veteres factitarunt: & obstinatus edidisse hunc in modum,

*At tu Catulle obstinatus obdura.*

Inijcere eodem libro, est tanquã aliquid obiter interponere & immittere, vt si Græcè *εμβάλλειν* diceret: *hoc modo*, inquit, *in loco cõmuni per amplificationem iniiciemus*, id est, inducemus & inteiiciemus. Cum autè scribit, *quod negotio diminutũ fuerit, ex æquabimus industria*, istud exequare à mensuris est sumptum, quæ cum impletæ sunt, æquatæ dicuntur: cum abundant, cumulata: vnde & mox scribit, *munus hoc accumulatißimè tuæ largiamur voluntati*: & Maro,

*Quam mihi cum dederis, cumulatam morte rependam.*

Vegetius, exinde prima die unum coclearium cumulatam cum sextario vini veteris. Iterum, singula maiora coclearia plena & cumulatam commisceas.

*Augmen, auum, postes, deum manium postis, Varro explicatur, & emendatur.* CAPVT XXII.

IUVAT agnoscere in Latinis auctoribus, quo pacto Græca quædam vocabula expresserint: etsi istud non levis operæ est, ac plerunque se clam id ipsum subducit, nec à nobis percipitur. *ὄγκος* Græcis moles est & magnitudo, augmen dixisse videtur Latinè Lucretius lib. 3. hoc versu,

— & tamen ex his

*Omnibus est unum perfectum corporis augmen.*

id est vna moles, *ὄγκος*. Sed eodem in libro, quod in libris non profanatis, sed qui maiori religione quàm sibyllini in penetralibus reconditi sunt, reperiri, temperare mihi non possum, quin eloquar: etsi ridiculum fortasse videbitur, præsertim cui publica scriptura stilo Mineruæ exarata videbitur. vbi enim legitur hodie,

— *quæ nequeat ratio depellere dictis,*

Inueni planè dilucidè que scriptum,

— *depellere noctis:*

Nec tamen à nobis velut censoribus, mouetur tribu dictis: sed antiquitatem librorum testamur, quæ sententiam nec frigidam nec inscitam continet. constat enim à poëtis Græcis noctem *ὄφελος* non infrequenter vocari, quòd eo tempore nullo auocamento à consilio quærendo impedimur, nullaquæ interpellatione à cogitando prohibemur, & noctem consilium daturam sæpe dicere solemus, solique tum cum sumus, omnem ingenij aciem intendimus ad bene consulendum. nulla tamen, inquit, noctis ratio nullumque consilium perimere extinguereque penitus reliqua naturæ vestigia possit. æuum more Græcorum poëtarum etiam vitam appellat. Nam & apud Homerum & apud Sophoclem *ὄφελος* ita vsurpatur. Eorum igitur imitatione Lucretius,

*Perdit enim quod non proprium fuit eius in auro:*

*Multaque præterea perdit cum expellitur auro.*

Postes idem pereleganter pro foribus posuit, quia postibus vtrinque fulciuntur.

Ibid.

*Cernere res animus sublatis postibus ipsis:*

id est sublatis oculis, qui sunt animi fores: eodem sensu etiam respondent apud Varronem aruspices, deum manium postileonem postulari, id est ciuem

Varro li. 4. de ling. Lat.

ciuem fortissimum eo demitti. nam deum manium postis appellatur, terræ hiatus, qui censebatur orci ianua. nam hiatus & voragines profundas auernaque, Acheruntis ostia credebantur. scio postulionem semper apud Varronem edi, & grammaticos non censes tantum, sed primæ etiam centuriæ existimatos, postulionem mordicus retinere, & pertinaciter defendere: sed ea vox idoneam non interpretatur sententiam, & leonem Varro per inuersionem ciuem fortissimum adumbrare vult. in postulione autem nullum figuræ inuolucrum huius significationis reperias.

10

*Plinius duobus locis emendatus.* CAPVT XXIII.

VELVTI pedicis capti hæremus in Plinio ita scribente lib. II. *Anti-Lib. II. ca. 37.* qui abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti. nam & concinnata confictaque hæc scriptura est ab illis, qui vnde se nequeunt extricare, tricas inuoluunt, & scribere malunt quæ legant alij, quàm ab alij scripta ipsi intelligere: & sensum non explanat ad liquidum, quem probare possis. Nam si hoc dicere voluit, priusquam calleret, non assueti occidere, quid attinuit scientes addere? Deinde non arbitror maiorum tantum fuisse luxum, vt suminis causa suem occiderent, & inuidia potius ætatis suæ mores onerare voluit. In libris sanctioribus reperio, *priusquam calleret iniicientes occidere non assueti:* quod verbum iniicientes, cum vsque adeo discrepare viderem ab illo commentitio, *id scientes*, cœpi velle ipse pari corrigendi libidine vt, & scripturam archetypam interpolate, minori tamen incommodo, quàm illi, quòd antiquitatè non suppressi, quam illi in totum opprimere, de medioque tollere voluerunt. eam enim meæ sententiæ iam præscripsi, sed vt tandem quod sentio, eloquar, existimo legendum, *priusquam calleret, incientes occidere non assueti.* vt enim Pompeius scribit, incientes dicuntur vicinæ partui. nepotes autem & luxuriosos sui sæculi notat, qui, vt illa parte tenera fruerentur, antequam occalesceret durareturque, ante partum sues grauidas occidere solebant, quod maiores non factitabant. atque ex his quidem laqueis vtcunquæ nos expediuimus, vereor ne magis constricti teneamur alio in loco eiusdem libri. *Iecur maxime vetustatis patiens, centenis durare annis, obsidionum exempla prodidère.* quis enim obsecro, vnquam audiuit tot annis vllam urbem obsessam fuisse? vnde igitur exempla, quæ dicit, petita sunt? Isti concinnatores grassantur per bonos auctores impunito quodam latrocinio, & cum eorum scelere persolui deberet teterrima pœna, vastando populandoque doctrinæ famam laudemque aucupantur. oracula librorum antiquorum sciscitanda mihi esse putavi, in quibus nihil tale reperiri: sed quod tamen reperi,

peri, vt verum fatear, vate aut sibylla indiget interprete, neque ex eo sana vlla sententia contexi queat. verba antiquorum exemplarium sunt, *hoc sition cum exempla prodidere*. quid illud sit, *hoc sition cum*, nequeo comminifici. oxyrynychum exempla aliquando vaticinatus sum legi debere, qui piscis in Ægypto frequens est, & in eius potuit iecore, quod Plinius refert, 5 obseruari: sed mihi commentum istud non placet. vero propius sit, *Assyriorum exempla prodidere*. nec tamen huic sententiæ ita confidemus, vt nos alijs eam approbare posse putemus. Itaque & amplius pronuntiamus, & alios ad emendationem interpretationemque hortamur.

*Dij genitales, oscilla, æora, Maro explicatur,*  
CAPVT XXIII.

10

*seru. in 6. AE-  
neid.*

VERSUS est Ennianus à Seruio relatus,

*Romulus in cælo cum dijs genitalibus auum Degit:*

15

*cic. 1. Tusc.*

qui & à Cicerone I. Tusc. memoratur suppressa tamen genitalibus voce:

*Auson. perio-  
cha li. 4. Iliad.*

& apud Aufonium in periocha libri quarti Iliados scribitur,

*Iuppiter interea cum dijs genitalibus vna,*

*Concilium cogit superum de rebus Achiuis.*

Qui igitur dij genitales sint, & cur ita vocentur, quæritur. Ego deos ge- 20  
nitaes reor dici, vt parentes & auctores & procreatores rerum omnium  
& animantium. Mouet me, quod *ἀειγυρέτας* ab Homero vocari deos repe-  
rio, hanc vocem grammaticis modò deorum immortalium æternitati,  
modò perpetuæ eorum procreationi attribuentibus: quam posteriorem  
significationem poëtas Latinos secutos esse existimo. sic Græcorum com- 25  
paratione multa elucescunt, quæ antè velut caligine nimboque obducta  
videri non poterant. æquè è Græcorum comparatione versus ille Maro-  
nis, quem tamen spero me satis antea è Tertulliano fideliter explicasse,  
clarissima luce collustratur,

*Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.*

30

*2. Georg.*

In quo tamen critici sententiæ non minus incerti sunt, quàm si fors quæ-  
dam esset ex adyto Apollinis edita. sed cum Maro Græcorum instituto  
& more hoc Romanos Troianorum colonos fecisse dicat, constetque  
ex grammaticis Græcis solitos Athenienses de arboribus molles sibi bac-  
chanalibus suspendere sessiones & gestationes, quas æoras appellabant, 35  
haud cunctabor affirmare oscilla esse quædam, vt sic dixerim, suspendi-  
cula, quibus se in aëre pendentes agitabant, Hesychius, *ἀΐωρα, ἐορτή ἀθήνησιον*  
*ἡ δὲ οἰκονομία ἐστὶν ἐπιπέδου τρεῖς θύειν φασίν, οἱ δὲ ἐπιπέδου κλισίαι μνηστραὶ καὶ ἀΐωρα. οἱ δὲ ἐπιπέ-  
δου τρεῖς ἀλήπει τῆς ἰσθμῆς.* Æora autem Græcè pensilem quandam gestatio-  
nem

nem significat. Inusta igitur est macula Germanici interpreti ita scribenti,  
*Quod factum ab Atheniensibus, qui diebus festis institutis aras constituerunt,*  
*ideo quia illam pendentem aspexerunt, quod est apud Græcos: ex quo factum vt*  
*soli oscillo iactarentur homines.* Hic arbitror non aras, sed æoras esse scriben-  
5 dum: & quod est apud Græcos *ἀΐωρα*, nihilo secius & illud Maronis,

*Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Darcis Perfoluo,* *ÆÆN.*

ex comparatione Græcorum melius aliquanto intelligitur. cum enim  
Daretem tanquam hostiam sacris vouisset, & interficere decreuisset, pro-  
inde quasi ea hostia grata heroi non esset futura, nec litatura, succidaneam  
10 sese meliorem dare demonstrat. nam in sacris succidaneis, Græci per eu-  
phemismum, *δευτέραν ἀμεινόνων* dicere solebant.

*Munitor, circumscriptus, primo cætu, & quædam emendata*  
*apud Cornificium.* CAPVT XXV.

15

QVOD Cornificius esse dicit exornatum pronominatione, nostro sæ-  
culo mutauit figuram, & ad permutationem quandam ænigmaque vide-  
tur pertinere: quòd quæ olim vel recentia, vel presenria, omnibus notis-  
sima erant, vetustate obliterata, & obscurata, vix hodie intelligantur. sic

20

autem scribitur, *Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me plagiosippus* *Ad Heren. li. 4.*  
*iste tractarit.* hoc autem acerbissimè dictum diu arbitratus sum in Philip-  
pum oratorem, qui pro fure & plagiario & improbo morderetur acriter.

25

plagium igitur furtumque ei obijci censebam, vt & lib. 2. de Oratore in *Cic. lib. 2. de*  
iocis: neque aliud quicquam hinc fingere & comminisci poteram. Nunc *Orat.*

30

scabie quadam & prurigine emendandi fortasse non mendosa agitur  
locu scalpere cœpi, & modò plagosus fuste scribere, modò plagosus iste.  
quod quidem omnium maximè mihi probatur. Nam de aduersario loqui-  
tur, à quo vapulauit, qui sensus & è priore emendatione efficitur. Legitur  
autem variè, modò plagiosippus, modò plagiocippus, modò plagioxi-  
35 phus, à transuerso gladio, quod perplacet. Illud etiam inuersionem verbi  
habet obscurissimam eodem libro, quod pro translatione positum est. ita  
quæ alijs translata sunt, alijs sunt sirpea & ænigmatica. vt si quis, inquit,

35

*Drusum, Gracchum, Numitorem obsoletum dicat.* cum Numitorem dicit, id *Ad Heren. lib. 4.*  
non tam perlucidum, quàm vitrum aut crystallum est. Ego de homine se-  
ditioso dictum accipio ex eo, quod Numitor cum suo nepote coortus in

Amulium, regno ipsum exturbarit. Ego tamen hic quoque potius veteres  
libros secutus legendum crediderim, vt si quis *Drusum, Gracchum munito-*  
*remque obsoletum dicat.* Nam Gracchum constat, vt Plutarchus scribit, è via- *Plutarchus in*  
rum munitione plebis Romanæ gratiam emeritum fuisse. Illa leuiora & *Gracch.*

facili-

faciliora, sed iuventutem tamen monitura oscitantem fortasse, nec attendentem: utilitatem eodem lib. sic usurpatam, ut solet Græcè poni *ἡγεῖα* si *ad Herod. l. 4.* idoneus esse potest ad eas utilitates & aptus, quæ desiderantur ab equo, id est ad eos usus, ad eas res. primum cœtum, primum iudicium conuentum appellat, cum causa primum agitur & auditur. Itaque primo cœtu condemnare, est prima actio sine ampliatione. *hic vos*, inquit, *veriti estis, si primo cœtu condemnassetis, ne crudeles existimaremini.* Circumscripti sunt, velut in ordinem redacti, quorumque potestas diminuta est: *ne*, inquit, *omnino patres conscripti, circumscripti putentur.* Cladem autem quandam persensit vetustatis illud, & *narrat alijs quomodo Ladas, aut Boius cum Sicyonijs cursitarit.* *ibid.* Inscitus enim & nugatorius ex primitur sensus. neque enim cum populis solebant illi, ut reor cursitare, sed cum similibus certatoribus, & subsentio quid scribendum sit, quod tamen vix audeo scribere, cum coniecturæ non historiæ id acceptum feram. sed de capite non dimicamus, & serò metuere & verecundari incipimus, qui antè tam sæpe faciem perfricimus. Legendum igitur credo, *aut Boiscus, Sicyonius cursitarit:* & ut iterum impudens sim, cum scribitur, & *suum quisque de libris suis tulerint*, in emendatum corruptumque; affirmare audebo, legendumque, *de libris sustulerint.* Nam illud, *suis*, si quis ad veram latinæ amussim exigat, intelliget loco non conuenire. mox quoque, *quibus possumus & debemus*, non quod *possumus*, Cornificium scripsisse, vel potius Crassum ita loquutum esse, asseuero. fides penes Ciceronem alijs locis ista sic scripta proferentem. dijs gratia, nemo huius capitis cognoscendi causa vadimonium deferet: nec eius causa vel cassa nuce, ut Flaccus ait, pauperabitur. Nec enim vllum vel à lite demorabitur, vel aucupio quodam rerum visendarum captum à re familiari auocabit. sic ferè sunt quæ scribimus, ut fastidijs potius adhærescant, quàm lenocinio vllò lectorem eblandiantur. *ibid.*

*Barathrus, mare magnum, robur, seorsum, clanculum, sumere, ubi.* *30* CAPVT XXVI.

*Lib. 3.* AVFER abhinc lacrimas barathre, apud Lucretium, ut insuetum nos à sese abalienat: sed ut *ἄλθηρος* Græcis pro adiectione usurpatur, cum sit vocabulum appellationis: sic *βαράθρος* est dignus barathro, cum barathrum sit, ut grammatici appellant, substantiuum. *βαράθρος* quidem à Græcis explicatur *βαράθρος ἄλιος*. barathre reperiri in antiquis libris testis est vir eruditissimus Dionysius Lambinus. In alijs est barathro quod erit, in barathrum. quidam etiam balathro legunt: alijs barathro, est ba-

est balathro. Mare magnum dicit Lucretius etiam cum loquitur de Helle- *Lib. 3.* sponti angustijs, quas Xerxes ponte coniunxit, credo ad maris totius mediterranei magnitudinem & vastitatem respiciens, non ad eam tantum partem referens, quæ contabulata ponte fuit.

*5* Ille, inquit, quoque ipse viam, qui quondam per mare magnum Stravit. Itaque sic de mari loqui propè mirabundi solebant: antè autem iam docuimus mare mediterraneum, mare magnum à Latinis appellari. sed & Græci *ἄλα θίαν* ex magnitudine vocant. Cum autem Lucretius enumerat pœ- *ibid.* narum quædam genera illo versu,

*Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, redæ.* *ibid.*

*10* Robur fustem lignumque significare videtur, quo fontes tundebantur fustu-ario. Nam locum hîc, ut reor, non significat, nec vinculum. de supplicijs enim loquitur, non de vinculis. seorsum apud eundem pœtam auget præpositionum numerum, ut,

*— nequit vllam* *ibid.*

*Dispicere ipse oculis rem seorsum corpore toto.*

id est à corpore toto separatus: ut & clanculum apud Terentium, *Adolph. act. 1. Sc. 1.*

*— alijs clanculum patres quæ faciunt:*

id est clam patribus, & patribus ignaris. sed & alio loco etiam multo clarius sic seorsum cum auferendi casu iunctum usurpatur, *ibid.*

*At neque seorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa*

*Esse potest anima: neque seorsum lingua nec aures*

*Auditu per se possunt sentire, nec esse.* *ibid.*

Legendum autem suspicor eodem libro è veteri libro,

*25* *Quam primordia sentiscant concussa animai,* *ibid.*

*Equantis intervallis tuditantia possint*

*Concurrere, coire.*

Non tamen dissimulandum aut tacendum, in eo scriptum fuisse,

*Et quantis intervallis tuditantia.*

*30* Porro intelligo tundere velut cupientia & pellere: impulsæ enim leuiter mox concurrant & coeunt, mouentque animal & pellunt: placet & frequentationis sensus: quod autem scriptum est,

*Illud in his rebus nequaquam sumere possis,* *ibid.*

valet ponere, dicere, afferre: estque verbum philosophicum aut dialecticum, quod *λαμβάνειν* Græcè dicitur: vnde sumptiones dicuntur partes ratiocinationis complexionem antecedentes. Illud quoque Græcicum est,

*Quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque mouetur.* *ibid.*

est enim quod Græci scriptores, *ἔπειτα* dicere solent, quod valet præsertim cum



cùm. ait enim principia animæ esse tenuiora fumo & nebula: præsertim cùm fumi & nebulae imaginibus & simulachris soleat moueri.

*Cathena, compedes, cum palla saltare, Coriendrus, amare. CAPVT XXVII.*

*Plautus Menæchmis act. I. Sc. Inuent.*

APVD Plautum in Menæchmis cathenæ, ferreae sunt: compedes, lignæ, cùm scribit,

*Tum compediti ianuam lima proterunt,*

non enim id de ianua vel ergastuli, vel carceris, vt quispiam prima specie 10 putaret dicit: sed de compedum claustro, vt inde pedes eximant. Illic quoque clauus erat, quo claudebantur, quem dicit lapide interdum excuti. Illud ex eadem est fabula,

*M. Sustine hoc penicula, exuuias facere, quas uoni, uolo.*

*Pe. Cedo. M. Sed obsecro hercle, salta sic cum palla postea.* 15

Hic exuuias facere est spoliare se, & spolia à se in alterum transferre, quod Menæchmus facit, qui exuuias uxoris & suas, induuias facit & tradit Penicula: cumque qui saltabant olim in scena, & cantabant, aut citharâ pulfabant, palla ornati essent, idcirco à parasito petit, vt cum palla saltet.

*sc. anime mi.*

*In arte poet.*

Horatius,

*Posthæc personæ pallaque repertor honestæ Æschylus.* 20

*ibid.*

Iterum,

*— traxitque uagus per pulpita uestem.*

*Lib. 4.*

Et Cornificius ad Herennium, *uri citharædus, cùm prodierit optimè uestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus uariis intexta, moxque sequitur, uocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu. Quod autem saltationis ob pallam mentionem fecerit, illud argumento est, quòd eadem fabula scribitur,* 25

*Plautus Menæchmis. Sc. Potin' ut?*

*— non ego te indutum foras*

*Exire uidi palla? M. uia capiti tuo:*

*Omnes cynædos esse censes, tu quia es.* 30

*sc. bene obsonauit.*

id est, omnes, vt interpretor, saltatores. Illic autem,

*Seu tu Cylindrus, seu tu Coriendrus, perieris.*

tantum arbitror annominatione uocumque similitudine accersitum leporem, expectatione tamen interim spectatoris uenustè decepta, cùm præter opinionem repente proprium nomen ex olere fingatur inauditum & 35 ridiculum. Inquit Plautus,

*sc. Menæchm.*

*— amare ait*

*Te multum Erotium ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas.*

Hic amare est amanter precari, & à caro homine rogare & optare. apud

Quin-

Quintilianum in ioco Domitij Afri nouitate iucunda & amœna vsurpatur. Nam cùm is, quem defenderat, eius conspectum uisisset, ubi postea ipsum conuenit, amas, inquit, me, quòd te non uidi: id est, gratum mihi fecisti.

*Quædam in oratione pro Flacco emendata.*

*CAPVT XXVIII.*

IN oratione pro Flacco, qui dicitur Timolites uicanus, vt aliquam testimonij fortasse dictionem habuisset, in tanta tamen causa nullam habuisset testis auctoritatem, si è uili uico potius, quàm ex oppido nobili Romam euocatus fuisset, homo præsertim inter suos ignotus: & vt suspicor, Lælius tam amens non erat, vt hominibus è uillis & pagis testimonium denuntiaret: nec tam parum gratus, vt non confideret se aliquem ex urbibus comouere posse & Romam euocare. Hæc cùm ita sint, haud cunctanter legam, *Timolites Nicæus*. Nicæa autem nemini ignota potest esse, cui fando sit auditum aliquando concilium Nicænum. In ea etiam oratione rogare, pro erogare fallit, cùm scribitur, *sestertium ter & quadragies rogabamus*. Hæc quidem admonitio desiderari syllabam, vel potius literam demonstrat: sed sine qua tamen sensus, vt uocabulum ipsum, claudicat. ab 20 *Æno*, autem, in *Asiam*, scribendum esse, non ab *Hæmo*, superuacaneæ esset operæ monere, nisi mons oppidi sedem occupasset omnibus in libris. fallit & uersipelli dolo in eadè oratione litera e, quæ in locum tertiæ subrepsit. Nam qui populi Acmonenses appellantur, in *Æmonenses* adulterati sunt. Stephanus, ἀκμονία πόλις ὀρυγίας, ab hac urbe Acmonenses, & Acmonenses eius municipes uocabantur. Trapezitas autem non malè ab hominibus Latinis mensarios dici posse, quòd in Budæo ab eruditis reprehensum esse recordor, fidem fecerit pro Flacco Cicero his uerbis, *Cum ciuitate mihi res est acerrima, & conficiendarum literarum diligentissima, in qua nummus commoueri nullus potest sine sex pratoribus, tribus quaestoribus, quatuor mensariis, qui apud illos à populo creantur*. Hos vt opinor mensarios homines illi Græci sua lingua τραπεζίτας uocabant: & cùm ibi mensa publica nominetur, suspicandum est, & mensas priuatas fuisse: vt trapezitaessent duorum generum in aliquibus urbibus Græciæ, publici & priuati. Illo autem in loco, illum conseruatorem *Asiæ*, illum *Dionysium*, è librorum uetustorum 35 testatione scribo, illum *Euium*, *Nysium*, *Bacchum*, *Liberum* nominabant. Euium autem liberi patris cognomentum ab omnibus opinor agnoscis: sed & Nysium, à Nysa monte appellatum nemo paulò humanior ignorat. nec uideatur id uillis exemplis confirmandum, ne soli, vt in prouerbio est, lucem scenerare uelle uideamur. Nam ut in uicio est, qui dubia non probat: sic

Cc

qui

qui certis & notis argumenta quæritat, est supervacaneus.

Varro de lingua Latina emendatus, pinsere humum cubitis, coum, cohium. CAPVT XXIX.

Varro li. 4. de ling. Lat.

M. VARRO lib. 4. de lingua Latina Asiam & cælum duobus modis dici refert. Nam & cælum dicitur cæli pars summa vbi stellæ, & aëris plaga tenero terram complexu continens: sic Asia dicitur pars orbis terræ, quæ non Europa. Duas enim tantum partes Varro, vt & Salustius in Iugurtha, orbis terrarum nouit, Asiam & Europam. Nam in Europa ponit Aphricam. Dicitur & Asia prioris Asiæ pars, in qua erat Ionia, & prouincia pop. Romani. In Varrone scribitur, & Cilicia, falsò mendoseque: cum in illa Asia Cilicia non esset comprehensa. Cicero pro Flacco, Nam, vt opinor, Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Strabo, & in Varro li. 4. de ling. Lat. χίαν ἀπὲρ δεῖξαι τῶν χωρῶν, ἀσίου ἀπὲρ οὐκ ἔστι δὲ μόνον τῆς ἡπειρῶς. Mox in Varrone lego, non malè quod posterior, vt reprehensum veriloquium Ælij ab aliquo posteriore scriptore intelligamus: si posterior Ælius scribatur, vt ab Antonio Augustino, sententia erit, ipsum sui posterioribus libris reprehensorem fuisse, credidisseque non tam cælum à cælando, quàm cælare à cælo deductum esse. Cælum alij ita vocatum censent, quòd sit cælatum impressumque varijs signis, & distinctum sculptumque. Hinc præclari illi versus Varronis,

Mundus domus est maxima rerum,
Quam quinque altitona fragmine zone
Cingunt, per quam limbis pictus bis sex signis
Stellimicantibus, altus in obliquo athere, Luna
Bigas acceptat

ibid.

Alijs cælum dicitur vt κοῖλον. Cæterum vbi scribitur à Varrone, Ego magis puto à chao cauum, quæ scriptura mirificè mihi probatur, in antiquis libris reperio, à chao couum, vt librarius fortasse cohum scribere voluerit. Nam, vt ait Festus, Cohum poëtæ cælum vocauerunt: infra tamen Varroni couum in aratro nominatur. in antiquissimo libro Cl. v. Henrici Memmij ita scriptum reperi, couus est quo cælum continetur: unde Ennius,

Vix solum complere coum terroribus cali.

Est & cohium calyx rosæ adhuc conuiuens & clausus. Verba sunt antiqui lexi, cohium, & λέξις ῥόδου μεμικῶς. Scribitur & conium, à conuiendo, vt reor. Scribo mox in Varrone, no estu quæ caua cali. Lego infra in eodem, non terminus, sed termon, vel termo, vt & Ennius locutus est,

Varro li. 4. de ling. Lat.

Ingenti vadit passu, qua redditus termo est.

Lego

Lego etiam mox, hoc Græci τέρμωνα. Distinguendum autem est post, in Lat. tio, vt arbitror. At vbi scribitur, appellarunt summa terræ, quæ sola teri possunt, sola terræ, puto intelligi emendandum, quæ solo teri possunt, id est pede & vestigio. Emendationi suffragatur mensio syllabæ. protinus lego, ideo Ennium in terram cadentes dicere, cubitis pinsabant humum. sic enim in manu scriptis libris reperio, si quis pinsabant, legat, non multum repugnabo. pinsare autem humum, est terram ferire, vt faciunt qui interficiuntur caduntque in terram. Simile est illud Hemeri, ἐλε γὰρ αὐ ἀρσῶ. At vbi scribitur, Et dicitur humilior, quæ ad humum, vt Sabini, vt Lucani, magna est confusio & conturbatio rerum & verborum non suo collocatorum loco. Georgius Buccamanus poëta grauissimus & elegantissimus vidit primus vnde ista essent distracta atque diuisa, ac me docuit cum alijs ea sic coniungenda esse, Et dicitur humilior demissior: infimus humilimus: quòd in mundo infima humus. Lego autè non longè hinc, hinc sudor, vdor: is quamuis deorsum in terram vnde sumi pote, puteus: nisi potius quòd Æoles dicebant, vt ποταμόν, sic ποταμῶν & ποτῶν, vt nunc φρεῖαφ: à puteis oppidum Puteoli. Non longè hinc lego, Quo deinde suscipiunt perpetuo flumen, lacus: Lacuna, in qua ibi aqua. Lacum autem hinc intelligo, quo ex flumine ad aquandù aut lauandum aqua excepta est, quo etiam ex aquæ ductu aut fonte recipitur. Terentius,

20

Apud ipsum lacum est pistrilla.

Horatius,

Gestiet à furno redeuntés scire lacuque.

Lego, stagnum, quòd Græcè ἄγνων. Deinceps lego, Ea ferè nominata aut tranflatitio nomine, aut ab hominibus, vt Sabini & Lucani, atque ita quæ malè disiuncta fuerant, auctore Buccanano optimè rursus cohærescent.

Quædam in Varrone emendata, escendere, prædes, prædiatores. CAPVT XXX.

30

NONDVM è Varronis libris de lingua Latina omnes, vt ita dicam, errorum vepres eruncati sunt. serpunt etiamnum illic multæ spinæ multique rubi. Nam quod legirur libro 4. vniuersus ager dictus Latium, vt in ant. nosis reperi libris, latius, adiectionis more magis me delectat, vt & infra, ager aruus & arationes dicuntur: quemadmodum & apud Plautum,

35

Non aruus hic qui arari soleat, sed pascuus est ager.

Lego etiam, vt nostri augures publici differunt. quod sequitur mox, non plus sensus habet, quàm surdi lapides: sed sic emendo, & sensu quodam & vita afficio, & velut anima dono, Quocirca Gabinus, peregrinus, sed quòd auspicia habet singularia, ab reliquo discretus. Ostendit enim quamobrè in peregrino

Cc 2

Gabinus

Gabinus ager non numeretur, quod scilicet suum quoddam auspicio-  
genus à reliquo agro peregrino diuersum habeat. In agri autem notatio-  
ne ab omnibus, quas quidem viderim, editionibus discrepat clandestina

Varro lib. 4. & antiqua scriptura, quam proponam: *ager dictus est in qua terra, quid age-*  
*bant, & unde quid agebant fructus causa: aut quod id Græci dicunt, ἀγρός: aut*  
*ager quo agi poterat: sic qua agi, actus.* Hæc interpretatio & verior est & dilu-  
cidior, quàm edititia. Illud quoque melius & intellectu facilius, *Quod se-*  
*getes ferunt, fruges: à fruendo fructus: ab ἴσπε, spicæ.* vt eduntur ista, Varronis  
enucléatio & etymologia propè tora perpetuaque interit. Illud autem,  
*Plebi rura largitantur ad aream,* valet, non prata aut pascua aut siluas diuidit

10 plebi, sed agros frumentarios: frumenta enim teruntur in area, non om-  
nia tamen. Nam far, quia suis extricari folliculis non potest in area, torre-  
batur in fornace. Inopia quoq; particulæ, vt, laborat comprehensio quæ-  
dam non longè hinc, *prædia dicta item vt prædes, à præstando: quod ea pigno-*  
*ri data, vt publicè mancupes præstent fidem.* vt, inde aberat, quod restitui è ve-

15 tere libro. Ceterum prædes exponuntur in antiquo lexico *οἱ ὑπὲρ φόρου δήμε*  
*ἐνδεδεδυμένοι*, qui pro vectigalibus populi obligati sunt: prædiatores *ἀντιπαι*  
*ὑπαρχόντων*, qui eorum scilicet bona & fortunas emunt. Hinc ius prædiato-

rium apud Ciceronem, quo obligata sunt bona ærario & populo. Dein-  
ceps autem sunt extexenda, quæ disjuncta sunt improbissimè, *Vbi nunc est*  
*Roma, septimontium nominatum, ab tot montibus, quos postea urbs muris com-*  
*prehendit.* At rupes Tarpeia, pars erat montis Capitolini præceps, vnde  
nocentes dei ieciabantur interdum. Plutarchus, *πλὴν πέτραν ἐπι νυῖ ἐν τῷ κρη-*  
*πιῶν τερπητῶν καλεῖσθαι, ἀφ' ἧς ἐρίπτοι οὗτος κερκέργης.* Vocabatur & saxum Tar-

20 peium. Horatius, *Deicere è saxo ciues.* Lego non longè hinc, *in ædificiorum*  
*legibus priuatis.* Infra ex monumentis veteris scripturæ lego, *Quod de aqua*  
*tum, dicitur Velabrum: & unde escendebant ad infimam nouam viam, locus sa-*  
*cer velabrum.* Cæterum Velabrum duplex fuit, maius, de quo nunc loqui-

25 tur: minus de quo infra: *ab ijs palus fuit in minori velabro: à quo, quod ibi ve-*  
*hebantur lintribus, velabrū, vt illud maius de quo dictum est.* Velabrorum me-  
minit Propertius, *Qua velabra suo stagnabant flumine, quaque*  
*Nauta per urbanas velificabat aquas.*

30 in Velabro porrò locus sacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro li-  
bro sequente tradet, vbi Accæ Larentiæ sacrificium fiebat, qua in nouam  
viam exibatur. Atque hîc obseruandum veteres escendo etiam pro ascen-  
do dixisse. Liuius, *a. d. x. cal. octob. ludorum Romanorum secundo die C. Licinio*  
*consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia ve-*  
*nire diceret, reddidit laureatas literas.* Varro alio loco, *è vinea in arbores escen-*  
*dit vitis.* Iterum, *in carnarium escendit.* In vetere libro scriptura hæc extat,  
quod

lib. 4. eleg. 10. in Velabro porrò locus sacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro li-  
bro sequente tradet, vbi Accæ Larentiæ sacrificium fiebat, qua in nouam  
viam exibatur. Atque hîc obseruandum veteres escendo etiam pro ascen-  
do dixisse. Liuius, a. d. x. cal. octob. ludorum Romanorum secundo die C. Licinio  
consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia ve-  
nire diceret, reddidit laureatas literas. Varro alio loco, è vinea in arbores escen-  
dit vitis. Iterum, in carnarium escendit. In vetere libro scriptura hæc extat,  
quod

lib. 45. in Velabro porrò locus sacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro li-  
bro sequente tradet, vbi Accæ Larentiæ sacrificium fiebat, qua in nouam  
viam exibatur. Atque hîc obseruandum veteres escendo etiam pro ascen-  
do dixisse. Liuius, a. d. x. cal. octob. ludorum Romanorum secundo die C. Licinio  
consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia ve-  
nire diceret, reddidit laureatas literas. Varro alio loco, è vinea in arbores escen-  
dit vitis. Iterum, in carnarium escendit. In vetere libro scriptura hæc extat,  
quod

Varro li. 4. de ling. Lat. in Velabro porrò locus sacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro li-  
bro sequente tradet, vbi Accæ Larentiæ sacrificium fiebat, qua in nouam  
viam exibatur. Atque hîc obseruandum veteres escendo etiam pro ascen-  
do dixisse. Liuius, a. d. x. cal. octob. ludorum Romanorum secundo die C. Licinio  
consuli ad quadrigas mittendas escendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia ve-  
nire diceret, reddidit laureatas literas. Varro alio loco, è vinea in arbores escen-  
dit vitis. Iterum, in carnarium escendit. In vetere libro scriptura hæc extat,  
quod

quod ea qua tum dicitur velabrum. Et mox, *ad infimam nouam viam locus sacel-*  
*lus labrum.* Cùm autem è Lucilio profertur, *quadrantis ratiti,* clausulam ver-  
sus hexametri esse intelligo. Quadrans autem ratitus dicitur, quod vt à  
Festo & Plinio scribitur, in eo esset sculpta ratis figura. Igitur ratitus, est  
rate notatus & insignitus, & ratem habens.

Fest. lib. 16.  
Plin. li. 33. c. 3.

*Prolubium, Babylo, Iuno Lucina, sumere diem, obsonium, vsquam*  
*tibi est.* CAPVT XXXI.

PLACET ex Adelphis Terentij annotare pauca quædam, & huic a-  
10 spergere schedæ,

*Quod proluuium,* inquit, *qua isthæc subita est largitas?* Act. 5. sc. 9.

sic loquuntur omnes vno ore editiones: sed aliud canit Donatus inter-  
pres, qui prolubium interpretatur, promptum ad largiendum animum, &  
*ωδουμίαν:* vt dubitari nullo modo possit, quin quam proposui scripturam  
15 secutus sit: edititiam tamen improbare iniqui nimium existimetur, cùm  
proluuium sit profusio à proluendo, qua formatum ratione est diluuium,  
& laudatorem patronumque habet Nonium. vtrunque igitur probabile  
iudicemus.

Act. 5. sc. 9.

Non. in Pro-  
luuium.

*Dinumeret,* inquit Terentius, *Babylo illi viginti minas.* Act. 5. sc. 7.

20 Babylonem ex vrbis magnitudine & opibus, & Babyloniorum regum &  
Persicorum magnificentia & liberalitate hominem nimium liberalem &  
profusum vocat, idque ex Atticorum consuetudine, qui Babylonios in-  
terdum Barbaros vocabant, id est Medos & Persas. neque mihi nunc qui-  
dem quicquam ad vocem istam enodandam accommodatius in mentem  
25 venit. nam antiquus interpres verbo hoc transigit, & dum operæ verbif-  
que parcat, captui non consulit nostro. Mirantur eruditi quod in comæ-  
dia palliata inuocetur à puerpera Iuno Lucina, vt in Adelphis, *Iuno Lucina*  
*fer opem:* sed iniuria mirantur, & multo iniquius Terentium reprehendunt.  
vtitur enim sermone Latino, sed qui Græcam deam Ilithyam exprimat.

Act. 5. sc. 7.

Act. 3. sc. 43

30 ea enim non est alia, quàm Iuno Lucina. Itaque ab Horatio scribitur,  
*Lenis Ilithya tuere matres,*

Horat. in Cayo  
mine sec.

ex consuetudine Romana: & ex eadem à Catullo,

Epigr. 32.

*Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis.*

Iuno autem Lucina, Diana est. *Hilarem,* autem, *hunc sumamus diem,* est, vt  
35 alio loco Donatus explicat, non accipiamus, sed impendamus atque con-  
sumamus: vnde & sumptus nomen traxit. Sed & obsonium more videtur  
Attico de piscibus intellexisse Terentius, cùm dixit, *Conuertam me domum*  
*cum obsonio.* Nam ab Atticis *ὄσων* sic vsurpatur: atque infra Syrus hoc expli-  
cans, ait se nactum pisces ex sententia, illud etiam Græcanicum est,

Adelph. act.

5. sc. 3. et

act. 2. sc. 4.

ibid.

A. Etu 2. Sc. 2.

Quasi iam vsquam tibi sint viginti minae.

non enim illi negat eas in mundo, vt Plautus comicus loquitur, esse: non enim id dicit: sed eum viginti minas non magni facere, nec eas vilo apud eum loco & numero esse. sic εδαμῶν surpauit Sophocles in Antigona,

sophocles in Antigona,

Καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τ' αὐτῶ πάντας  
Φίλον νομίζει, τῶ τον οὐδαμῶ λέγω.

Id est nullo loco habeo, & improbum iudico. Hæc more galli gallinacei terram miserè scalpentis vnguibus, & cibo eruentis aliquot granula, velut exscalpsi è Terentiana fabula.

Assis Caianus, libellio, Papinius emendatus.

CAPVT XXXII.

Papinius li. 4. Silu. ad Plotium.

QUI sit assis Caianus apud Statium in Siluis cùm ita scribit, *Emptum plus minus asse Caiano*, vt à me diu dubitatum est, sic non paucos fore arbitror, qui si in eum locum fortè inciderint, addubitent, & ad grammaticos allegent, qui glossemata perant. ego quæ afferam coniectura quadam, eaquæ perimbecilla & perinfirma nitentur, cui tamen insistere vtcunquæ poterunt, dum qui meliora certioraque afferant, existant. In Dione mihi legisse videor in factionibus circensibus prasinos, quod ei panno de ditus esset insanum in modum Caius Imperator, Caianos esse vocatos: sed isto collyrio nihil potest ista lippitudo iuuari. Reperimus & apud Tacitum Caianam aquam, cuius deductione à Caio inceptam perfecit Claudius Imperator eius successor. hinc quoque tantundem opis. suspicatus aliquando sum formam aliquam assis vilioris à Caio Imperatore percussam fuisse: sed huic sententiæ, quamuis non ineptæ fortasse, confirmandæ constabiliendæque nullum esse existimo locupletem auctorem, cui testimonium denuntiare possim. verisimilius est, cùm assis interponeretur coëmptionibus nuptialibus, quæ imaginaria venditione exprimebantur, ac tum certo quodam ritu vir & vxor se mutuò ementes Caios & Caias vocarent, assem Caianum velut assem coëmptionalem, atque adeo simpliciter assem intelligi. Hoc autem, si cui longius petitum fortè viderur, is cogitet, quàm accersitis procul figuris, quàm longa interdum ambage anfractuosis sensibus, quàm curiosa & ingeniosa affectatione se poëtæ venditent, quàm procul à vulgari consuetudine communi que intelligentia recedant, quàm sæpe ex antiquitatis adumbratione famam aucupentur. Idem Papinius, vt eius fidelia totum nobis hunc, vt ita dicam, parietem dealbet, libellionem appellat minorum libellorum venditorem, qui & librariolus dici potest. tales autem non in taberna aut pila, sed in

Dio lib. 8.

Tacitus li. 18.

10

15

20

25

30

35

capfa

capfa totam suorum libellorum supellectilem facilè urbem circitantes gerunt. sic autem scribit,

Lib. 4. Silu. ad Plotium.

De capfa miseri libellionis:

Pro relictis autem bulborum tunicis, relictis mallem, vt tunicas siue mēbranas bulborum accipiamus, quæ contemptui sunt relinquuntur que: quod si relictas pertendat quispiam legendū, tum intelligam replicatas, & è bulbis euolutas: tamen illud ipsum tenebo, vt relictum appositius, quàm relictum existimem. Ego in eodem libro lego,

Ibid.

Detergis sterilis soli pudorem,

non vt codices seruant, putorem: ne pudendum sit elegantissimo vati ignorasse modulum syllabæ, quæ in pudore corripitur, in putore tenditur. nos igitur inscitiam editionum tanto auctori si attribuamus, profectò iniqui sumus. nihilo secius & illud perpurgandum videtur, quod ab eo scribitur,

Scandes belliger obuiosque currus.

Ibid.

Nec enim, nisi qui parum sapiat & videat, existimare possit istud, vt iradicam, purum putum esse, si propius spectet. nos igitur hoc tanquam metallum sic recoquimus,

Scandes belligeros piiosque currus.

Nam sæpe Domitiano & laudem imperatoriam, & pietatem clementiamque tribuit, quam vtranque vno versiculo hîc complexus erit.

Illignis pedibus, facile agitare, ganeum, ceperet, animam recipere.

CAPVT XXXIII.

25

ILLVD ab elegantissimo & latinissimo comico absurdè & absone dictum videtur esse, *Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit ubi potetis vos*. Cur enim in sole? cur etiam iligneis pedibus? hîc aqua hæret, & non me fugit interpretem dicere istud ex tempore esse Syrum commentum.

Adelph. act. 4. Sc. 2.

sed excogitatio commenti probabilitatem non habet, nisi à consuetudine hominum petita sit. Credo igitur ritu moreque; palliato hoc dictum esse, & quod senes sole gaudeant. Nam & senes aprico delectantur, vt Zeno quemadmodum à Laërtio refertur: & Athenienses in sole iudicabāt, vnde ἡλιαία maximum iudicium apud eos dicebatur ex quo dictum

Laërtius in Zenone.

est ab Aristophane, *ὡς ἐξέχρηείληκατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἡλίον*. quo in loco & ad iudicium illud apricum Atheniense est allusum, & ad consuetudinem senilis apricationis relatum. quod autem iligneis pedibus ait, id verò facit, quod ea materia sit firmissima & solidissima: vnde & apud Aristophanem homines σφειδά μινιοί & ἀρίννοί, id est acerni & iligni pro durissi-

Lib. 4. c. 18.

vespis.



mis ponuntur, ac nos antè hunc quoque locum attigimus. Illud autem, *quam vos facillimè agitis*, bellissimè est dictum locutione honesta & antiqua. nam facillè agitare dicuntur diuites, quibus facillè nulloque negotio omnia ad vitam degendam suppeditant. eodem modo apud Portium in vita Terentij, *tres per idem tempus qui agitabant facillimè*. sic & dij quibus nihil deest, *πειρα ζωτες*, à poëtis Græcis, id est facillè viuentes, dicuntur: unde, vt suspicor, emanauit in hominum ora illud loquendi genus. Cæterum ganeum, quod apud eundem comicum est, dicitur fornix, quasi Græcè *γυναιον*. nam Latini in a sæpenumero commutant, & in e etiam breue, vt Gynæceum apud Terentiū penultima est breui, & Cyclopeus apud Ma-  
 10 ronem, id est *κωνώπειος*, & conopeum apud Horatium, quod est *κωνώπειον*.  
 Quid quod,

*Quam ille quicquam caperet,*

Act. 3. sc. 3. Terent. A<sup>2</sup> delph. act. 3. sc. 3. non caperit, in eo legendum est, ab antiquo verbo capio? Nam temporum ratio illud caperit, refutat & aspernatur: caperet autem flagitat atque  
 15 poscit. quod cum ita sit vt in alijs rebus, nos hinc quoque temporari seruiemus. sed & vbi *animam recipe* legitur, ferè meam obstrinxerim fidem animam recipe legendum esse. cum enim anhelaret, neque multa verba continuare vno spiritu posset, dixit *animam recipe*. si animam legas, ad consternationem referes.  
 20

*Explicantur multa in vltima Horatij Satyra.*

CAPVT XXXIIII.

saty. 8. lib. 2. VLTIMA Satyra conuiuium Nasidieni Rufi ab Horatio lepidè de-  
 25 scribitur, cum irrisione conuiuatoris ostentatoris meri, & mendaciter epulas comendantis malè apparatus, & rancidas plæræque ac putidas. Aper  
 30 igitur Lucanus captus austro flante, caput, vt loquebantur, cenæ fuit, quo quidem Horatius indicat foetidū fuisse: vt & alio ait loco, — *at vos presentes austri coquite horum obsonia*. sed vitiū tamen à conuiatore in laudē con-  
 35 uersum fuisse, qui meliores apros esse auderet affirmare leui austro captos. acria autē apposita ei erant condimenta, ad dissimulandū vitium saporis, appetitumque excitandum. In ijs fecula, quod erat condimentum è fece vini factum acrimoniā habens, *φελμ* à Græcis medicis dicitur. Mox illudit  
 40 velut sacri cuiusdā ceremonias & pompam, cum ita inferant in triclinium ministri vinum in capitibus repositum, vt apud Atticos virgines canephoræ sacra Cereris gerebant. Iam Cecubum vinum & Chium mentitur Rufus, ac peruenuitè ludit in posteriore Horatius, quod maris expers ait  
 45 ambigua cauillatione. Nam cum vino Græco misceretur marina, Chio non

non misceretur, huic negat admixtam, simulque negat mari aduectum, vt vernaculum vinum, non Græcum. vino autem Chio non solitum fuisse aquam misceri, ex his Plauri verbis intelligi potest, ita in Curgulione  
 scribentis, *Curgulione Sc. 1.*

*Nomen est lena multibiba, atque merobiba.*

*Pa. Quasi tu lagenam dicas, ubi vinum solet Chium esse.*

Nec satis, Nasidienus se habere in cella albanum & falernum gloriatur insolenter molesta conuiuis vanitate. puto autem Mæcenatem sedisse  
 10 medium inter umbras suas Balathronem & Vibidium: & in tertio lecto medium sedisse conuiuatorem. Igitur super ipsum, est super Nasidienum. Ridiculus porro hoc erat Porcius, quod placentas quasdam cremoris ali-  
 quanto liquidioris solus totas simul absorberet. Nomentanus autem hoc  
 15 erat ridiculus, quod si quid in cibis esset vel vitiosi vel vulgavis saporis, indicaret digito, cum alij conuiuæ tam sapientis non essent palati. proinde  
 ingustata ilia porrexit, quæ tam mali succi erant, vt ingustabilia essent. Er-  
 go exclamat Vibidius, *Ibid.*

*Nos nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.*

nisi inquit, detrimentum ciborum insuauium & foetidorum sarciamus lar-  
 go vini haustu, velut inulti ab hoc conuiatore & enecati peribimus. cum  
 20 eius discos attingere non possimus. Cum autem ait, *exurdant vina palatum*, id inquit, quod suo iudicio in apparatione epularum sibi sapere videretur Rufus, qui tamen malè conditos vel mali succi cibos apponebat. metue-  
 bat igitur ne hebescens & exurdescens nimio madida vino lingua subtili-  
 25 tas intelligit, cum mox sequatur,

*Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.*

Omnes enim lagenas aliphanis calicibus, qui fictiles & capaciores erant, exhauserant, vt nihil inde biberint conuiuæ lecti, Fundanus, Viscus, Mæ-  
 30 cenas, sed umbræ tantum, Balathro & Vibidius, & imus primi lecti, & conuiuæ imi lecti, Porcius & Nomentanus. In eo autem iure, in quo natabat muræna cum squillis, incoquantur erucæ virides & inulæ amaræ  
 Nasidieni magisterio, vt Curtilli echini ad excitandum saporem, qui alias langueret: melius autem multo esse ait ei iuri incoquere erucas & inulas  
 35 vel echinos, quam illam muriam, quam reddunt remittuntque ostrea, quæ tamen vulgo admisceri solebat. Dehinc venustè narrat ruina aulæorum  
 fractam fuisse patinam, & Vibidium de pueris quærere, num sit quoque fracta lagena. Illud autem, *videtur fictus rerum*, est ridentur à conuiuis mendaciæ & figmenta Nasidieni, qui sua iura & condimenta falso lauda-  
 40 bat, cum ita, vt loquebatur, parata non essent. Balathrone autem secundo dicit,

dicit, quòd tam effusè cachinarentur alij, vt Balathro magnus alias derisor, & suspendens omnia naso, vt dixit, primas non teneret, sed in ridendo secundus esset. Iam discerptam gruem apponere aspersam sale farrato, & nouum & ineptum est: subtraxerat autem quædam odoris grauitate nimium offensura conuiuas. Iecur autem anseris pastificis erat in delicijs, quod ementitus est Rufus. Armi leporum sine lumbis, & palumbes sine clunibus, putres eas partes indicant fuisse: sed & merulæ adusto pectore, quæ pars in eis opima est, & esculenta, malè coctas escas arguunt. Ista autem dissimulabat Rufus, curque ita fierent, causificabatur. sic conuiuæ nihil omnino gustarunt cibi, velut malis venenis infecti.

10

*Multa in Varrone emendata, Lares Querquetulani, Lares Permarini, auguraculum, terticeps, quarticeps.*

CAPVT XXXV.

15

NESCIO quomodo me effascinant libri antiqui, & ad insaniam propè me adigunt, quorum infano amore agitatus audeo lib. 4. de lingua Latina scribere, *Reliqua vrbs loca olim discreta, tum Argeorum sacraria, in septem & viginti partes, ubi sunt disposita.* Ego in hac scriptura nihil variaui nihil mutauit, sed eam, vt reperi sartam tectam conseruauit. Reperio etiam, cum *Calio coniunctim Carina, & inter eas quem locum Ceroliensem appellatum apparet.* Cùm autem dicit primæ regionis quartum sacrarium, vnum ex Argeis intelligit. Argei porro loca erant in vrbe à Numa consecrata, vbi sacra fiebant, vt auctor est Liuius. At Mineruium fanum est Mineruæ, vt Dianium Dianæ: Mineruium quoque à Victore, vel vt alij malunt Rufo, ponitur in nona vrbs regione. Cæterum quarticeps cùm dicitur, & terticeps, si Volaterrano credimus, significatur quatuor vel tres vertices habens, cui expositioni non assentior, cùm potius intelligatur tertius aut quartus mons, pars & caput. Itaque ad ordinem sunt ista referenda, vt in Suburana regione constat, in qua princeps erat Cælius, deinde Cæliolus, mox Carinæ, & quarticeps Ceroliensis. Sed & ad ordinem ista referenda esse ostendunt liquidò ea quæ Varro de exquilijis scribit, ne pluribus id docere coner. Protinus lego, *Ceroliensis à Carinarum iunctu dictus Carina, postea Cerolia.* Hic autem nisi falsus, vt sæpenumero, augur sum, Ceroliam videtur indicare appellatam à *Carina*, quòd ibi caput esset Sacræ viæ. Quod autem quotquot mensibus sacra in arcem per Viam sacram dicit ferri Varro, id intelligendum crediderim de sacris idulibus. Nam idibus sacerdotes sacra in arcem ferebant rei diuinæ causa. Ad eam fortasse consuetudinem respexit Flaccus cùm scripsit,

Varro li. 4. de ling. Lat.

Liuius lib. 1. ab vrbs cond. victor de vrbs Romæ regionib.

od. 30. lib. 3. nem respexit Flaccus cùm scripsit,

- Dum

- Dum capitolium

Scandet cum tacita virgine pontifex.

Emendo etiam, *Nunc scribitur tertia litera c non b.* Quintiliani auctoritate fretus. sic enim scribit lib. 1. *Et Subura cum tribus literis notatur, c tertiam ostendit.* Nam cùm literarum compendio scribebatur, & tanquam notabatur, Sic notatū Suburam significabat. Lego proximè, *Quod ibi lucus dicitur sagutalis, & larum Querquetulanum sacellum, & lucus Mephitis.* Dicitur autem Larum querquetulanum, vt Larum permarinum apud Liuium, qui sunt, vt vetus Lexicon interpretatur θεοι Ἀγ. ῥό. π. ο. Lares querquetulani dicuntur, quòd ibi querquerulum fuisset. Cælius etiam mons Querquetulanus à quænea silua vocatus fuit. Sed tamen quos Lares querquetulanos Varro appellat, propè est, vt Nymphas querquetulanas Pompeius vocare videatur. Emendo autem, *secundæ regionis Exquilie: alij has scripserunt.* Nec longè hinc, iam diu enim lata auaritia viæ est. atque in his emendationibus non meam, sed antiqui libri fidem obstrictam esse volo. Cæterum modò terticeps reperio in editionibus, modò terticepsos, modò in Volaterrano quarticepsis, modò in codice antiquissimo quarticepsis. Cùm autem inueniam quibusdam in locis non quarticeps, sed quadiceps, nec terticeps sed triceps, tum apparet non tam ordinem significari, quàm collium & iugorum multitudinem: quanquam quarticeps & terticeps legere malim, vel quarticepsis, & terticepsis. Iam, *dexteriore via in Tabernula est,* legere malim, vt suprâ sinistra auferendi casu, quàm dexterior, nominandi. Nec non & illud sic lego, *Viminalis à Ioue Viminio, quòd ibi ara sunt, qui quòd ibi vimina nara.* Conijcio autem, & fortasse vt plerunquæ, futilis & vanus ariolus sum, conijcio inquam legendum non multo post, *aduersum est Apollinaris, adem Salutis:* vt Apollinaris collis intelligatur, in quo Apollinis ædes erat. Apollinaris etiam vicus erat in vrbe Roma, cuius mentio est apud Victorem. Quod etiam scribitur non longo inde interuallo, *apud Turaculum ædificium solum est,* cùm auraculum reperiam in antiquo codice vnus syllabæ supplemento auguraculum scribo. Sic vocatur locus vnde augures auguria captabant. auguraculum dicit esse Festus arcem, quòd inde auspicarentur augures. Victor auguratorium etiam collocat in Capitolio. Sunt & qui è Carinis captata auguria tradant. auguraculum Græcè δίωνιστιον dicitur. Scribit Higinus in libro de castris metandis, in castris Romanorum fuisse auguraculum, quod Tacitus augurale vocat.

Quintil. lib. 1. c. 7.

Lib. 40.

Varro lib. 4.

Ibid.

Victor de vrbs Romæ regionib.

Varro li. 4. de ling. Lat.

Fest. lib. 1.

Victor de vrbs Romæ regionib.

Tacitus li. 2.

*Harpocrates, Angeronia, Seia, Sestia, & Segetia, Varro emendatur.*

CAPVT XXXVI.

PERGAM equidem per Varronem grassari, & si id consequi potero, quæ

Varro li. 4. de ling. Lat.

quædam eius vlcera non manu diuina tractans perfanabo, sed ope fortassis humana prosequar. scribitur in eo, *Iraque Nænius Balantium appellat*, hinc ego à Balatu Balantium legendum affirmo, præsertim libro antiquo astipulante: quanquã sine codicis approbatione, sola posset analogia hoc obtineri aduersus librorum pertinaciam. Scribo etiam, *quod in hac regione scriptum est germalensis quinticeps*. Sacriportus enim à vetere libro non agnoscitur, qui in quarta erat vrbs regione, non in palatina. Reperio & in rudetis, vt ita dicam, librorum vetustate cariosorum. *Sic reliquæ triginta tribus ab his, quibus in tribuum libris dixi*. Et si autem scriptura, quæ celebrata est per hominum ora & librorum publicorum monumenta non ingrata nec iniucunda est, tamen peruetustam istam & rancidam exoletamque non indignam luce iudicauit, qua ad hanc ætatem caruit, in abditis bibliothecis semper sepulta. Quicquid autem nonnulli homines obloquantur nimium dediti librorum publicorum perfidiæ, audebo emendare, *hi dei iidem, qui ab Ægyptiis Serapis & Isis, etsi Harpocrates digito significat, ut taceam*. Ait enim Harpocratem, qui os digito premit & signat, per ænigma significare, ne ista mysteria euulgentur & enuncientur. Digitus enim eius ori adpositus silentium & taciturnitatem vel imperabat vel indicabat. Hinc illud Catullianum,

— *Et patrum reddidit Harpocratem.*

Auson. epist.  
12.

Eo quoque nomine Sigalion vocabatur. Ausonius,

*Et tua Sigalion Ægyptius oscula signet.*

Varro li. 4. de  
ling. Lat.

Talis ferè apud Romanos erat Angeronia dea, quæ simulachrum ore obligato obsignatoque habebat. In antiquo lexico explicatur dea consilij & temporum. Eius verba sunt, *Angeronia*, ἄθεος τῆς βελῆς ἔχει δῖον. Scribo porro versu cogente, *Insinuans sese ipsa anima*. In libro tamen scripto, *insinuans* non reperio, sed, *Diuinitus pullis ipsa anima*. in quo & paulò post reperio, *qui calor è calo*. Inuenio etiam, nec inuentum supprimo celòve, aut intercipio, sed communem Mercurium veneror & reuereor, *quibus iuncti calum & terra omnia exgenuerunt*. Lego etiam, *animam ather adingat*, vt

Ibid.

Non in Adiu-  
gare.

clausula sit versus trochaici: &, si testis producendus est, ita etiam à Nonio, nisi hallucinor, legitur. hoc quoque sic reperio perscriptum, *Et Ennius terram corpus, quæ deperit, ipsam capere, neque dispendi facere hilum*. Solet enim interdum sic poëtarum verba proferre Varro, vt versum euertat, aut mutilet. rursum, *vbi nimius ardor, aut humor, aut interit, aut si manet, sterile*.

Varro li. 4. de  
ling. Lat.

Lego etiam, *et horum iunctionis vis, Venus, comites, hinc: hinc victrix Venus*.

Bacchidib. sc.  
quid si hoc.  
Malite sc. co-  
hibere.

nuptiales ait Veneris esse comites, vt suspicor, ignem & aquam. Lego etiam, *ibant malaci*, vt molles significantur homines: malacum pallium dixit Plautus, eodem modo & malacam coronam sumere: vt & scribere pos-

femus

femus, si ab auctoritate librorum nobis recedendum esse putarem, quod quidem nobis minimè nunc quidem faciendum esse ducimus. Cæterum quinque sunt integri solidique trochaici versus ex Ennio prolari, quorum principium est, *Istic est is Iuppiter: tantum ne vatij, aut vatinij sint*, legendum est, *Ara quique ventus est: &, isthac propter: &, Qui mortales vrbes atque*. Logo non longè hinc, *et dies et diuum, id est calum. vnde sub diuo: Dius fidius*. Dius autem fidius explicatur in antiquo libro *δῖος υἱὸς ἠεγαλῆος*, vt & à Varrone eum qui iurabat sub dium prodibat. Cato apud Nonium, *Iraque domi ritu nostro, qui per Diuum fidium iurare vult, prodire solet in compluuium*. Idem de quadam dea Plinius dicit, quam tamen non nominatis verbis: Seiamque à serendo, Segestam à segetibus appellabant, quarum simulachra in circo videmus, tertiam ex ijs nominare sub tecto religio est. Plinius manuscriptus Seriam exhibet, quam Tertullianus Sesium vocat, Macrobius Saiam, vt Segestam Segetiam: aitque si quis nominasset Salutem Semoniam, Saiam, Segetiam, Tutilinam, ei ferias obseruandas fuisse. Tertia autem illa dea, quam religiosum erat sub tecto nominare, Tutilina, vt reor, erat. Adscribam & illud Tertulliani de Circo, *Delphines Neptuno vomunt, columnas Sesium à sementationibus, Messias à messibus Tutulinas à tutelis fructuum sustinent*.

20

*Orcus, noctiluca, terra altera, fulguritus, surena, Varro emendatus.*

CAPVT XXXVII.

EXPONITVR à Varrone causa, cur Orcus dicatur, sed nescio quomodo ad eius verba obsurdescimus, vtiq; ego, qui ea non satis, vt ingenuè confitear, percipio duntaxat vt editiones loquuntur, quarum vocem recitabo. *Quorum quod finis ortus, orcus dictus*. non satis hinc animaduerto, cur ab ortu potius orcus dicatur, quam Ortus ab Orco, nisi violenta illa antiphrasis, & in paucis admodum probanda, hinc recipiatur, qua suscepta finis & modus non erit ex aduersario originis ducendæ. Proponam scripturam antiquam, quæ etsi ne ipsa quidem satis dilucida est, tamen nescio quomodo ad verum propius accedit, *Quorum quod finis orcum, Orcus dictus*. quem dicimus Orcum genere virili inferorum loca intelligentes, Varro in genere neutro Orcum appellat, ab eoque Orcum, id est Plutonem nominatum putat. Orcum autem finem significare quod ait, nisi fallor, aut eo respexit, quòd eo hominum finis tendit, aut Græcis ὄργων septum & ambitum significat, & ὄργων inter cætera vinculum. Quod noctilucam ait dictam esse Lunam, ex eo dicit, quòd eo cognomine Luna in Palatio colebatur, & noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde & lib. 5.


Dd

scri-

Varroli. 4. de ling. Lat. Od. 6. lib. 4. Apud Non. in Anima. Varro li. 4. de ling. Lat. Ibid. Cic. in Lucull. Varro lib. 4. Ibid. Plaut. Trinū. mo sc. Minus quindecim. Varro lib. 4. Macrobi. lib. 1. Sat. c. 7. Dionys. Halicarn. lib. 1. Varro lib. 4. Ibid. Aristot. de hist. animal. li. 9. c. 1. & 17. Herodot. li. 2. Varro li. 4.

scribit, *Noctiluca lucere ab luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus.* scripsit quoque eodem cognomine Horatius, *Rite crescentem face noctilucam.* Erat, ut conijcio, etiam apud Varronem in Marcipore noctiluca, fax vel lucerna, cum scribebat, *noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiscit.* Diana, ut ait, à duplici via nomen adepta est, quod in altitudinem & latitudinem feratur, quasi diuia & diuiana. Nigidius tamen Dianam tanquam Ianam interpretabatur. Lego autem mox, *vel quod est altera terra, ut Physici dicunt.* Nam ut scribit Cicero, Xenophanes habitari in Luna putauit, eamque terram multarum urbium esse & montium. Hic igitur Varro Lunam terram esse quandam dicit, eamque lucentem. Cæterum cum ait Varro, *et omne quod nascitur, ignis scindit, scindere valet penetrare, ingredi, penitus scribere.* Denasci etiam in Varone est mori & interire. *Et fulgur, inquit Varro, quod fulmine, ictum est: lego, Fulgur et fulguritum.* Plautus Trinummo: *Nam fulgurita sunt hinc alterna arbores.* Mox lego, *constrarijs dijs, ab aquæ lapsu lubrico Lympa: Lympa Iuturna.* Nam Varro Latine non Græcè loquitur, nec in Nympha lapsus apparet, primo dissimile elemento. sic mox, *lymphæ comitiæ lego.* In lacu porro Cutiliensi insulam esse commemorat Macrobius, quæ huc & illuc moueatur: nec tacet Dionysius, *ἡ δὲ κοτύλιω ἀβοειγνέων ἀυλισσάμενοι πλησίον τῆς ἑσπέρης λίμνης, ὡς πλεῖστα νοσίδα πλεῖστα ἐν αὐτῇ ἀειδίε μείλιον κατέμαθον.* Sed & oraculum idem loquitur, *ἡ δὲ ἀβοειγνέων κοτύλιω, ἔνασος ὀχρεῖται.* Meminit & breuiculum Sotionis. Lego mox, *à quo nuptia Neptunus dictus: ut infra fiber dictus.* Lego autem non procul hinc, *primum nomen alites ab alis, volucres alij à volatu.* Galeritus ab eo nominatur auis, quæ ab alijs galerita dicitur, *κόρυδος* à Græcis, & *κορυθαλῖς*, à Theocrito *ὀπιτυμβίς* cognominata, quod in capite tanquam tumulum gerere videatur. Etiam in antiquo lexico lego bardalam vocatam fuisse. Lego proximè in Varrone, *ut quadam Græca, ut grues γέγραυοι.* Quod si quis editionis est pertinax vindex & assertor, *γέγραυο* multa significant, & *γέγραυος* est βρόγχος, id est guttur, *γεργέμιος* druppa, id est olea pulula vel nigra. sed de auibus hinc loquitur, non de gregibus, & crex auis nomen Aristoteli & Herodoto hinc potius quam grex scribi deberet. Grues tamen, ut principio dixi, Varronem suspicor scripsisse. *Vernacula, inquit Varro, ad similitudinem, ut surena, pectunculi, ungues.* cum in omnibus vitæ partibus laudè meretur ingenua verecundia, tum in tractatione literarum vel maximè, ne impudenter, quod nescias, scire te affirmes & ostentes, & inuerecundo mendacio & te & alios in errorem præcipites. Ego sine tormentis & fidiculis hinc verum proloquar. Surena quit sit nescio. Est Varroni nomen conchylij, nunquam tamen mihi antea fando auditi. nunc tandem licet, ut opinor, falsque est post ingenuam confessionem

tionem coniecturas suas perscribere. Iudicauit Venere aliquando scribendum esse, sed frustra, cum similitudo nulla rei sit: magis probarem mures vel murices. Sed cum ab Isidoro ita scribatur, *Suris tribus modis dicitur, ut tustudo, ac peloris et coclea.* Nam *et quæ edimus, et ubi caro inest, et vtrunque dicitur peloris.* Surenem à suri & surruli similitudine interpretemur, nisi striatæ legamus.



ADRIANI TURNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

Varro emendatur: Sodales aruales, titia aues, clarigatio, cohors. CAPVT I.

IN Varrone, (nam ut instituiamus & cœpimus, eum peruolitamus, potius quam peruolutamus) In Varro- ne igitur cum scribitur, *ut querquedula, cerceris,* in libris non prælo, sed manu scriptis reperio, quod pro meo non vendito, nec alioqui ostendo, *ceteris.* Est Græcis auis *κερκίς*, est & *κερκιθαλῖς*, quæ an ad hanc notationem pertineant, potius aliorum prudentiæ committendum putauit, quam meæ temeritati arbitrium iudiciumque arrogandum. Ait Varro, *sic in Latio nominati lytra et fiber.* Ego lytra scribendum existimo de Varronis sententia. Nam quod ei placeat, hoc tempore videndum est, non quod alij censeant. Existimat enim à luo, quod est soluo, lytræ nomen inditum esse: quanquam si quis per y Græcum scribat, à *λύω* deducet eodem sensu. Sed Varro non tam ad Græcam etymologiam, quam Latinam notationem videtur attendisse. In libro vereri lira scribitur, quasi librarius lua scribere voluerit, lytra tamen probo. *Qui rectè consulat consul fiat.* In antiquo libro reperio *consulciat*, quod genus verbi si probum est, significabit idem ferè quod consulere: sin displicet, *consul suat*, ne claudicans sit Iambicus scribendum erit. Omnino legere malim *consulciat*, ut sit Rempub. cum ciuibus alijsque magistratibus *fulciat.* Erit fortasse qui vocem dirimendam censeat & *consulciat*, legat, ut sit consul nos impellat & cieat ad Rempub. defendendam, cui equidem argutiæ non multum tribuendum puto. Lego mox, *ergo pratorum est præire: libenter etiam, Iuri et exercitui,* potius scriberem



berem, quàm iure & exercitu. Nam infra in dandi casu loquitur, quem & sententia postulat. pro Tatiensium: quod equidem probo, reperio Tatum, vt apud Propertium,

Propertius li. 4. eleg. 1.

Hinc Taties, Ramnesque viri Luceresque coloni.

In pontificibus à praelo manus discrepat, cuius hinc ego scripturam propono,

Varro li. 4. de ling. Lat.

Pontifices Scaenola Quintus pontifex Maximus dicebat à posse & facere, vt pontifices. quam quidem verissimam esse certum habeo. Prænomen hinc postponitur, vt & apud Catullum,

Catull. epig. 10.

Meus est sodalis Cinna Gaius, & apud Ciceronem lib. 3. de Legibus, Stolo Caius. In fratribus arualibus lego,

Cic. lib. 3. de leg.

sunt qui à fratria dixerunt. Fratria est Græcum vocabulum partis hominum, vt

Varro li. 4.

Neapoli etiam nunc. Erant & iudices qui de agrorum finibus cognoscebant mutuatio nomine, de fratrum arualium vocabulo, aruales sodales appellati, quod ita in antiquo lexico scribitur.

arbares scodales δὲ αἰὲ ὄρον ἀγρωσκόοντες διχραταί. Sed cum ista Sphinx ænigmata sic balbutiret, vt intelligi non posset, extitit Ludouicus Rusardus Iurisconsultorum elegantissimus, qui istam eius infantiam & balbutiem perciperet, & mihi indicaret. Sodales titios Varro dictos ait esse à titijs auibus, sed illæ aues cui hodie aucupi notæ sunt? Equidem esse neminem puto, qui eas magis cognoscat, quàm spinturnicem hominibus ignotam, vt censet Plinius, sed diuersam vtrique ab bisturnicia Marcellini, quæ in quadrupedibus numeranda est, vt & capreolus & bubalus, à qua & bisturnicios equos, vt opinor, apellauit Vegetius in lib. de re Veterinaria: vbi tamen melius bisturnitij edi multi censent, me non improbante. Vetus interpres Persij in illum locum, Ingentes trepidare Titos, à titis titos vocatos dicit. Seruius dicit palumbes vulgo appellari tetas. Isidorus, palumbes, inquit, eo quod sunt facta pabulo, quas vulgus tetos vocat. An hæ sint titiæ aues, intelligentioribus & doctioribus iudicandum relinquo. In fetialibus ait, desitum esse per eos bella indici, cum ipsius ætate ad res repetendas iam non mitterentur, sed tantum foederibus faciendis interuenirent. Res autem repetere erat clarigare. Sed quoniam homines eruditissimi negant clarigationem esse hominum prehensionem & pignerationem quod ἀπολήψιον Græci vocant, iusque hominis prehendi & abducendi, placuit istum errorem eripere. Nam Lilius hoc sensu ita locutus videtur lib. 8. vt eius, qui cis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille passuum pondo clarigatio esset. In antiquo quoque lexico sic clarigatio exponitur, ἐνεχρασία, ὀμνεία, ἐνεχρασιμὸς, ἀρπαγή. Lego non longè apud Varro. Tametsi cohortem in villa Hypsicratis dicit esse Græcè χόρτον apud poetas dictam. Hypsicratis historici Amiseni mentio est apud Lucianum in Macrobijs, qui & aliquid hisce de rebus scribere potuit. Hypsicratis etiam grammatici libro decimo sexto

ibid.

Plin. lib. 13. c. 10.

Vegetius li. 1. cap. 25. sary. 1.

Seruius in 1. Eclog. virgil. Isidorus.

Varro lib. 4. de ling. Lat.

Lilius li. 8. ad urb. cond.

Varro lib. 4. de ling. Lat.

Lucianus in Macrobijs

Gel-

Gellius meminit qui de vocibus Latinis è Græco ortis scripserat. Certe cap. 12. li. 16. rum grammatici Græci illud Homericum αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ, de septo & ambitu chortis interpretantur, à qua etiam significatione illud Euripidis videtur manasse συγχόρτα γείω πεδία, id est vicinos & finitimos agros.

Euripid. Andromacha.

Seminium, vbi enim, vacillo, & quadam in Lucretio obseruata. CAPVT II.

ALIUD semen aliud seminium quibusdam esse videtur, nisi fortè bis idem Æschyli more & Homeri locutum Lucretium opinamur, cum dixit, Si non certa suo cum semine seminioque, Vis animi pariter crescit cum corpore quoque.

Quod sanè non censent, satiusque putant ista distingui, quæ origine & propinquitate significationis videntur cohærere & eadem esse. Esse igitur semen credunt illam materiam genitalem, vnde animalia oriuntur, plantæque, resque inanimæ, si quis elementa earum semina vocare velit: at seminium, sobolem dicunt esse ipsam & foetum. id adeo ex eo sciri posse existimant, quod seminium leonum Lucretius dicit leonum sobolem & genus indicans,

Denique cur acris violentia triste leonum Seminium sequitur.

Seminium tamen apud Plautum semen est in Glorioso milite, Non, inquit, hic suo seminio quamque porculenam impartiturus est: quanquam & pro prole intelligi posset. Et apud Lucretium, Hæc aliquo sine seminio grauiore coorta est. Atque vocabulum videtur rusticum fuisse, vt è Varrone de re Rustica apparet, & Lucretius duobus verbis idem locutus est, cum semen & seminium posuit. Sed in eo Lucretij libro, nisi fortè sensum non percipio, quod procliue est, reposto non reposta legendum est; cum scribitur, Maternis etiam membris aluoque reposto, Discidium nequeat fieri sine peste maloque.

De foetu enim loquitur, qui maternis continetur visceribus, & in aluo repositus est. nunc reposta scribitur, è quo non magis idoneum sensum eruere possum, quàm è pumice aquam haurire. At verò, vbi enim, eodem in libro more Græco usurpatum est, vt ὀπυγῶν, quod significat cum enim, id eius exemplo subiecto magis patebit,

— vbi enim, inquit, propellere membra, Corripere è somno corpus, mutareque vultum, Atque hominem totum regere ac versare videtur:

Quo-

*Quorum nil fieri sine tactu posse videmus:  
Nec tantum vero sine corpore: nonne fatendum est  
Corporea natura animum constare animamque?*

Id est, cum ista facere videamus animum, nonne corporeus erit? At alio loco, ubi, positum est in sua usitata significatione, sed tamen ita collocatum est, ut de mendo suspectum sit,

Ibid.

*His ubi me rebus quedam diuina voluntas  
Percipit atque horror:*

quod sic explicandum censeo: in quo loco, & in qua philosophia tua, ob has res ita à te explicatas diuina quadam ingenij acie, eximia voluptate captus teneor, & velut venerabundus & reuerentia cuiusdam numinis religiosa perfusus horreo. harmoniæ autem nomen cum ait saltu delatum Heliconis, demonstrat harmoniam esse musices, quæ à musis heliconiacis nomen consecuta est, quod nomen harmoniæ reddendum idem ait organicis. sic autem appellantur musici, qui cantibus instrumentorum utuntur. Nam & ea musices species, organica vocatur. Cum autem scribit,

Ibid.

*Tum quasi vacillans primum consurgit,*  
syllabæ vim adfert, quam contra naturam breuem proceram facit: sed eadem ferè licentia tendit liquidum, in quo tamen tum audiri debet ita sonans, u, ut in viuio, quasi licuidum, aut ut si tenue dissyllabum efferretur u consonante: aut vacillans erit legendum ea deductionis ratione à vacillo, ut à pauculo paucillum: aut geminato c vacillans legendum, ut in antiquo libro reperio.

*Albatus, pullatus, cespes viuus, obesa aures, Tityrus.*

## CAPVT III.

LAVTISSIMVS quisque apud antiquos albatus erat, præsertim diebus festis, pauperes potius pullati. hinc pullata turba, & pullatus populus, ut apud Calpurnium,

Eclog. 7.

*— sed mihi sordes,*

*Pullaque paupertas, & adunco fibula morsu. Obfuerant.*

Ibid.

Idem de popularibus, id est de loco vnde populus spectabat,

*Venimus ad sedes, ubi pulla sordida veste*

*Inter fœmineas spectabat turba cathedras.*

contra de magistratibus & equitibus,

Ibid.

*Aut eques, aut niuei loca densauere tribuni. Iuuenalis,*

Sat. 10.

*— niueosque ad fræna Quirites.*

Pales dea pastorum mutatione elementi à pariendo nomen habet, quasi pares

pares sit, argumento est, quod eius feriæ, natalis scilicet vrbis, Parilia & Palilia dicebantur: sed & Calpurnius attributione mutationem demonstrat, scribens,

*Aut fecunda Pales, aut pastoralis Apollo.*

Eclog. 7.

alij tamen in alia sententia sunt, ut à me antè scriptum est. Vere solebant antiqui re diuina Pali Lari Faunoque facta, sua pecora, priusquam hibernis educerent stabulis, lustrare, & interdum præmium pastoribus fistula certantibus proponere: Calpurnius,

*Nam dum lentus abes, lustrauit ouilia Thyrsis:*

Ibid.

10

*Iussit & atguta iuuenes certare cicuta.*

Iterum,

Eclog. 5.

*— tepidos tunc hostia cultros*

*Imbuat, atque etiam, dum viuuit, ouilia lustra.*

Ut autem in castris cespitium tribunal excitabant duci, vnde ad milites verba faceret, cuius rei exempla passim occurrunt: ita cespitiam aram rustici excitabant & focum: cespesq; loco foci aræque erat Horatio teste,

*Postusque carbo in Cespite viuo.*

Rursum,

Od. 8. lib. 3.

*Hic viuum mihi cespitem:*

Od. 9. lib. 1.

& Calpurnio, *— tu cespite viuo pone focum.*

Eclog. 5.

Nam cespes in ara ponebatur, isque viuus recensque è terra excisus, ut ad purificationem viuata utebantur aqua. Compitalia & ludi compitalitij fiebant à magistris vicorum, ut ostendit in Pisonem Asconius. magistrum igitur cum dicit Calpurnius, vici intelligere debemus, rustici tamen tum, non vrban.

Asconius in Pisonem.

*Ut quoque turba boni plaudat saginata magistri,*

Eclog. 4.

*Qui facit egregios ad peruia compitaludos.*

25

Ter pede terram ferire pro saltare à poetis non rarè dicitur. Flaccus,

Od. 18. lib. 3.

*Gaudet inuisam pepulisse fossar*

*Ter pede terram.*

Idem de Iambico carmine dicitur, quod, quanquam senos reddat ictus, tamen ad tres percussiones insignes redigatur. Pollio regum *Facta canit pede ter percusso*, scripsit Horatius. At Calpurnium,

Sat. 10. lib. 1.

*— ecce per illum,*

Eclog. 4.

*Seu cantare iuuat, seu ter pede lata ferire Carmina,*

dixisse perspicuè de heroico carmine intelligimus. Acutas aures pro acibus & iudicij intelligentis dici animaduerto: Calpurnius,

Ibid.

*Quicquid inest, siluestre licet videatur acutis*

*Auribus, & nostro tantum memorabile pago.*

sic acutas nares dixit Flaccus,

*— minus aptus, acutis*

Sat. 3. lib. 1.

*Naribus horum hominum rideri possit.*

Dd 4

contra

contra obesæ aures iudicij nullius, aut obtusi & hebetis habentur. Idem Calpurnius,

Eclog. 4.

Rustica credebam nemorales carmina nobis  
Concessisse deos, & obesæ auribus apta,

Id ex eo, quòd pingue pro stupido & bardo tardi que ingenij à Latinis poni consuevit. Tityrum pro Marone aliquoties à Calpurnio poni animaduerti: id credo quòd Ecloga prima Maro Tityrus est,

ibid.

Tityrus, inquit, hanc habuit, cecinit qui primus in istis  
Montibus Hyblæa modulabile carmen auena. Iterum,  
— qualis qui dulce sonantem  
Tityron è filuis dominam deduxit in urbem.

10

In lente unguentum, suppara, flagellare annonam, strangulare diuitias, mare dormit, virga somni.

CAPVT IIII.

15

IN lenticula unguentum, prouerbiu est notissimum, & in hominum sermone frequens: non tamen satis intellectum. mihi eo nihil aliud significari videtur, quàm in tenuiculo apparatu & victu, vt in lenticulæ pulmento, non esse locum unguentis, quibus in lautis opiparis que conuiujs uti solebant. Quin & cibus unguenta solebant admiscere nonnunquam, quod in lentis pulmento faciendum non est ob edulij vilitatem tam pretiosa condimenta non desiderantis. Aristoteles, ἀληθές γάρ ὁ σφῶν ἐπιδύω

Arist. lib. de sensu & sensu sibi.

σένσῳ ἐπιδύω ἑαυτοῦ τῶν ἐπιδύω σένσῳ ἐπιδύω

Ὁ τῶν φακῶν ἐφοίτο, μὴ ἔπιχεῖν μύρον.

Sed cum, vt errone, imo verò vt profugi Scythæ incertis sedibus vagemur, alia adscribemus. Suppara non tam vela fuisse videntur, quàm velorum quædam supplementa, & summæ partes, quæ supra ipsa vela & antemnam expandebantur: quòd, vt opinor, sursum pararentur. Lucanus,

Lucanus li. 5.

— summæque pandens

Suppara velorum perituras colligit auras.

30

Papinius lib. 5. Siluarum.

— vos summis annectite suppara velis.

Suppara autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cum terram legebant, colligebant & substringebant: solæ Alexandrinæ naues supparis passis in portum peruehebantur. Seneca, solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. nulla enim res æquè adiuvat cursum, quàm summa pars veli: illinc maximè nauis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est quam expedit, antenna summittitur: minus habet virium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas & promontorium, ex quo, Alta procelloso speculari vertice Pallas, ceteræ velo iubentur esse contentæ, supparum Alexandrinarum

narum insigne indicium est. Flagellare diuitias & flagellare annonam dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, & horreis fruges, quod inuitas velut verberibus & carceribus coërcitas erumpere foras non sinant. quod in annonâ qui faciunt, eam duriores reddunt & onerant coëemptis vndique frugibus, & in horreis reconditis, qui & dardanarij vocabantur, quasi beneficio in horrea sua fruges contruderent, & annonam premerent, vt carmine alio messes traduci opinio erat. Dardanarius in vetere lexico exponitur πάντοπαλῆς, πάντομεταβόλος, σιτοῦς πῆλος. vt autem flagellare opes dixit Martialis, ita Papinius strangulare, quod vrbum confirmat interpretationem meam, quòd tanquam inuitæ & constrictæ retinerentur constipata, vt quòd respirare nequirent, suffocarentur.

10

Non tibi suppositas, inquit, infelix strangulat arca Diuitias

Martialis lib. 2. epigr. 30.

Etiam mare noctu velut quiescens, positis vndis pronum & acclinatum terræ tanquam ad soporem finxit poëta Papinius:

— & terris maria acclinata quiescunt.

15

Nam poëta etiam mare dormire fingunt, vt Maro lib. 4. Siluæque & saua quierant æquora, quod de siluarum & maris animantibus etiam intelligitur. Populi illi, qui Oetam montem ab ortu habent, inde oriri solem & sidera putant, quod, vt opinor, primus, qui illis in tractibus vixit, carminibus suis celebrauerat Orpheus, quem certatim alij sequuti sunt. Maro,

Papinius lib. 5. Siluarum ad somnum. 4. A. E. N.

Tibi deserit Hesperus Oetam. Papinius,

Eclog. 8.

— totidem Oetææ Paphiæque reuisunt Lampades.

Papin. lib. 5. Siluarum ad somnum.

Non assentior ijs, qui ad solis equum Æthonem hoc referunt. Virgam tribuebant somno, qua feriens homines, soporem inducebat: Papinius,

ibid.

— extremo me tange cacumine virga.

25

Maro ramum ei tribuit, quem soporatum vi stygia super vtraque tempora Palinuri quassasse dicit, alij etiam ei cornu tribuunt. Quibus quid accidit mali, illi se in deos aliquid commisisse putant, vt se eorum sacra polluisse, lucos ingressos esse, de fontibus sacris & inconcessis bibisse. Papinius,

A. E. N.

— quas incestauimus aras?

30

Nunquid inaccesso posui vestigia luco?

Papin. lib. 5. epiced. in fili.

Num vetito de fonte bibi?

Hos inter legendum veluti flosculos hinc inde libauimus, apiculas imitati, quæ prata peruolitantes variis insidunt herbis, inde dulcissimam mellis annonam parantes, quarum varietatem imitamur, operis dulcedinem inimitabilem nobis esse confitemur.

Symphonia Lysonis, Cossutiana taberna, & quedam in Cicerone emendata.

CAPVT V.

Epist. 17. lib. 16. familiar.

LIBRO epistolarum Ciceronis 16. scribitur, Demetrius ad me venit, quo quidem comitatu, ἀφωμίλησαι satis scis. equidem illud ἀφωμίλησαι, ne quid dissimulem, non intelligo: & parum convenire sententiæ existimo. Apud Hesychium tamen reperio, ἀφωμίλησαι, ἀφωμίλησαι. vellem qui multum studij in ijs epistolis posuere, nostrum hic laborem subleuassent. ego verbum Latinum huc intrudere malle, ac familia si tamen ἀφωμίλησαι propter librorum auctoritatem probabitur, significabit se abstinuisset Demetrii comitatu & consuetudine: attamen quod in veteri libro vidi, quam proximè accedit ad scriptionem nostram. in quo libro proxima epistola legatur pro, tibi ἀφωμίλησαι gaudeo profuisse: tibi ἀναφώνησαι. Nam vocis exercitationem & exclamationem Galenus & Aurelianus multis morbis adhibent. sed & pro ἀλυπία, erat ἀχοπία: pro τέρψις, τέρψις, id est frictio, qua in recreandis ex ægritudine hominibus sæpe utebantur medici. Conficere professionem, est profiteri rem suam esse, & edere numerum eius, vel modum, vel æstimationem apud magistratum, ut in censu, quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem dum præstaret, poterat.

Epist. 22. lib. 16. familiar.

Cicero, tu verò confice professionem si potes. Nam isti duo vix sunt digni quibus alteri Cæsenna, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. ait consules tam dissolutos & languidos esse, ut alteri non modò non tota Respublica aut prouincia committenda sit ut vix oppidum vnum commode administraturus sit: alterum autem multo contemptiorem abiectioremque facit, cui vix Cossutianarum tabernarum dicit committenda fundamenta: nedum prouinciam magnam, ac fortasse tum Romæ illæ ædificabantur. Tabernæ hæc fortasse Cossutiæ illius fuerunt, quæ prætextato Cæsari desponsata fuerat, aut alicuius ipsius propinqui: sic Ceditiæ tabernæ sunt apud Festum. Symphoniam Lysonis velim vitasses, significat paulò liberalius cum Lysonem Tyronem indulgisse sibi, cum se morbum effugisse putaret, & symphoniam cantu in conuiuio cum recumberet delectatum in recidiuam delapsam, quæ quartâ attulerat hebdomadè. Ita ex symphonia conuiuium intelligit, in quo symphoniaci pueri cecinerant. Téque nobis incolumem stiteris, pro præstiteris legi in veteri exemplari, quæ quidè obseruatio, etsi leuis est, tamen ne prætermittenda quidem fuisse videtur: sed si quis ea offenditur, deleat. ita sine magno detrimento morè geret animo suo. In eodem reperi, habui noctem plenam timoris, ac miserius, tuis literis nihilo sum factus certior. Illud, miserius valet, quod miserius. eodem in exemplari in epistola, Nos à te, ut scis, scribebatur, pro ad iij. a. d. iij. quod est ante diem quartum, & in sequentibus temporis designationibus eadem erat scripturæ constantia. sed & pro, vsq; ad ix. K. in eo planè notatū erat, vsque ad a. d. ix. κ. quod est vsque ad ante diem nonum κ. quæ scripturæ & fidelit.

Epist. 9. li. 16.

Ibid.

Ibid.

fideliore & elegantiores sunt. etsi enim illam alteram quæ recepta est, non damno: hanc tamen frequentissimam scio, & ab auctoribus Græcis ad verbum explicatam, ut in Geoponicis, & Græcis principum edictis & constitutionibus.

Epodi, sacra vatam, domina.

CAPVT VI.

CVR Epodon liber appelletur ambigi video: ac sanè quibusdam probabile videtur, quomodo orbibus Lyricorum suæ sunt conuersiones, quibus pares reuersiones respondent, (εποδος & ἀντεποδος vocant) demumque ijs sua epodus accinitur: sic accini libris Carminum & tanquam succini librum Epodon: quasi illi libri incentiui sint, hic succentiui. equidem non eo inficias verisimilitudine niti hanc sententiam, sed tanti apud me veterum auctoritas est, ut quod illos voluisse videam, id maioris apud me ponderis sit. existimo igitur libro epodon à versiculis alternis, qui maioribus iustisque numeris adiunguntur, nomen quæsitum. minuti enim illi versiculi etiam per se positi, epodi nomine celebrantur, ut constat è Mario Victorino ita scribente, dehinc epodus sui generis, Arboribusque comæ.

Ausonius, Libello tamen apologorum antetuli paucas epodos studio in te obseruantia mea impudentissimos. Deinde versiculos minutos subijcit,

Perge o libelle Sirnium,

Et dic hero meo ac tuo,

Aue atque salue plurimum.

Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos.

Iterum,

25 Iterum,

Perfer in excursu vel teriuga millia epodon.

Hermogenes, τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τετραράων καὶ πέντε συλλαβῶν καὶ μέλει τῶν ἐξ ἡμίμα ἐστίν, ἐπὶ ὧν μετὰ μύρον. Victorinus horum versuum inuentionem tribuit Archilocho, Quorum sicut & aliorum complurium auctor, & parens fertur Archilochus, singularis artificij in excogitandis & formandis nouis metris, qui primus Epodos excitauit. Ergo eum imitatur in Epodis Horatius, ut antè diximus. Hephæstion autem Epodos esse dicit, cum longiori versui versiculus subnectitur, εἰσι δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρρηκτικῶς οὕτω καλεῖσθαι ἐπὶ ὧν ὁπότεν μετὰ λαφύρα χωρὶς τὸν πῶσι φέρηται. Est igitur iudicatu perfacile existis modis, id est versiculis, nomen esse libro inditum. Cur,

Ad sacra vatam carmen affero nostrum,

Persius dixit? Nempe quod se poetæ sacros dicunt,

At sacri vates & diuūm cura vocantur,

inquit Ouidius: & de Silio Martialis,

Auson. epist. 17.

Ibid.

epist. 1.

Ibid.

In præf.

Ouid. 3. A. mor. leg. 8.

SACRA



Lib. 7. epigr.

*Sacra coturnati non attigit ante Maronis,*

62.

2. Georg.

Et se poëtae ut sacerdotes sacra ferre solent prædicare: Maro,

*Me vero dulces primum ante omnia Musæ,**Quarum sacra fero.*

Quod enim de Camœnarum æde afferunt, ut verum sit tamen ad sententiam Persij non facit. Non solum amatores amicam suam dominam vocare solebant, sed & eodem numine augustæ & reginæ vocabantur, id est imperatorum & regum uxores. Maro,

6. AEn.

*Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

Lib. 12. epig.

Martialis,

52.

*Non aliena videt, sed amat Proserpina rapas:**Iste tibi dominam conciliauit amor.*

Id est Proserpinam uxorem Plutonis. sed & in vniuersum uxores omnes sic vocantur, ut è quodam Senecæ loco intelligi potest. Martialis,

Lib. 11. epig.

2.

*De palatinis domina quod serica praelis:*

id est augustæ.

*Testamentum de Tortorio, serpirastræ, saccones, oppij ex Velia.*

CAPVT VII.

Cic. 7. ad Att.

11. epist. 2.

IN septimo ad Atticum libro testamentum Curij vrbanij & lepidi hominis de Tortorio esse puto. velut, si de seruis tortis testamenti tabulas fecisset Curius, quos seruos tum hæredi relinqueret vel cuiquam legaret: atque inde venustas est & lepos quæsitus: quis enim furciferum vellet sibi legari, aut testamento relinqui: Tortorium autem ea est elatum forma qua fundi solent, ut Tusculanum, Laterium: ex eo genere seruitiorum nemo libertate donatur. Vnde meritò exlibertum fecit Atticum, ut aliter etiam hunc locum quam antè fecimus explicemus: me, inquit, extra vacuum, quòd scilicet nihil esset, quo in vacuum venire possem: vel cum antè se tuum seruum, aut certè libertum censeret, te fecit exlibertum: nec tamen protinus, ut ita sit, me in vacuum venire voluit, seque pro liberto aut cliente à me occupari. Scio de porto Romam à doctissimis emendari, nec improbo: interim tamen, quod scriptum est, explico. Porro serpirastræ cohortis appellat, homines auarissimos & sordidissimos, quales erant prætorum & proconsulum comites, velut omnia radentes, assimiles radentibus per humum serpentibus & radentibus: iocoseque sic appellauit, ad illa interim alludens serpirastræ, quæ geniculis infantium adminicula iuandi gressus causa alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Ænigma Oppiorum ex Velia, quod obscurius Platonis numeris ait, de pecunia

erat,

Epist. 3. lib. 7.

ad Attic.

Epist. 12. li. 7.

ad Attic.

erat, ut subodoror, mutua. Nam Oppijs fortasse pecuniam debebat, qui Veliam vrbis locum incolebant. Oppios enim mox dicit de Velia saccones, à saccis pecuniæ. ut enim à bucca bucco, à pera pero, à Drusis Druso: sic à saccis sacco deducitur. Oppius quoque res & rationes Cæsaris procurabat, cui Cicero pecuniam debebat. In eo autem ænigmate enodando diu æstuaauerat, quod & faretur sic scribens, ut emendandum arbitror, de Velia saccones dicit: in eo æstuaui diu. non ut excusum est, in eo est tu aut diu. ineptus hinc multis fortassis videbor, & reprehendar, qui speraui me eruere è latebra posse, quod vix Ciceroni tandem ipsi patuit: sed nec me ad veram euasisse coniecturam prædico, nec quisquam omnium tam animo non candido esse debet & improbo, ut laborem alienum ingrata malignitate potius prosequatur, quam prompto & secundo fauore excipiat. aliquid pro nostro mediocri captu in medium studemus conferre: si voto facultas non suppetit, tamen cum dijs immortalibus in sanctissimis puluinaribus & sacris bonam voluntatem sine sumptu plerunque approbemus, eandem à nobis sibi emensam vel sine effectu boni iuuenes boni consulere debent. Sed vereor ne qui à me depellere criminationem volo, eam prouocem & irritem, accusandis quorundam obrectatorum vitijs, si quo me rapit nunc animi imperus, sequar.

Epist. 12. li. 7.

ad Attic.

20

*Cicutæ apud Horatium, Bionij sermones, versantur intra penetralia Vestæ.*

CAPVT VIII.

MIRAM quandam medicinam facit Horatius, qui homines insanos malo veneno purget, cum scribit,

*Quæ poterunt unquam satis expurgare cicutæ?*

Constat enim in medicamentis lethalibus cicutam numerari, non salutaribus, cum frigore perimat. Nam quod Persius scripsit,

*— quam non extinxerit verna cicutæ,*

ad eius frigus retulit. aut igitur cicutas pro herbis medicatis purgantibusque posuit, in quibus omnibus vitosus quidam inest succus malo medicamento proximus, ut & medici vltro fatentur: ut vicissim etiam ipsum elleborum Plinius venenum vocat, de coturnicibus scribens, coturnicibus veneni semen gratissimus cibus. Aut cicutas dixit respiciens ad ferulaceos & cicutis similes ellebori caules cauos, ut ex caulium ellebori cicutis elleborum cicutas ab eo appellatum credamus: ut & poëta Maro cicutas appellauit fistulæ septemplexis cera compactas cannas. sed &

*— Anticyras melior sorbere meracas,*

multo incredibilius & inopinatus Persius dixit, insulæ nomen elleboro

Ee tribuens

tribuens, quod tamen Græcorum fecisse exemplo potest videri, qui sescamoides, quod & elleborus albus vocabatur, *αιπιλλεβορος* appellabant, ut est apud Hesychium, & Dioscoridem. Verisimilius omnino sit, eum sermone satyrico & iocoso, cui assuevit, usum esse, & ad medicamentorum infamiam elleborum cicutam vocasse, ut venenum: aut venenatam speciem, pro specie medicata ioculariter & mordaciter posuisse. In eodem autem sermone,

— metuens pendentis habenæ,

non tam est metuens lora, quibus cædi serui solebant (quanquam sic accipi potest,) quàm metuens vincula, quibus ad trabem alligati serui cædi pendentibus solebant more Romano, ut ab Acrone dicitur: cuius consuetudinis multa sunt in Plauto impressa vestigia. illud quidem Terentij sic id declarat, ut dubitari non possit:

*Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum Nobilitas flagitiis.*

Carmina autem compono, de se Horatius dicit, atque odas & melicos versus significat: vnde & mox subiicit, *Discedo Alcæus puncto illius*. Alcæum enim lyricum potissimum sibi ad imitandum Horatius proposuerat. non reperio autem vsquam, quod à Porphyryone scriptum est, Bionem patrem Aristophanis poetæ fuisse, cum vno omnes ore Philippum eum appellât, nec Laërtius qui decem eius nominis memorat, in eis Aristophanis patrem ponit. verisimilius est igitur, vel de Bione Boristhenita, ut Acron scribit, & ipse existimo, Horatium intellexisse, cuius libri melle & felle iocoso conditi fuerant: de quo & à Cicerone scribitur lib. 3. Tusculanarum disputationum, in quo facetum illud Bionis. vel de Bione filio Æschyli, quem & ipsum tragicum fuisse Suidas refert. nominat & Bionem tragicum ex eorum numero tragicorum, qui sunt tarsici dicti Laërtius. Ego tamen veriore Acronis crediderim sententiâ. Ac fortasse Bioneos sermones dixit, oculos ad Sermonum suorum libros interim reflectens.

*Audebit, inquit Flaccus, quacunque parum splendoris habebunt.*

Valet illud audebit, in animum inducet, volet, sustinebit: ut apud Maronem, *aude hospes contemnere opes*: latet tamen etiam nescio quis facinoris ausus. versari enim adhuc intra penetralia Vestæ verba dicit, velut in tuto constituta & inspoliato asylo, ut attingi non debeant, nec lædi, loci sanctitate & religione defensa. Nam è templo & penetrali Vestæ nefas erat extrahi, ut reor, ac ne eò ingredi quidem licebat, præterquam pontifici & vestalibus: sed & supplices, ad quos potissimum alludit, ad Vestam priuatam & focum sedebant, quod religiosissimum & sanctissimum supplicandi genus erat. Thucydides de Themistocle supplice, *τον παύδα σφάν λαβών*

*καθ' ἑσθ' ἐπι τὴν ἐστία.*

Nunc

*Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur.*

Insolenter penè hoc dictum esset, nisi apud Græcos multæ eius generis paterent formulæ. ut igitur illi *κινεῖται κίνησι* dicunt, sic moueri Satyrum dixit, quod est, ut ita dicam, motum Satyri & saltationem moueri & saltare. De Satyrorum saltatione dixit Maro,

*Saltantes Satyros imitabitur Alphefibeus.*

*Frena Peletronij Lapithæ, Actius Apollo, Indi.*

CAPVT IX.

10 DOCTISSIMORVM scriptorum, qui vel solo nutu in sententiam omnes possunt traducere, longè alia mens est in explicatione Virgiliani versus, quàm grammaticorum: sed versum proponam,

*Frena Pelethronij Lapithæ gyrosque dedere Impositi dorso.*

15 censent grammatici primæ tribus à Lapithis Pelethronijs, qui Pelethronium montem Thessaliæ incolebant, vbi & oppidum eiusdem nominis erat, primum domitos equos fuisse: sed Plinius Pelethronium hominis nomen proprium interpretatur, qui frenis & stratis inuentis primus equos domuerit, quæ eadem Solini sententia est. Plinij verba sunt, *Frenos & strata equorum Pelethronium*. sic gignendi causa accipiendum erit, Pelethronij frenos equo impositi & equitantis gyros dedisse, equumque consuefecisse, superbos gressus glomerare. antorant locupletes grammatici Pelethronium epitheto appellatum Chironem, quòd in Pelethronio educatus sit: alij à medicamentis: vnde & loco nomen medicatis abundantè 25 plantis. Nicander,

*Ἦμος ὄτα θρόνα παύτα μῆν' ἔπο' χεῖρ' ἀεὶ παρ' ἔξασ.*

Idem le loco, *Πελεθρόνιον νέπος ἴσχει*. Illud verò magis mirandum, quod cum Maro, *At Chalybes nudi ferrum*, cecinerit, eos populos inuentores ferri existimans, ut & Apollonius,

— τοῖδ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλοισιαι.

30 Plinius fabros non ferrarios, sed ærarios eos prædicat, & inuentores ærariæ fabricæ dicit. sic enim scribit, *ærariam fabricam alij Chalybas, alij Cyclopas*. Ac putarem eum more Græcorum poetarum æs pro ferro dixisse. Nam *χαλκός* id sæpe significat: nisi mox inuentionem ferri viderem ab eo tradi: sed non minus quàm poetarum fabulæ, inuentio rerum apud 35 auctores vaga & incerta est, alijs aliud prodentibus. sed ut Plinium in transcurso aliud velut agens, & tanquam per diuerticulum emendem, in eo legendum auctoribus libris velut in conditorijs bibliothecarum sepul-  
tis existimo, *Argentum inuenit Erichthonius Atheniensis, ut alij Cæacus*. exi-

Ec 2

stima

Dioscorides lib. 4. c. 135.

Epist. 2. li. 2.

Terentius Euthuch. act. 6. sc. 7.

Horat. lib. 2. epist. 2.

Cic. li. 3. Tuscul.

Laërt. li. 4. in Bione.

Epist. 2. lib. 2. 8. Acn.

Thucydides lib. 1.

Epist. 2. lib. 2.

Eclog. 5.

3. Georg.

ca. 56. li. 7.

ibid.

Higinus lib. fabul. c. 274

stimaret fortasse quispiam errorem in Plinio esse, cum Cæaco auri inuentionem tribuat Higinus, qui malè Sacus in editionibus appellatur: sed in Higinio Eaclis è Plinio legendum est. & vt ei etiam opem feram, cum eodem Higinio capite scribitur, Lydi surculis lanam fecerant, emendo, Lydi Sardibus lanam infecerunt: & mox, stamen pro famen. sed vt ad Maronem, vnde profectus sum, reuertar, cum ab eo scribitur,

8. AEN.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo,

significatur Apollo ille qui in Leucadio littore colebatur, atque ita vt littoralis vocabatur, & ludis triennialibus & gymnics & circensibus naualibusque celebrabatur. Nam Apollini grata esse littora ostendit Homerus in eius hymno scribens,

Homer. in hymno Apoll.

Ἀλλήτ' εἰς ἄλλα κελυμδαί, λιμνες τε θαλάσσης.

Actij Apollinis mentio est apud Apollonium.

Τείως δ' οὐδ' ἔβωμόν ἐπακτίον ἐμβασίοιο θείομδν ἀπόλλωνος. Iterum,

Νήεον ἀυτόθι βωμόν ἐπακτίον ἀπόλλωνος, ἀλλίτ' ἐμβασίοιότ' ἐπώνυμον.

Higinus li 2. de sign. celest.

sed & templum quoque Actij Apollinis in Magnesiæ finibus fuisse Higinus scribit his verbis, Callimachus autem in iisdem finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur, in eo loco qui Pagaſæ vocatur.

8. AEN.

— omnis, inquit idem, eo terrore Egyptus & Indi.

Indos ait, vt arbitror, quia Antonius vires orientis & vltima secum trahebat Bactra: aut latius accipit hoc nomen. animaduerti enim nomine Indiæ antiquos latissimè esse abusos, vt Æthiopes etiam eo significarent, vt,

4. Georg.

Vsq̄ coloratis amnis deuectus ab Indis. Et,

Ibid.

Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.

Higin. lib. Fabul. c. 275.

Parthum enim significat, credo quòd Parthis India etiam pareret, & in eorum præsidij Indi militarent. Higinus, Iouis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis suæ, quæ hecatompyle appellantur, ideo quòd centum portas habent. Hic Higinus Indiam etiam appellauit superiorem Ægyptum Æthiopiæ finitimam, in qua erant Thebæ. Rursus, Liber in India Ammonem.

Ibid.

Ita mediterranea Africæ Indiæ nomine afficit: quod quidem & nostrates faciunt, qui quicquid propemodum transmarinum huc affertur, ex India aduectum dicunt. sic fabas indicas nominant, triticum indicum, gallinas indicas: ne multa, quicquid domi nostræ non nascitur, penè Indiæ ferimus acceptum.

Bacchata Taygeta, Sperchius, subycere pedibus Acherontem, sidus Mineruæ, in Marone explicata.

CAPVT X.

VIRGI-

VIRGINIBVS bacchata Lacænis Taygeta canit Maro, quòd Bacchi orgia in montibus & siluis celebrari solebant à furiosis & mente capris bacchis, quæ à Spartanis, quorum mons Taygetus erat, δύσμαιναι appellabantur. Hesychius δύσμαιναι, inquit, αἱ ἐν ἀρὰτῃ χειρὶνδὲς ἑσπέρου. Quod autem exclamat ó ubi campi Sperchiúsque, propter Thessaliam facit, cuius arua feraci vbere glebæ fœcunda erant, & agricolæ optanda. Nam & Flaccus,

Nec me Larissa percussit campus opima,

Od. 7. lib. 1.

ob pingues Thessalorum agros dixit. Quod autem non multo post ait, Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari, id eo facit, quòd philosophiæ cognitione tolli inferos crederet, vt & Lucretius,

Et metus ille foras præceps Acherontis agendus,

Lib. 3.

& Epicurei censent: quorum metus liquidam omnem voluptatem hominibus adimit, vitamque, vt existimabant, beatam labefactat, & euertit.

Sed totam hanc paginam sibi habeat Maro, alijque eius loci impleant.

quod igitur ab eo dicitur, Æoliam venit, etsi de omnibus Æolijs insulis non incòmodè accipi potest, est tamen aptius Strongylen intelligi, quam Æoli domum non dubiæ auctoritatis scriptores affirmant. Solinus, Strongyle tertia, Æoli domus òergit ad solis exortum.

1. AEN.

Solin. c. 12.

Est etiam, inquit Maro, ille malus Calabris in saltibus anguis, Squammea conuoluens sublato pectore terga.

3. Georg.

Si quis Nicandri Theriaca legat, hæc intelliget de chersydrò scribit: cui si fidem tantus poëta non faciet incredulo, accederet testimonium Solini ita scribentis, Calabria chersydris frequentissima est, & boam gignit.

Solin. c. 8.

— scit, inquit Maro, triste Mineruæ

11. AEN.

Sidus, & Euboica caures, vltorq̄ Caphareus.

quod hïc sidus intelligatur, multi quærun: & Seruio quidem videtur aries, qui in Mineruæ est potestate, vt verna tempestate vexatas naufragio Græcorum naues, illisq̄que saxis intelligamus. sed propè est, vt Solino videatur Arcturus, sic de Caphareo scribenti: ubi post Ilij excidium Argiuam classem, vel Mineruæ ira, vel, quod certior prodit memoria, sidus Arcturi grauibus affecit casibus. putem tamen sidus Mineruæ esse tempestatem à Minerua concitatam, cum sidus ita sæpenumero accipi notum sit. Vnus præterea Maronis locus hoc caput tanquam obſignabit:

Solin. c. 17.

Illic, inquit, vt perhibent, aut intempeſta ſilet nox Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ.

1. Georg.

quis non miretur summum & doctissimum poëtam tam esse ignarum & rudem, vt perpetua caliginosæ noctis vmbra putet eos, qui sub finitore colunt, obductos & obtenebratos esse? verum ex Epicureorum opinione

Ee 3 idille

id ille scripsit. Est enim & poëta, & Maronis, multa ex aliorum scriptis suo aspergere operi. Epicureis autem sol videtur in occasu interire quotidie, & quotidie in ortu alius renasci nouus. Hæc sententia si vera est, dubitandum non est, quin quæ sub horizonte pressa sunt, perpetuis damnata sint tenebris à rerum natura, quod Maro breuiter perstrinxit.

*Quædam in oratione in Vatinius emendata, Nonius Struma, prouincia aquaria, alterna consilia, alterna ciuitates reiecta, & quædam alia ex eadem oratione.*

CAPVT XI.

INTERROGATIO Ciceronis acerrima in Vatinius extat, qui testimonio Sextium læserat, nec Ciceroni pepercerat. Iusto proinde inflammatus orator odio sua & Sextij causa, cuius patrociniû suscepit, testem improbum, ita uti merebatur accipit omniq[ue] genere contumeliarum oneratur, & quicquid in rep. deliquerat, asperimè commemorat. Cùm eam ego cursim peragrasset, quædam in hanc paginam conieci. Cùm igitur Vatinius dignum suffragio esse negat, ad eorum ignominiam mihi respexisse videtur, qui à censoribus suffragio priuabantur, & in carites tabulas referebantur, de quibus Horatius, *carite cera digni*, scripsit. in veteri lexico scribitur, *Carites*, δελτοι εν αις & εγχεφας ἀποτιθειαι. *Quod non incundum & honorificum ad aures tuas accidat*, lego in veteribus libris: non, ut vulgo, *accedat*, quod tamen non improbo. *sonus aures accidit*, eodem modo dixit Plautus. Cur Gellium nutricula[m] appellat seditiosorum omnium? Nempe quòd impudicus esset & parum vir, sceminino genere ad opprobrium locurus est. Is est Gellius plebicola, cui perpetua suis verbis inussit stigmata Catullus: cui incestum cum matre & sorore obiecit,

*Quid facit is Gelli, qui cum matre atque sorore Prurit, & abiectis preuigilat tunicis?*

Cui obiecit oris obscœnitatem, ut & Cicero pro Sextio. *Qui (ut credo) non libidinis causa, sed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem: is de me suffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis & gratulationibus parricidarum. In quo tamen est, nullus tum illum ore inimicus est meus suauitatus.* quod est, nullus tamen impurum eius os & pollutum osculari voluit. sic ut scripsi censeo legendum in illa pro Sextio oratione. Ante illud *ut mihi renouatus*, sanè aliquot versus desunt. Equidem in longè optimo exemplari relictam vidi eo loco sine scriptura integram paginam. scribo, *concilium dimisisse*, quod est dimisisse concionem, ne vis fieret, & res ad manus veniret. Vatinius improbè vaticinando sperabat, inquit, consulatum: hariolabatur enim se consulem fore, & per consulatu suum subinde iurabat: imo verò

peie-

peierabat. proinde stomachosè & dolenter scripsit Catullus,

*Quid est Catulle quod moraris emori?  
Sella in curuli struma Nonius sedet,  
Per consulatum peierat Vatinius.*

Ut hoc in transcursu dicam, in Catulli versibus non conuenit Boëtio cùm Plinio. Nam Boëtius strumam vitium vult esse, & per translationem probrum & dedecus intelligit. Plinio placet esse cognomen. Boëtius, unde Catullus licet in curuli Nonium sedentem, strumam tamen appellat. Plinius, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius senator est filius Strumæ Nonij eius, quem Catullus poëta in sella curuli visum indignè tulit. cùm decreta societatum cunctarum dicit, quas societates intelligit? Ego societates publicanorum interpretor, nec rarò sic ordinem publicanorum appellat. τριχορύχοι & μητραλοισι, sunt apud Græcos, omnesq[ue] mortales inuisissimi, quæ crimina per præteritionem Vatinius impingit, cùm dicit parietes perfoderis, matrem verberaris. Perfossorum parietum vita vecticularia à Catone appellatur quòd veste demolirentur & aperirent parietes: sic & μοχλόν Græci tribuunt τριχορύχοις, in suis scriptis. Magno clamore in prouinciarum sortitione dicit Vatinius prouinciam aquariam obtigisse: ad cuius procurationem & munus pertinebat, quicquid mari euehebatur, aut importabatur. ea prouincia, quòd ob negotiationem & mercaturam quæstuosissima esset, quòd negotij & occupationis & molestiæ plenissima, nec sanè splendida, cùm obueniebat cuiquam, populus qui aderat, succlamabat ob negotia, furta, rapinas & capturas, quòd tum, ut opinor, vehementius fecit, quòd euenisset homini auido & furaci & improbo. Eandem arbitror Ostiensem quæsturam fuisse: Cicero pro Muræna, *tu illam, cui cùm quæstiones sortiuntur etiam acclamari solet, Ostiensem, non tam gratiosam & illustrem, quam negotiosam & molestam.* appellat & pro Sextio quæstorem Ostiensem. missum à se tum dicit Puteolos Vatinius, ut aurum & argentum exportari non sineret. Nam cùm eo tempore vndique Hierosolymam etiam ex Italia aurum & argentum, iam quoquouersum religione Iudæorum propagata exportaretur, senatusconsultum factum est Cicerone Cos. ne ex Italia exportari liceret. Cicero pro Flacco, *ieportari aurum non oportere, cum sæpe antea senatus, tum me consule grauissimè indicauit.* se portitorem ad partiendas merces missum putabat Vatinius, qui cum mercatoribus partiebatur, partemq[ue] ipse sibi sumebat, ut portitor. *Quæro abs te primum uniuersè, quòd genus improbitatis*, lego in bonis libris. antè enim uniuersè, deinde sigillatim differit. scribo, *concilium aduocares*, non consilium: & infra concilium conuocare. *Quæ est tab. Valeria?* Valerius interpres erat, seq[ue] hominum negotijs pactisq[ue] & conuentis interponebat: idem Græ-

Epigr. 49.

cap. 6. li. 37.

cic. in Vatini

cato apud

est. lib. 194

cic. pro Muræ

tena

cic. pro Flac

cic. in Vatini

Epist. 6. li. 1.

Plaut. sc. Qui manet ut maneat. In orat. in Vatini. Catul. in Gell.

cic. pro sext

cic. in Vatini.

5

10

15

20

25

30

35

5

10

15

20

25

30

35



cis, qui Romam publicè veniebant, operam interpres dabat, cum eis nisi Latinè in senatu loqui non liceret. Is vt argentarij tabulam in foro habebat. Tab. Valeriæ meminit in epistola ad vxorem Terentiam. sic tabula Sextia Sextij argentarij nominatur pro Quintio. Mortem Cn. Pompeio summo & clariss. cui suis manibus offerre voluisse, lego in veteribus libris, quomodo Cicero sæpe loquitur: nec tamen offerre voluisse, quod celebratum est, condemno. Quæ sunt alterna consilia, de quibus Vatinius legem promulgasse ait: consilia, iudicum coetus intelligo, quibus utebatur prætor aut quæsitior. Post autem sortitionem iudicum, ab accusatore & reo nominatim reijciebatur & sigillatim hic & ille: at Vatinius permisit, vt cum sortitus esset prætor consilium, reo totum consilium, non hunc aut illum iudicem reijcere liceret: quod idem etiam licere voluit accusatori. ita vterque vicissim alternisq; reijciebat lege Vatinia. Similis est ratio alternarum ciuitatum in Verrem his verbis, *Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet datur, cum alternæ ciuitates reiectæ sunt.* licebat enim illis alternis ciuitates reijcere, vt de vna conueniret: vt lege Vatinia licebat reijcere alternis consilia iudicum, vt de vno inter reum & accusatorem conueniret. scribo, *expectari sine dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum?* scribo etiam, *ac nunc quidem.* Imagines dicit non in familia, sed in carcere collocatas, quòd damnis imagines adimebantur: quod quidem & ex hoc loco, & è peroratione orationis pro Sulla intelligi potest. Dio quoque Vitellij statuas in carcere tractas fuisse narrat in historijs suis. Scribit, *eripuerisne partes illo tempore carissimas,* significans curationes quasdam, munera, negotia, administrationes. sic partes dixisse videtur pro Rabirio, *magnas partes habuit publicanorum.* Iterum, *mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare.* Scribo paulò post, *Q. Arrij: & infra, Q. Arrius. Dices supplicationes te illas non probasse.* intelligo eas significari supplicationes & ferias, quas Bibulus consul, ad impediendas Cæsaris leges, per edicta, quibus obnunciabat, edicebat, & per apparitorem Cæsari nunciabat. Dion, *ἀλλὰ ἐν τῇ ὁμιλίᾳ καὶ τῶν ἀδελφῶν αἰεὶ τῶν χριστῶν ὁσάκις γὰρ ἐνεώτερον ἐπέλεγε πρὸς ἐνετέλλετο ἀφ' ὧν ὑπηρετῶν, ὅτι ἰερομνῆα τε εἶναι, καὶ ἐν ὁσίῳ ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δυνάμει δρᾶσθαι.* Ferijs autem nemini puto ignotum esse, populum candidis togis amiciri solitum. Igitur ne videretur illas ferias & supplicationes probare Vatinius, atratus erat. eodem tempore dabat epulum funebre Arrius, in eo atratus accubuit, quam propter illud epulum funebre, quod populare erat, etiam dies festus esset. Epulum autem dari solebat in ædibus sacris, vt tum in templo Castoris. Plautus,

*Ph. Quid tunc, si in adem ad Cœnam veneris:*

*Atque*

*Atque ibi opulentus tibi par forte vt veneris,  
Apposita sit cœna, popularem quam vocant:  
Si illi congesta sint epulæ à clientibus,  
Si quid tibi placeat, quod illi congestum fiet,  
Edisne, an incœnatus cum opulento accubes?*

Mox lego, *adolescens inter cocos fueras? lego, lege Licinia & Iunia.* eam legem tulerunt L. Licinius Muræna, & D. Iunius Silanus coss. anno post consullem Ciceronem de iure ferendarum legum. scribo ex veteribus libris, *scisne te feuerissimorum.* Sergia autem tribus, de qua hîc mentio est, regionem Sabinorum, Marforum, Pelignorum continebat, quos populos idcirco tribules Vatinij nominat. erat enim ex ea tribu Vatinius.

*Anancaum, præcipes, eluere, heluo, helico, helucum.*

CAPVT XII.

IOACHIMVS Camerarius ~~liberum~~ nauauit operam Latinæ linguæ studiosis in emendatione comici Plauti: in quo tanta vberitate succreuerant errores, vt natiua illa sermonis Romani elegantia, cuius penè palma comico illi tribuitur, vix vsquam appareret. Is in Rudente comode emendauit anancaum illo in versu,

*Credo hercle anancaeo datum quod biberet.*

Anancaum autem poculum interpretor vrnale. Nam cum *ἀνάσκη* sit vrnæ iudicialis, quidni vrnale poculum anancaum dicatur? Hoc vocabulum reperi in Varrone apud Nonium, *Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodas, cratera, anancaea populo nobilium Tarentinarum.* in eadem fabula cum scribitur,

*Si tu de illarum cœnaturus vesperi.*

propterea quòd vesperi cœnabant, vesperum cœnam appellauit, vt & in milite emendatè legitur, *Qui de vesperi viuat suo.* vesperna etiam à grammaticis nominatur. In eadem comœdia,

*Tunc hic feles virginalis, liberos  
Parentibus subiectos habebis?*

Feles enim scimus esse furaces & rapaces: proinde felem vocat lenonem, qui virgines subriperet, vt Aufonius felem pullariam, puerorum furem. lego etiam è veteri libro,

*Quin vt humanum exurias tibi.*

Non enim satis mali precaretur lenoni, si manus cladem potius, quàm mortem optaret. Festus autem scribit, humanum esse sacrificium, quod mortui causa fiat. ergo exurere sibi humanum, est se exurere: si quis tamen manum

lib. 14. epist.  
2.  
Cic. in Vatin.

ibid.

Cic. in Verr.  
4.

Cic. in Vatin.

Cic. pro Sulla.  
Dio in Vitell.

Cic. in Vatin.

Cic. pro Rabirio post.

ibid.

Cic. in Vatin.

Dion li. 33.

Cic. in Vatin.

Sci. ibid.

Rudente sc.  
Intellig. hanc.

Varro apud  
Non. in Crateræ.

Rudente sc.  
Et vos a vobis.

Plautus Milite sc. Iamne est ante aedes.

Rudente sc.  
Exi è phano.

ibid.

Fest. lib. 3.

manum defendit, à me non oppugnabitur. In eadem lego, non licet, est lex

sc. Exi è phans.

apud nos. In veteri reperi versum hunc ita perscriptum,

Quin scelestus sacerdotem anum præcipes.

sc. Nunc demum est.

Nam pro præceps præcipes, & pro anceps ancipes olim dicebatur. Lego

Rudente sc. prob cyren.

in eadem, Obsecro hoc præuortere ergo, vbi reuortere sanè incommodè scri-

bitur.

Nam vt te quoquouersum vertas, sensum ex eo non eruas, qui qui-

quidem tolerari possit.

Integratum etiam inueni versum hunc, qui vel

mutulus, vel nullus est in exemplaribus,

Sed quid hic in Veneris fano meæ

vicinia? Scribitur in eadem fabula, eho an te pœnitet in mari quod elauit, nisi

hic in terra iterum eluam? In quo perlepidè iocatur. Nam qui naufragium fe-

cerat, elauisse se dicit, cùm etiam eluere, sit amittere, perdere, consume-

re. Nam in terra eluam, est amittam & perdam: & in Asinaria, in mari re-

peri, hic elauit bonis. translatio ducta est à balneis, in quibus luxu lauandi nō-

nulli nequiores rem profligabant, & edebant. Plautus,

Comesum, expotum, exutum, elutum in balneis.

Inde heluo, inquit, qui in tempore

Trinum. sc. Minus quindecim.

bona sua consumit, ab elu-

endo, quæ vox aspiratur, vt auuiditas magna exprobre- tur. In epistolis Ci-

cic. li. 6. epist. famib.

ceronis vbi vulgo excuditur, Heluo nequissimus sextertia M. dabat: Victo-

rius se helico dicit reperisse in veteribus libris, quod erit ab eluco du-

ctum, id est bardo, stupido, allucinatore, languido, addita aspiratione, vt in

heluone. Helucum Tertullianus etiam aspirauit, & grauitatē capitis vino

creatam intellexit, cùm ita scribit, Liberum eundem apud Aegyptios Osirin,

Harpocratio industria hederatum argumētatur, quòd hederæ natura sit caput ab

heluco defensare. Audiui qui legeret in Cicerone, filico. sunt enim filicones,

mali & nequam, nulliusque vsus, & operæ homines: sed huic capiti finis

fit.

Crater, Cicero ad Atticum explicatus, vinum coronare.

CAPVT XI II.

CRATER vas est quod Latini crateram vocant, in quo veteres vinum

aqua temperabant: statuebant autem tres crateras antiqui Græci in cœna,

primam Mercurio, alteram Gratijs, tertiã Ioui seruatori. quem δία σωτήρα

vocabant. sed & earum vna post epulas mensis remotis statuebatur ad li-

bationem & inuitationem. Nam se Græci post conuiuium poculis inui-

tare solebant, quam consuetudinem imitatus est Maro libro 1.

Postquam prima quies epulis mensaque remota,

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

vertit autem Maro versum Homericum,

Κῆροι δὲ κρητῆρας ἐπέσεισαντο ποτοῖο,

alio

alio sensu quàm interpretes Græci accipiunt, qui coronant, explanant ad summam coronam, & marginem implent, cùm Maro explicet vinum coronis floreis ornant: vt ex alio loco intelligitur, vbi scribit,

Tum pater Anchises magnum cratera corona

Induit, impleuitque mero.

coronabant enim pocula, & hilaritatis causa conuiualis, & libationis: vt Maronis expositio melior sit, quàm Græcorum interpretum. Crateres au-

tem vocabantur etiam Aetnæ spiracula ignem expirantia, atque adeo a-

liorum locorum ardentium. Sed & in Italia sinus à vasis similitudine inter

duo promuntoria Misenum & Mineruium situs, ex reducto rotundoque

recessu nomen crateris obtinuit, vt Strabo docet his verbis, μέγρι δὲ δὲ ἴσο

ἔχει τέλος ὁ κόλπος, ὁ κρητῆρ παροσαγορευόμενος, ἀφοειζόμενος δὲ σὶν ἀκρωτηρίοις ἐλέπτε-

σι πρὸς μεσημβρίαν, τῶ τε μισίνῳ ἔ τῶ Ἀΐλουσι. Id est, hîc finem accipit sinus,

qui crater appellatur, duobus promontorijs in meridiem conuersis direm-

ptus Miseno & Mineruio. hunc sinum, non vas aut poculum, signifi-

cari intelligo à Cicerone lib. 2. Epistolarum ad Atticum. Inde (quoniam

putas prætermittendum nobis esse hoc tempore cratera illum delicatum) Cal. Maij

de Formiano proficiscemur, vt Antij finis ad V. Nonas Maij.

Surculum defringere, tenere lacinia, lascinia.

CAPVT XI III.

DE philosophorum Peripateticorum & Academicorum in docendo

institutione Cicero differens libro 3. de Oratore, hæc verba adiungit,

quæ oscitantem & aliud agentem præteruolarent, attentionis que perdi-

gentis, vt intelligantur, indigent, Etiam hac instituendo diuisione vtuntur:

sed ita, vt non iure aut iudicio, vt denique recuperare amissam possessionem, sed vt

ex iure civili surculo defringendo vsurpare videantur. Nam illud alterum genus,

quod est temporibus, locis, reis definitum, obrinent: atque ad ipsum lacinia. Quo-

rum verborum hanc sententiam esse puto: Academici & Peripatetici non

vltra consultationem partiuntur: eam tamen vsurpant, & sibi vindicant in

instituendo, cùm theses declamare soleant. ita quod oratorum proprium

est, non legitimo x i i. tabularum iure vindicant, non iudicio recupera-

torio repetunt, ne prætorio quidem interdicto, quo in possessionis causis

iudicia ordinantur, amissam possessionem recuperant: sed tanquam qua-

dam, iurisconsultorum auctoritate, introducta vi festucaria, qua in locis

confitis quadam solemnitate surculum defringebant vindiciarum loco,

qui suam rem esse contendebant, Peripatetici & Academici consultatio-

nes sibi adsciscunt & vsurpant. quod enim dicit ex iure ciuili, id interpre-

tor se-

tor secundum ius ciuile, quod introductum est prudentium interpretatio-  
ne. Surculum autem defringere, est furculum de agro, vel arbore potius  
frangere. Tale est illud Maronis,

— aut summa defringe ex arbore plantas.

2. Georg.

cap. 40. li. 1.

de re rustica.

cic. pro Ce-

cinna.

& Varronis, *quæ de arbore transferas, ut ea deplantes potius quàm defrin-*  
*gas: & Ciceronis pro Cecinna, non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum*  
*defringerent arboris.* Magni in literis viri hunc locum audiunt de ea vsurpa-

tione, qua vsucapio interpellatur, quibus cur non assentiar, hæc causa est,  
quòd cum declamarent consultationes philosophi, nou interrumpébât

cic. 3. de Ora-  
tore.

vsucapionem, verum rem sibi vltro vindicabant. Iam tenere lacinia hîc  
accipiunt, pro tenere aliqua parte lacerata, non vniuersa possessione. Ego  
opinor id esse obtinere per vim, vt quos inuitos apprehensa vestis lacinia

Afinaria Sc.  
perfidia.

retinemus. Plautus Afinaria,

*Lachrumantem lacinia tenet lachrumans.*

Afinaria Sc.

Cur me retē-

tas.

cic. 3. de Ora-

tore.

sequitur enim paulò post: *cur me retentas?* Sed non sustineo mihi conscius  
esse dissimulatæ alterius scripturæ, si cui fortè ea probabilis videri possit,

Varro lib. 1.

de rustica ca.

34.

quæ & mihi summè placet. ea est, *atque id ipsum lasciuia.* Nam per lasciu-  
uiam & iniuriam alienum aliquando inuadimus, & tenemus. Simile est  
illud Varronis, *ac viatoris prætereuntis lasciu non metuet facem ardentem:* quod  
à Budæo viro doctissimo perdiligenter & accuratissimè obseruatum est,  
& explicatum.

*Quædam in oratione in Pisonem obseruata, iurat qui abit  
magistratu, eiectum cadauer, consul campanus, per-  
mutatio, maialis, lautumarius, Iupiter Vrius.*

CAPVT XV.

ORATIO Ciceronis in Pisonem longè omnium acerrima est. nam  
iusto odio accensus Cicero in inimicum, omnes frænos eloquentiæ suæ  
laxat: & quo altius descendunt iniuriæ, quàm benefacta, eo etiam in vl-

cic. in Pisonē.

30  
ciscendis iniurijs, quàm beneficio agnoscendo magis eloquentia apparet.  
Eam orationem cum hisce diebus euoluerem, interea quædam anno-

35  
taui, quæ in hoc album conieci, si cui forte vsui esse possunt. Neminem  
dicit queri Syrum nescio quem de grege nouitiorum factum esse consu-  
lem: quo significat integumento frontis, supercilij seueritate, & assimu-  
latione virtutis, homines à Pifone in errorem inductos esse, de eoq; queri,  
non de colore qui non ingenuus, sed feruilis esse videretur. Non enim  
feruilis ille Pifonis color & indoles, sed simulata grauitas & seueritas ho-  
mines fefellit. Ex Syria Delum deportabantur multa seruitia ad mercatū,  
inde

inde Romam & alia in loca, vt auctor est Strabo. Fumofas in ea oratione  
imagines appellat, ex familiæ antiquitate. Nam imagines hominum alicu-  
ius familiæ honoratorum in atrio in suis collocatæ armariis erant, quæ,  
cum in atrio focus esset, idcirco vetustate fumofæ reddebantur. Emēdan-

5  
dum autem puto, *Attamen ea quæ sunt longè disiuncta comprehendam.* vulgò  
ac tamen legimus. Quid est, quod ait? *cumque is tantummodo vt iurarem per-*  
*mitteret.* in eierando magistratu, iurare solebant in concione, se nihil con-

10  
tra leges fecisse: vt Plinius in Panegyrico scribit, cuius verba sunt, *Itaque*  
*et abiturus consulatu iurasti te nihil contra leges fecisse.* Cum igitur id tum iu-

15  
rare Cicero deberet, & multa de suis rebus dicere vellet, tribunusque  
eum prohiberet concionari, iurauit sua vnus opera rempub. saluam esse.  
Auctore autem Asconio pro Luscellio & Mario Coss. L. Iulium & C.

20  
Martium legendum esse intelligimus: vt & pro, *magnos ludos, magistros*  
*ludos. mox lego, tu cum in iij. Cal. Ianuarij compitaliorum dies incidissent.*

25  
Nam compitalia feriæ non erant statiuæ, non putem autem in Calendas  
Ianuarij incidisse: certè quam proposui scripturam, veterum librorum est.  
nec multò post pro, *iudiciū rationemque censoriam.* Quos intelligimus con-

30  
nexos funeribus dies? nempe coniunctos & proximos illis calamitatibus.  
in Asconio eadem significatione continentes reperio. Cur dicitur foris  
esse Gabinius? nimirum qui domi non esse diceretur flagitatoribus, cum

35  
soluendo non esset, quo genere dicēdi etiam ad Atticum est vsus Cicero.  
Quid est æquatum præbere consulatum? nempe magistratus auctoritate  
non vti, & se superiorem alio non gerere. *Quis hoc fecit vlla in Scythia ty-*  
*rannus?* lego exacto tempore, non facit. Eiecta cadauera quæ sunt? nempe

40  
quibus honos sepulturæ non tribuitur, quod vltimæ censebatur apud ve-  
teres ignominia, & qui propter paupertatem, cum sumptus deesset fune-  
ri, è cellis eiecti mortui à sandapilariis in exquilinū bustum puticulósque

45  
portabantur in arcis. non præteribo Isidorum paulò post pro, *quem in hoc*  
*animali inuenire non possem,* scribere, *in hoc maiali.* Maiales autem vocantur

50  
sues castrati: in antiquo lexico maialis exponitur *δέλφας.* Ab excusis au-  
tem codicibus, in quibus laternario scribitur, veteres discrepant: in qui-  
bus descriptum est, *cum altero Catilinæ lautumario.* Quas enim Græci lato-

55  
mias, Latini lautumias, vt Varro, Plautus, alij appellarunt. Ita carcer qui-  
dam Romæ vocabatur, quòd in eo lapidicinæ aliquando fuissent. Ergo  
cum lautumariū Catilinæ dicit, vnum esse dicit è sceleracis illis Catilinæ

60  
affectatoribus & gregalibus, qui sæpe coloni carceris fuissent. Quis est  
orbis saltatorius? cum videlicet qui saltant, se in orbem circumagunt: ver-  
sum Plautus arpellat in Sticho his verbis,

*Qui Ionicus, aut cynædicus, qui hoc tale facere possiet?*

Ff

Plautus sticho  
sc. Qui Ioni-  
cus.  
Si

*Si isto uorsu me uiceris, alio me prouocato.*

*Cic. in Pisonē.* Paulò post, in toga pretexta, non in toga & pretexta. Lego, non longè, ar-  
*Ascon. in Pi-* *ma in templum Castoris, non in templo.* Campanum consulem Asconius  
*sonem.* interpretatur, quòd Piso consul Capuam uenisset: ego, pace tanti uiri, ali-  
 ter sentio: existimoq; campanum consulem hìc duumuirum dici. mouent  
*cic. pro se-* me illa Ciceronis pro Sestio uerba de Pisonē, *capillo ita horrido, ut Capua,*  
*sio.* *in qua ipse tum imaginis ornandæ causa duumuiratum gerebat, Sepiasiam sublatu-*  
*rus uideretur.* Primo enim illo anno, quo deducta est Capuam colonia à  
*cic. in Pisonē.* Cæsare, duumuir Capuæ factus est Piso, qui anno sequenti successor Cæ-  
 saris in consulatu fuit. meæ sententiæ fauent & illa mox uerba, *Gabinium* 10  
*denique si uidissent duumuirum uestri illi unguentarij, citius agnouissent.* non  
 multò post, pro *lutulente Cæso*, scribo, *lutulente Cæsoni.* Quo sensu acci-  
*ibid.* pimus miram fuisse Reip. æquitatem? nempe intelligimus æquo animo  
 Rempub. fuisse, nihilque sollicitam & anxiam fuisse, nec iniquè tulisse.  
*ibid.* *Consulem tu te:* malim, ut in bonis libris, *consulem tum te.* & mox, *tamen cu-* 15  
*pere diceretis,* lego sine particula inficiatrice. non longè hinc, *at omnibus sal-*  
*tem bonis:* non hominibus. in ueteri lego pro, *non ut tu mox dicere ausus es,*  
*ibid.* non ut tu insuper. quid igitur si Insuber? præsertim cum ex Insucribus Pi-  
 so, ut ei Cicero apud Asconium objicit, genus duceret. sed hæc coniectu-  
 ra est, quam nec amplector, nec alijs commendatam uolo. uulgo circun- 20  
 fertur editum, *uos rogatores, uos distributores, uos custodes fuisse tabularum,*  
 quod & inculpatæ fidei libri exhibent: quidam tamen, *uos rogatores, uos*  
*ibid.* *diribitores, uos custodes tabellarum fuisse,* legunt. Erant autem in comitijs,  
 tum cum tabella suffragia ferebantur, rogatores, qui rogabant quam quis  
 tabellam uellet: diribitores, qui tabellas diribebant, id est distribuabant, 25  
 quos hìc distributores uocat: *custodes tabularum,* qui dum tribus uel cen-  
 turia suffragia ferebant, & dum suffragia dirimebantur, dum sortitio fie-  
*ibid.* bat, ne quid fraudis fieret, obseruabant, qui que numerum suffragiorum  
 & punctorum annotabant, qui & ad tabulam poni dicebantur. Ultra per-  
 genti legendum, *appellatus est hic uulturius illius prouinciæ,* id est uultur & di- 30  
 rector ac depeculator: mox, *ne tum quidem Paule noster tabellas.* sic enim  
 malim quam tabulas. & infra, *quam aut te uideri pudentiosem,* libri scripti  
 habent, non prudentiosem. Infra lego, *non senatum? non ciuitatem? cruentare*  
*corpus suum?* Nam Phrygijs numeris in sacris Cybeles stimulari, & in fu-  
*Horat. Sat. 3.* *rorem acti, se fauciabant & cruentabant.* Simile illud Flacci, 35  
*li. 2.* *Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*  
 Quæ sunt permutationes ad Tusculanum extruendum? ego permutatas in-  
 telligo pecunias prouinciales in nummum Romanum, & Romam missas.  
 id enim

id enim plerumque permutatio significat, Græcè dicitur ἀλλαν: exempla  
 passim occurrunt. simile est illud pro Rabirio. *At permutata pecunia ali-* *cic. pro Ra-*  
*quando est?* Infra, *ac meus quidem is fuit,* legendum censeo, non at. *Quam-* *birio.*  
*obrem se laceffitum dixit sponcione, ni esquilina introisset, à Pisonē?* ne- *cic. in Pisonē.*  
*ibid.*  
 5 scio quid fellis hic latere suspicor: ut quoniam inquilinus est, qui incolit:  
 exquilinus sit qui extra urbem colit, & habitat. quo fortasse, nec tamen  
 affirmo alludens, Ciceronem exulem & urbe eiectum Piso perstrinxerat.  
 Paulò post pro, *non euerse per te, sed perdita ciuitatis,* malè sed proditæ ciuita-  
 tis. pro, *licet themista sapientior, libenter legerim, licet tu in isto sapientior.* non  
 10 longè hinc pro, *afflictorem & proditorem,* libri ueteres habent, *afflictorem*  
*& perditorem.* Calices Placentinos infra, *ficiles* appellat, qui minoris erant  
 pretij, quam Surrentini & Saguntini. Scribo, *ipse solus: bibitur usque dum de*  
*solio ministratur.* Nam superlacione oratoria dicit Pisonem cum suis gre-  
 galibus, eousque bibere solitum, dum exhaustis omnibus uasis uinarijs &  
 15 aquarijs, ad lauationem, & aquam aluei, qua antequam accubarent laue-  
 runt, deueniatur. Auum suum quod reuixisse dicit, intelligit præconem  
 Mediolanensem è Gallia togata: Galli autem cantus in memoriã ei auum  
 redigebat, quòd gallicinium quoddam præconium esse uideatur. mox  
 lego, *Est quidam Græcus:* Philodemus autem significatur, cuius Horatius *saty. 2. li. 1.*  
 20 meminit in Sermonibus, *Gallis hanc Philodemus ait.* huius aliquot hodie-  
 que amatoria epigrammata in ἀπολογία ἐπιγραμμάτων Græcorum reperiun-  
 tur. Infra distingo, *& tanta ciuitas: se reuocare: & conuiniorumque adulte-*  
*ria, sine distinctione: infra lego, impurissima & intemperantissima.*  
 Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi:  
 25 uersus est senarius è poëta aliquo uetere. sciebat autem Piso se propter  
 coniunctionem Cæsaris à Cicerone accusatum non iri, quo minus erat  
 ueritus interrogare Ciceronem, cur suum nomen non deferret. mox, ut  
 languet, sic etiam, *uersatur,* legendum est, non uersetur. & postea, *cum tre-*  
*centis talentis.* infra, *in seruitutem abduxerunt, matres familias abripuerunt.* De  
 30 Ioue Velsuro nihil unquam legi, fereq; adducor, ut Vrium à secundo uen-  
 to legam, & intelligã fanum Iouis Vrij, quod erat in ore & faucibus Ponti  
 Euxini. Cicero in Verrem, *Quid? ex ade Iouis religiosissimum simulacrum* *6. in Verrem*  
*Iouis Imperatoris, quem Græci Vriion nominant, pulcherrimè factum nonne abstru-*  
*listi?* Arrianus, τὸ ἱερὸν τῆς διὸς τῆς ἑλίας διέχευε πρὸς Ἐυζωνίαν καὶ εἰκοσι εἰς ἔκαστον. *Arrianus in*  
 35 sarij nomine intelligitur omnis illa supellex omneque instrumentum, quo *periplo Euxi-*  
 magistratus in prouinciam proficiscens instruebatur: hodieque nobilium *ni ponti.*  
 clientes uasalli, tanquam in uasario eorum sint & uasa eorum censeantur, *cic. in Pisonē.*  
 appellantur. Eo nomine attributam pecuniam Romæ foenori occuparat  
 Piso, quod est in quæstu reliquerat. Ad hunc locum respexit in Alexan-  
 dro



Lamprid. in Alexandro. *dro Lampridius, Iudices cum promoveret exemplo veterum, ut Cicero docet, & argento & necessarijs instruebat, ita ut praesides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas senas, annulos binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos. Pro Fusidio, legendum Fusidium. Cum de armorum officina Cicero differit, quid tandem eo in loco sibi vult illud, pellium nomine? ego papiliones & tentoria intelligo, quae olim e pellibus fiebant. Cicero in Lucullo, ut non multum Imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur. Livius, militem Romanum in opere ac labore niuibus ac pruinis obrutum, sub pellibus durare. Lege, edititius reiectus? pro, Tharsum perspicue Thasum emendandum est. & mox, Autobulo. & in villa Leucadia, quae fuit uxoris Aegisti, iacuisse moerens aliquot dies? Aegistus autem nomen est proprium. Mox etiam pro Beroa, Beroeam corrigo: & pro, utinachorum centum talenta, auctoribus libris scriptis lego, ut in Achaorum centum talentis. Mox emendo, Arsinoam, Stratum, Naupactum. Nam illud Thracum, quod obtinuit, planissime mendosum est, ut & Neopactum. Arsinoe autem illis in locis ponitur a Stephano: cuius loco aliquando quodam nouitaris studio ductus, Trachinium, ut opinabar, non inuita Minerua corrigebam. Pro, ex oppidis Aggrinarum, quis non videt esse legendum Agrianum? qui & Agrae auctore Stephano vocantur. maris Adriani oras ut Horatius dixit, qui scripsit, Siue mari libet Adriano. libri tamen scripti disertè & literatè habent hic Adriatici. Infra lego, non enim legetur quisquis voluerit. Et infra, dum de te quinque & septuaginta tabella deribeantur: non deripiantur, quod est, distribuantur iudicibus, qui de te sententiam laturi sunt. Quos Cicero Bullienses vocat Illyrici populos, Stephanus Bullienses vocat, Strabo & Plinius Bulliones. Nulla ex trinis astitiuis gratulatio, haud paulò concinnius legitur in scriptis libris, quam in excusis sine praepositione: in quibus & illud sic exaratum reperi, tum tu ipse de te fecisse videri pronuntiasti, quae verba veterem iudicandi formulam praese ferunt. non enim pronuntiabant iudices reum fecisse, sed fecisse videri. Infra lego, dicere audes, neque in tabellis. in orationis clausula, quid est discriminis inter sordidatum & sordidum? nimirum quod sordidatus sit, qui sordida & reorum veste obsoleta amictus est. sordidus, qui sordibus & illuue squalidus est. Haec ego breuiter, & strictim, e multis pauca, ut properans & aliud agens, delibavi & attigi: si quis propius inspiciat, eiusdem generis, sat scio, quamplurima reperiet, quae si quis a me praeterita queretur, alienae a me industriae, qui eam excitare volo, eadem opera aliquid relinquere conquiretur.*

Vrbs

Vrbs Memnonia, Propertius explicatur.

CAPVT XVI.

DE longa profectioe, & itinere immenso dixit Propertius,

Eleg. 6. li. 1.

Vlteriusque domos vadere Memnonias.

5 Sed nisi Memnoniae illae domus cognoscantur, quam longè absint intelligi non poterit: & sunt qui putent Thebas Aegyptias significari, ubi Memnonis statua dicebatur quotidie exorientem strepitu salutare auroram, quas & longissimè ab Italia distare notum est. In alia tamen sum sententia, & puto Susa significari, quae Memnonia vrbs dicebatur ut Herodotus est auctor. ex Ionia autem iter illuc trium erat mensium, ut ab eodem enumeratis sigillatim mansionibus & parasangis describitur: nosque eius secuti auctoritatem, velut senatusconsulto ita se rem habere decernimus. verba autem Herodoti subscribam, *καὶ δὴ λέγω σαδίους εἶναι τὰς πάντας ἀπὸ θαλάσσης τῆς ἑλληνικῆς μέχρι σούσων (τὸ ποτὸν μὲν ὀνόμαζον ἀστυχελείας) τεσσέρων, καὶ τετρακισχλίων, καὶ μυρίων. Iterum, ἐν σαδίων σαδία ἐστὶ ἐς τὴν βασιλίαν τὴν μεμνόμενα χαλεόμενα, πεντακόσια καὶ τρισχίλια καὶ μύρια.* Nec tamen id scribendum mihi putassem, nisi doctissimos interpretes velut in biuio haesitantes reperissem, & hanc & illam viam sequi animaduertissem, cum vna erroris sit, altera itineris recti. In eadem autem elegia dilutae mihi videtur & frigidae, non argutae sententiae quod scriptum est,

Herodot. li. 5.

Lydia Paetoli tingit aratra liquor.

Eleg. 6. li. 1.

quid? arantur segetes aquis natantes, fluminibus solitum egressis alueum? An potius imbre madentes aratro proscinduntur? nunquam tam imperitum agriculturae censuerim poetam ingeniosum & amoenum, & feracis agri alumnum fuisse. propius vero sit ab eo scriptum esse, quod in peruetusto libro cuiusdam, ut ita dixerim, sanctioris ararij reperi,

Lydia Paetoli tingit arata liquor.

Propert. eleg. 6. li. 1.

vt arata sint, quae & culta & arua solent a scriptoribus vocari. & in Beoaldi codice arata scribitur, ut aratra alios maluisse equidem mirer. Vide autem quam morosus & fastidiosus sim, cuius ne stomacho quidem nec palato gratum est quod ibidem scribitur,

Et tibi non unquam nostros puer iste labores

Afferat, & lachrymis omnia nota meis.

35 illud enim omnia nota, ut amaros cibos auersamur: etsi non me animi fallit verbo tam vniuerso & longè lateque patente aliquem existimaturum magnam quandam vim contineri & exprimi. tamen quod tam vagum est & diffusum rem nullam assignat menti nostrae, quam sibi proponat, ut cum omnia dicat, nihil ferè loquatur. puto igitur omnia nota, legendum,

Ff 3

idque

idque eo magis, quod labores antè dixerit, quibus cum omina, quæ hîc mala significabunt, optimè coniungentur. nescio autem quonam fato & omine vsuuenire solet, vt omina ferè in scriptoribus in omnia degenerent: nisi quod literarum numerus & similitudo aptam huic mutationi & lapsui occasionem præbere fermè videtur. animaduertendum igitur diligenter, & acriter est, necubi nobis obrepat nec opinantibus inducta vniuersitatis falsa persona, pro germano nomine ominationis. placet & adscribere corollarij loco versum lib. 4. qui stellatus in bonis libris est, & propè conclamatus, & variè cruciatus à Grammaticis, qui ne nunc quidem effugiet

*Propert. li. 4. eleg. 5.* tortorem: *Si te eoa doroxantum iuuat aurea ripa.* legendum puto, *Si te eoa* 10

*Doroxanium*, vel *Dorozanium*. nomen enim est proprium amicæ, vt *Acanthis lenæ*. *Doroxantum* legerem, nisi hanc nominis formam mulieri non conuenire crederem. sensus est, si delectaris auro indico, & eo abundare vis.

*Domus incepta frustra, apud Catullum, domus imperfecta* 15  
*apud Valerium Flaccum, depsero.* CAPVT XVII.

OLIM, qui vxorem ducebant, domum ædificabant: ex quo & credo

*Hesiod. lib. 2. oper. & dier.* natum illud *Hesiodium*,

*Οἶκον μὲν ἀρώπησα, γυναικὶ χέπει.* 20

*Theocritus in colloq. Daphnidis & puellæ.* Nam & apud *Theocritum*, quæ à *Satyrisco* mulier efficitur, & loco vxoris habenda est, eum interrogat domumne sibi sit ædificaturus, idque ipsi pollicetur.

*Τεύχης, inquit, θαλάμοις, τεύχης ἔδωμα ἔειλάς.*

Respondet, *Τεύχῃ σοι θαλάμοις.* 25

*Homerus Iliad. β.* Et apud *Homerum*, cum anno nondum vertente ad *Ilium* vxore ducta profectus esset *Protesilaus*, scribitur, ἔδωμος ἡμιτελής: (quanquam id à quibusdam de coniugio exponitur, vt domus labès, lib. 4. *Maronis*.) & à *Valerio Flacco* *Homeri* imitatione lib. 6. *Coniunx miseranda Caico* Linquitur,

*Et primo domus imperfecta cubili.* Quibus scriptorum antiquorum locis, veluti ardentibus funalibus tenebræ tricliniorum, sic etiam obscuritas nubiumque omne discutitur è *Catullo* ita scribente,

*Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore*

*Protesilaeam Laodamia domum,*

*Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro* 30

*Hostia caelestes pacificasset heros.* 35

Ecce frustra inchoatam domum dicit *Catullus*, nec perfectam fuisse, quod ante incipiendum opus, deos sacris non placasset *Protesilaus*, sed eis inuitis & iratis id suscepisset. in alijs libris, ijsque accuratis, *accepta frustra* scribitur:

bitur: sed altera scriptura multis nititur adminiculis. In *Catullo* autem eodem, *secare* aliquem dicitur *tarda podagra*, quod est, *cruciare*, quia qui *secantur*, magnis afficiuntur doloribus, vt ex efficiente effectum, ex antegresso consequens intellexerit: non quod *articularis morbus* secet, sed quod cum sectionem dolor sequatur *acerrimus & acerbissimus*, qui idem adiunctus *podagræ* est, qui ab ea cruciantur, velut *secari se* putent, ac æquè angantur, ac qui *ferro* vel *lacerantur* vel *fodiuntur*. Apud eundem, *quod voluit fecit*, id est, vt voluit, *patrum mutum & elinguem* reddidit: quod eo addidi, vt minus ingeniosis sensus pateat. *Scaliger* autem adolescens eruditus, non malè putat, quod aliquando me ex eo audisse recorder, legendum esse, *patru perdespuit ipsam uxorem*, non *perdespuit*. Nam *despsi* mulier non *insecitè* dicitur, quæ *subigitur*. Iam quod scribit,

*Credo sic mater, sic liber auunculus eius.*

Ex eo opinor scribit, quod *Arrius* apud matrem auunculumque educatus fuisset, vt *versimile* sit, ab eis illas aspirandi ineptias traxisse. *Quintia* autem illa (quam multis formosam dicit videri, *venustam* tamen & formosam negat, aut *Lesbiæ* comparandam) erat, vt opinor, *amica Calui*, sed dissimulato testoque nomine *Quintilia* vocata, vt infra,

*Certè non tanto mors immatura dolori est*

*Quintilia quantum gaudet amore tuo.* 20

*Explicatus Lucani locus.*

CAPVT XVIII.

IN versibus illis, quos à *Nigidio* ex astrorum prudentia fingit *canis* *Lucanus* doctissimus & elegantissimus poëta (nec enim moueor hominum huius ætatis iudicio malè & malignè de tanto poëta existimantium, cum eis antiquorum veriora & sinceriora iudicia fortiter opponere possim) veruntamen in versibus illis ita scriptum est,

*— summo si frigida celo*

*Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,*

*Deucalioneos fudisset aquarius imbres,*

*Totaque diffuso latuisset in aquore tellus:*

*Si seuum radijs Nemeæum Phœbe leonem*

*Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo.* 30

Quibus ego verbis interpretor ab eo significari *deflagrationem mundi & eluionem*, quas longinquis temporibus, stas tamen & naturæ notis, sed hominibus ignotis euenire, & porticus & ambulationes *Lycei* affirmant: etsi aliter vtraque secta. nam *Stoici* vniuersum mundum aut in aquas liquefcere, aut in ignes exardescere existimant: *Peripatetici* partibus

Aristot. lib. 1. meteor. c. 14.

tantum terræ ista censent accidere, vt Deucalionis ætate vsuuenit, vt alij dicunt Thesaliæ, vt Aristoteles Thesprotiæ, ingens aquarum eluies, quam Græci κατεκλυσμόν vocant, vt deflagrationem ἐκπύρωσιν. Ac solet vsuuenire inundatio magni anni hyeme, cum omnes erraticæ stellæ coniunctæ sunt in hiberno signo, vt piscibus aut aquario: exustio magni anni æstate, cum omnes erronee in vnum conuenerunt æstiuum & solstitiale signum, vt leonem aut cancrum. Olympiodorus, συμβαίνει δὲ τῶν ἡαλιπαι ἡπειρῶσται καὶ τὴν ἡπειρον θαλαττῶσται ἀπὸ τὸν μέγαν καλῶμενον χειμῶνα καὶ τὸ μέγα θέρους, μέγας δὲ ἐστὶν ὁ χειμῶν, μάλιστα πάντες οἱ πλάνητες εἰ χειμῶν ὡς ζῶδιω γένωνται ὑδροχόω ἢ ἰχθύσι. μέγας δὲ ἐστὶν θέρους, ὅταν πάντες ἐν θερινῶ ζῶδιω γένωνται, ἢ λέοντι ἢ κρκίνω. 10

Lucanus tamen non omnium errantium coniunctionem in carmine collocauit, sed frigidam Saturni stellam, & suo frigore aquarum foecundam in hyemali sidere posuit: & æstatis ardorisque auctorem effectoremque solem in astro feruenti candenti que metatus est, indicans eam ostendi portendique rerum in mundo mutationem & vicissitudinem, vt vel vnus 15 in brumali sidere frigidus erro aquis omnia obruere possit: contra que vnus in solstitiali signo micans & æstuans sol, omnia torrens ignibus cremare possit. ferè nescio quid tale ariolor Lucanum exprimere voluisse, & poetico fuco colorasse.

*Thracis in thracem compositi statura, ore aperto in mare desilire, Seneca emendatur. CAPVT XIX.*

seneca lib. 4. nat. quest. in prefat.

AIT Seneca lib. 4. quæstionum naturalium, *Te longiorem Fido Anneo iurabo, & Apollonio pyctæ, quamuis staturam habeas Terisi threcæ incompositi:* 25 quæ adulationem impudenter mentientium assentatorum indicant, gigantum proceritatem nanis & pumilionibus attribuentium: sed verba tamen ista considerati mihi percussit animum, nunquidnam ab eo scriptum fuisset, *quamuis staturam habeas threcis in threcem compositi.* Nam in amphitheatralibus muneribus thraces, qui & threces plerunque vocabantur, inter se committebantur, qui cum exiguam haberent parmam, se totos velut in eam colligebant, ne vulnere paterent, & staturam incuruando corpore minuebant, quod non fecissent, si maioribus & longioribus scutis vsi fuissent. qui igitur paruus & breuis est, ille similis non illepidè threci in threcem composito dicitur. Ac mediusfidius lineamenta apographorum 35 vetustorum, siquid istud refert, effigiem nescio quam huius scripturæ reddere videntur. Thraces autem solitos esse pelis, id est cetris vel parmis pugnare, docet ita Aristophanes in comœdia, quæ Acharnes est inscripta de thracum auxilijs loquens, καταπελάσσονται τῶν βοιωτῶν ὄλιω.

Illud

Illud eo libro est pereleganter perque scitè dictum, *nec in mare aperto ore desilui.* Solent enim homines in maxima desperatione se ore hiante in profundum abijcere, vt celerius strangulato aquis spiritu moriantur: id 5 *περὶ σπύμα χενεῖν*, id est ad aquam hiare, Græci dicere solent. *Dignissimum*, *ibid.* ait idem, *quod consecrari mallet, quàm conteri, pedes abstulit.* hîc pedes abstulit valet, cursum orationis tuæ inhibuit, eique pedes ademit, ne sic adblandiretur. nec enim sine pedibus incedere quisquam posset, vel currere: aut tibi sic indulgenter liberaliterque laudanti, & per assentatorias laudes decurrenti pedes abstulit, ne pergeres in eo incepto. eam mihi videtur continere sententiam locutio illa, quam ne attigissem quidem, nisi mihi aliquantum negotij exhibuisset, & futurum essem suspicatus, vt alijs esset paulò indoctioribus molesta, nec satis percepta. *Frugalitatem laudare cœpisti,* 10 *ibid.* *qua sic à nummis resiliuit, vt illos habere nec damnare videatur,* legendum in eo potius crediderim, quàm vt euulgatum est, *à nobis.* Nam illos habere antequi codicis fide à nobis receptum est. 15

*Mortarium, marsupium lauare, lauare latrinam, Varronis locus. CAPVT XX.*

20 **MORTARIUM**, in quo aliquid teritur, suspicor sic quasi moretarium vocari, quod in eo moreta intritæque fiebant. itaque & in nonnullis auctorum locis, & libris vetustate exoletis moretarium scriptum reperimus interdum: vnde contractum in mortarium vocabulum tandem est ipso vsu: velut à morte tamen non desunt earum rerum quæ teruntur, qui 25 putent appellatum. Vt apud Horatium iaculatus arces, est quod Græcè dicitur ββαλεῖν, id est ferijt: sic apud Plautum in Truculento, *sin rete iecit,* id est, si rete pisces cepit: vnde & bolus dicitur. quanquam etiam, ne dissimulem, simpliciter pro rete iecit in aquam, explicari potest. *si,* inquit, *iecit rete, piscis ne effugiat, cauet.* Lauare aluum marsupio pereleganter à 30 Varrone dictum est, pro marsupium exhaurire. quæ enim eluuntur, ea mera inaniaque relinquuntur, cum alioqui eluere pro consumere solerent frequentare veteres: sed nihil melius quàm elegantiam verborum Varronis, velut purpuram quandam hîc assuere. *Et Hymeneus,* inquit, *qui primo lauere aluum marsupio solet.* hîc significat sumptuosas esse nuptias, maritoseque earum primo statim auspicio impendiis inaniri. Id à Varrone scriptum 35 est in ἀνθρωποποιῶσ. Latrinam lauare, est in latrinam siue balneum priuatum aquam ferre. Plautus,

*Non magis curo, quàm ancillam, quæ latrinam lauât.*

Atque hoc erat, vt è Plauto apparet, ministerium vilissimum. Pomponius apud

Horat. od. 2. lib. 1. Plaut. Truculento sc. Non omnis atas.

Varron apud Non. in Lauis. Plaut. Curculione sc. Quod hominis.

—*saena*, inquit, *tene cum berecynthio Cornu tympana*,

id est noli me adflare ebrietatis furore, vt tympano sacrorum tuorum, & cornu audito ad amentiam adiguntur bacchæ, & mystæ tui fanatici & enthei redduntur: vnde & Lucretius scripsit,

Lucret. li. 2.

5 *Et phrygio stimulat numero caua tibia mentes.*

Amentiam autem illam ebrietatis, quæ vitia consequantur continuò enumerat, quæ proculdubio fidem faciunt figurato esse ista inuolucro obducta, quod in eam sententiam, quam exposui, arbitror euoluendum. At verò vt hic sensus quadam nebula immutationis tenebricosus est, sic in sequenti cantico vnus verbi quadam velut caligine circumfusum minus apparet, cum scribitur,

*Et vultus nimium lubricus aspici.*

Horatius Od. 19. li. 1.

15 Non sum solitus ingenij famam aucupari reprehendendis aliorum explanationibus, quod nec nunc faciam: tantum quid mihi videatur aperiam. vultus igitur lubricus aspici, vultus est politissimus, nitidissimus, & pulcherrimus aspectu. Nam quæ ad læuorem perpolita sunt, & æquato nitore nihil habent in summo asperitatis & inæqualitatis, lubrica etiam protinus efficiuntur. Sic & in illo,

*Lubrica nascentes implent conchyliæ luna,*

Saty. 4. li. 2.

20 Introrsum limpida interpretantur veteres. Sunt tamen conchyliæ foris testæ ferè leuis, quam ostrea plerunque habent asperam. Libet hic ob ostrea aspera adscribere versus è phagiticis Ennij ab Apuleio in priore apologia citatos, sed nemini ferè intellectos ob vocum deprauationem, quas emendare si vno aut altero loco potuero, studiosi boni consulant:

25 *Omibus at Clupea præstat mustela marina:*

Ennius apud Apuleiū Apolog. 1.

*Mures sunt Ani, ast aspra ostrea plurima Abydi:*

*Mus Mytilena est, pecten aperque apud Ambracia amnes:*

*Brundusij sargus bonus est: hunc magnus erit si,*

*Sume: apricum piscem primum scito esse Tarenti:*

30 *Surrenti fac emas glaucum, et Cumas apud: at quid*

*Scarum præterij cerebrum Iouis penè supremi?*

*Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.*

*Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam?*

*Polypus Corcyra, caluaria pinguis Atarna,*

35 *Purpura, muriculi, mures, dulces quoque Echini.*

Legi & hisce diebus in Gellio manuscripto, *cephalæaque Atarna*, quæ vt opinor, Ennius caluaria appellat: sunt autem falsamenta è capite thynni. Nam illic cetariæ erant: nisi quis cephalæi pulpas intelligat, quod non arbitror. verius omnino sit apud Ennium caluaria marina esse, quorum apud

Apule-

Pomponius apud Non. in Lauit.

apud Nonium, *hæredem ita velim facias: iam pridem volo, latrinam laui*: quod quidem alio quodam sensu, quàm illud Plautinum dictum videtur. Quod dij meliora dicunt Latini veteres, cum mali aliquid votis deprecantur & amoliuntur, valet dij ferant meliora. Tibullus,

*Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera.*

5

Varroni. 6. de ling. Lat. Fest. lib. 11. Non. in Monerint.

Pacuius, dij meliora monerint, pro dij monuerint meliora, scripsit auctoribus grammaticis. Est Græcè Varronis libri inscriptio apud Nonium in velitibus & antesignanis: sed ita vitiata corruptaque, vt intelligi possit desperetur: ego eius vestigia rimatus in scriptis libris, eruisse videor scribendam esse in hunc modum, *ἀλλ' ἔμοι ἐνευσε, καὶ ἐμαρτυρεῖται*. Nam solent interdum nutu homines testium fidem & religionem sollicitare, dum superciliis tacitis ad assentiendum vel dissentiendum impellunt.

*Allegoria Horatij explicatur, caluaria, cephæ.*

CAPVT XXI.

15

od. 18. lib. 1. NISI erro toto cælo, Horatianus ille locus allegoria totus est figuratus & mutatus:

*Non ego te candide Bassareu*

*Inuitum quatiã: nec varijs obsita frondibus*

20

*Sed diuum rapiam, saena tene cum cum Berecynthio*

*Cornu tympana.*

Nam de ebrietate hinc loquitur sub integumento bacchanalium, cum ebrietas etiam bacchanal quoddam videri possit: se autem dicit ad ebrietatem vsque nolle computare. Nam qui eo vsque progreditur, is Bacchum inuitum quatit. ille enim nobis non inuitus sua indulget munera temperatè vtentibus: non æquo animo vino nos obrui patitur. Quod autem quater dixit, ad sacra Bacchi alludit, quæ recondita in cistis è templis vrbani in montes solitudinesque ad orgia celebranda à Bacchis portabantur. vnde Maro, *Bacchatamque iugis Naxum*, dixit: & lib. 4.

30

*—qualis commotis excita sacris*

*Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho*

*Orgia, nocturnis que vocat clamore Cytheron.*

AEn. 3.

AEn. 4.

Plautus Pscudolo Sc. Si ex te tacente.

Et quia sacra illa furioso tumultu & perturbato impetu commouebant, idcirco dixit Plautus, *Scis, ubi mea commoui sacra, quas turbellas soleam dare.*

35

Horat. Od. 18. lib. 1.

Non igitur, inquit, te commouebo, nec obsita frondibus sacra tua sub diuum rapiam, id est, ebrius non bacchabor, nec infaniam, vt qui sacra tua solent Bacche pater è templis rapere sub diuum in saltus & montes tegebantur autem orgiorum cistæ hedera & pampinis.

—*saena,*



Horat. Od. 19. lib. 1. Apuleium ipsum mentio est.

Hic, inquit, viuum mihi cespitem, hic  
Verbenas pueri ponite, thuraque,  
Bimi cum patera meri.

Veteres interdum cespititias extruebant aras, cum altare decrat, aut cespitem in terra aggerata ponebant, ubi & ex tempore sacrificabant. Quin & cespes pro ara erat, & aræ imponebatur, rei que diuinæ necessarius habebatur. Prudentius,

Prudentius  
hymn. 5. 6. 7.  
σεφάτωρ.

Hoc nanque decretum cape,  
Aut thure & ara, & cespite,  
Precanda nunc est iam tibi.

10

Solebant autem aras coronare & ornare fronde felici, ut myrto, aut oliua, quam verbenam vocabant: sed & thus adolebant, & vinum è patera libabant. ex illa consuetudine verbenis aras tegendi Maro scripsit, lib. 3.

Aen. 3.

Æneid.

Accessi, viridemque ab humo conuellerè siluam  
Conatus, ramis tegetem ut frondentibus aras.

15

Lactantius li. 6. c. 24. Et Lactantius ex eo ritu dixit, ad quod sacrificium neque verbenis opus est, neque fibris, neque cespitibus quæ sunt utique vanissima.

Sacra inferis facta soluunt amores, mensa remota, caudam remulcere, aures demulcere, Matrica.

20

## CAPVT XXII.

UT qui amœna lustrant oculis diuersa loca voluptatem non vulgarem capiunt: sic & percurrendo Maronis vireta varia, egregia oblectatione 25 perfruar:

AEn. 7.

— ossaque nomen

Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat,  
cur à Marone dictum est? opinor quod sepulchra quædam sunt sine nomine ignobilium capitum & ingloriorum. At verò Caietæ sepulchrum memorabile fuit posteritati, nomenque habuit. sic & Ouidius cecinit,

Ouid. 12. Metamorph.

— tumulo quoque nomen habenti

Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

30

verius tamen utrobique crediderim de nominis inscriptione, quod in tumulo incidebatur: quod non item in vilium & ignobilium hominum bustis fieri solebat.

35

A. AEn.

Sacra Ioui stygio, quæ rite incepta parauit,  
Perficere est animus.

hic quæstio est, cur dijs inferis rem diuinam facere Dido velit? sed facile est eam

est eam

est eam quæstionem è Silio Italico soluere. censebant enim veteres sacris infernis amores & curas solui. sacra igitur inferna soluendis amoribus simulare prætexuit, consilium moriendi dissimulans, & fallere cupiens. verba sunt Silij,

silius lib. 8.

5 Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant,  
Atque attri sociæ thalami noua sacra parabam,  
Quæis agram mentem, & trepidantia corda leuaret  
Infelix germana thori.

Quid est, quod ait, exempta famas epulis, mensaque remota? ego hinc mensas intelligo fercula & magidas & lances. Nam saturis conuiujs remouentur.

Quid verò apud eundem est, caudamque remulcens? ego, ut pretermittam quid alijs videatur, esse puto caudam reflectens. sic enim lupi & canes timentes reflectunt caudam, ut eam sub verenda reducant. sic & demulcere aures pro demittere dixit Lactantius, & tamen videmus in alijs animalibus quædam signa lætitiæ, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciuam resoluunt. Nam aures demulcere, id est, quod Flaccus dixit,

Lactantius de ira dec. 7.

Od. 13. lib. 2.

— illis carminibus stupens

Demittit atras belua centiceps Aures.

20

— Ver magnus agebat

Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri:

2. Georg.

Cum primum lucem pecudes hausere, virumque

Ferrea progenies duris caput extulit aruis.

horum versuum interpretationem cuius expositione fidelius & commodius explicari posse censemus, quàm doctissimi Lactantij ita scribentis?

Illud hoc loco præterire non possum, quod errantes philosophi quidam aiunt, homines ceteraque animalia sine ullo artifice orta esse de terra, unde illud Virgilianum est, Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Lactantius li. 2. c. 11.

Et ij maximè fuerunt in ea sententia, qui esse prouidentiam negant. Addit idem, non erant, inquit, in principio mundi hyems & æstas, sed perpetua temperies, & ver æquabile. Nympham quandam Laurentem Maricam vocat Maro, quæ

Lactantius li. 2. c. 12.

Minturnis colebatur, nominat & Horatius. ea Circe erat interprete Lactantio, cuius verba sunt, Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, Leda Nemesis, & Circe Marica.

7. AEn. Horat. lib. 3. Od. 17.

Lactantius c. 21. lib. 1.

35 Nunc pateras libate Ioui, precibusque vocate

Anchisem genitorem.

7. AEn.

hinc, si Lactantio credimus, consecratur Anchises à filio. Anne, inquit, potest aliquis dubitare, quomodo religiones eorum sint institutæ? cum apud Maronem legat Aeneæ verba socijs imperantis: Nunc pateras libate Ioui, Cui non tantum

cap. 15. li. 1.

Gg

immor-

5. AEB.

*immortalitatem, verum etiam ventorum tribuit potestatem:**Poscamus ventos, atque hac mea sacra quotannis  
Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.**Auiarium Varronis, tabula literaria, phalerum.*

CAPVT XXIII.

5

DESCRIPTVM est lib. 3. de re rustica à M. Varrone elegantissimè auiarium verbis non affectatis, nec ambitiosis, sed proprijs & suis, significanter rem exprimentibus: non dubito tamen, quin ea tota descriptio 10 plarissq; illustrationis indigere videatur, in nonnullis locis herentibus, nec sententiam assequentibus. quo faciendum putauimus, vt pro nostra virili operam sumeremus, vt lucis aliquid afferremus, si modo id consequi poterimus. directum dicit esse fluuiū ab insula ad museum: in quo museum ap-  
pellat, locum musis & studijs consecratū: proinde de Casinate fundo Var-  
ronis ita scribit 2. in Antoniū Cicero, *studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersorium.* museum autem illud erat in summa insu-  
la: insula nascebatur ab imo fluuio, vbi confluebat altera amnis, vt Varro  
loquitur, pergebatque rectā ad summum flumen, vbi erat museum. legen-  
dum igitur est, *ab imo fluuio*, non à vinio, vt receptum in exemplaribus vi-  
deo, quod facilis est coniecturæ, cum paulò post subiiciat, *summum flumen.*  
imum fluuium appellat, imam partem fluminis villam alluentis, & è villa  
exire parantis: summum flumen, superiorem vocat partem fluminis in vil-  
lam influentis. circum ripas fluuij ambulatio erat pedes lata denos, ab am-  
bulatione in agrum versus, ornithonis, id est auiarij, locus. in agrum ver-  
sus autem dicit, à flumine versus agrum progrediendo, & ab ambulatione  
recedendo, vt in sepulchris dici solebat, quemadmodū ostendit Horatius,  
*Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat.*  
ait locum ornithonis deformatum ad tabulæ literariæ speciem cum capi-  
tulo, id est deformatum esse in figuram quadratam oblongam. Nam talis 30  
erat tabula literaria: tamen præterea tabulæ accedat extra quadratum, ca-  
pitulum quoddam rotundum, quod capitulum rotundum in auiario tho-  
lus erit. Tabula literaria est, in qua pueri literas faciunt, id est scribunt, &  
litteras discunt. Plautus,  
*Ex templo puer pedagogo tabula dirumpit caput.*  
subiicit, *forma quæ quadrata est, patet in longitudinem p. lxxij.* ita fit, vt cum  
pateat in latitudinem p. xlviij, sit longior quàm latior. addit, *Adhac ita vt  
in margine quasi infimo tabulæ descripta sit ambulatio ab ornithone plumula.*  
hæc verba multos malè vrunt: animaduerto nonnullos existimare hîc  
signi-

Varro lib. 3.  
de re rust. c. 5.  
Cic. 2. philip.Varro c. 5. li.  
3.

Ibid.

Ibid.

saty. 8. li. 1.

Plaut. Bacchi.  
sc. Nunc ex-  
perior.  
Varro c. 5. lib.  
3.

significari pterygium: sed probabilius, quod sagaciter excogitauit vir  
doctissimus & clarissimus Aemarus Ranconerus, numeros pedum hic de-  
siderari, qui in istud vocabulum confusi libratorum incuria sunt. ille igitur,  
cuius sententiæ subscribo, legendum putat p. viij. la. ex his enim notis  
plumula suppletis elementis facta est. hîc longitudo non scribitur, quæ è  
latitudine formæ quadratæ satis intelligitur: summam tamen latitudinis  
huius ambulationis ad liquidum vix affirmare audeo, desiderari tamen in-  
telligo. Ait Varro, *qua iter in aream est: vbi bonis in libris, qua introitus in  
aream est,* legitur. Aream autem ornithonis intelligo, quam paulò post  
nominabit. *Porticus,* inquit Varro; *sunt primoribus columnis lapideis, inter-  
medijs arbusculis humilibus ordinata.* primæ, inquit, columnæ sunt lapideæ,  
quibus interpositæ sunt mediæ arbusculæ, speciem columnarum & vicem  
intus exhibentes. locus macerie totus erat dextra & sinistra conclusus, &  
à summa macerie reti canabino tectæ porticus ad epistylum columnarum  
& ab epistylis ad stylobatem, id est ad illarum basim & sedem, ad illarum  
crepidinem. inde enim non est maceries vlla, vt reti sit opus, ne effugi-  
ant aues. nam locum macerie clausum dixit dextra tantum & sinistra. hæ  
autem porticus sunt auibis oppletæ. *secundum stylobatis interiorem,* inquit,  
partem. exterior enim ad ambulationem spectat: interior ad aream. duæ  
sunt in area piscinæ, quæ è mediò eius oriuntur, inter quas angusta est se-  
mita in tholum: tholum autem vocat locum rotundum columnatum, id  
est, vt dixit, capitulum ipsum literariæ tabulæ. extra tholi columnas est  
silua, quæ è tholo cerni poterat, cum tholus pro maceria columnas ha-  
beret, & reticulatus esset. tholi columnæ exteriores, id est, ad siluam per-  
tinentes, lapideæ erant: interiores abiegnæ. Cæterum, quemadmodum  
Varro scripsit, *Inter columnas exteriores, sic scribendum censeam, inter inte-  
riores columnas: & paulò post, intra has & exteriores, & supra, vt perspicui in sil-  
uam possit.* tholus autem cum speciem semicirculi habeat, proinde extru-  
cti in eius ambitu murili, qui sedes auibis præbebant, spectacula & foros  
theatri referebant. itaque *θεατρῆδιον* vocauit Varro. Ad dit subter stylobatē,  
id est subter basim columnarū illarū, quæ sunt vltra piscinas propinquant-  
que tholo, lapidem esse altum pedē & dodrantem à falere: phalere vocans  
crepidinem lapideam stagnum ambientem, nomine à candore lapidis im-  
posito. Nam *φάληρον* Græci candidum appellant. Normani populares mei  
hodieq; maris editiores margines & rupes mare claudentes phaleras vo-  
cant. puto tamen, cum in hac descriptione naualia nominet, imiteturque  
portus vrbium vocum vsurpatione, Phalerum esse scribendum. Sic autem  
Athenis quidam portus vocabatur. Phalerum Varroni à stagno ad duos  
pedes altum est, latum ad quinque, vt in culciras, inquit, & columellas con-  
uiuæ

Varro c. 5. li. 3.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

uiuæ pedibus circumire possint. hinc ego obseruo legendum videri, & columellam, singulari numero. Nam infra dicit, *in insula est columella*: aut certe columellas cum dixit, numero abusus est, quod non perinde rarum. Culcitas autem propter lectulorum discubitoriorum similitudinem dicit. Naualia vocat, ad similitudinem eorum locorum, in quibus secundum flumina aut mare naues ædificantur, aut in hibernis mensibus quo subducebantur, marginis partem ipsius stagni. In insula stat columella, quæ intra se continet axem, is rotam radiatam sustinet, id est radios habentem, quibus manus pueri prehensis rota versabatur. ad extremum, vbi orbile solet esse acutum, est tabula cauata, vt tympanum, id est extremi radij sustinent tabulam cauatam, in qua ponuntur cibi, vt versatione rotæ ad conuiuas ferula omnia admoueantur. orbile autem ea forma dicitur, qua apud Catonem molile, id quo mola mouetur, vel id quod molam molitur, & librile scapus libræ. est autem orbile rotunditas ipsius orbis, qui acutior est in fine: hic contra tabulam tympano similem habet. ex suggesto phaleris, vel, vt potius legendum est, phaleri, id est ex eminentia, prodeunt anates in stagnum: suggestum autem phaleris, cum illic conuiuabantur, peripetasmatis, vt triclinium aliquod ornabant. sequitur, *ex orbi ligneo mensaque, vbi nonnulli, ex orbili, emendant: sed orbem retineo, & defendo. orbis enim habebant in triclinio, quibus imponebant ahena & vasa. Cato, orbem, ahena duo. Iterum, orbem, aheneos duos, mensas duas. Igitur legendum censeo, ex orbi ligneo, mensaque, quam dixi in primis radiis esse, epitonis versis ad unumquenque, factum sit vt fluat in conuiuam.* Intra tholum hemisphærium erat, cuius in summa parte horologium erat, vespero ita circumeunte, vt horas distingueret: in medio hemisphærij designati erant octo venti suis locis & regionibus diuisi: in hemisphærio medio erat ventorum orbis, id est circulus, qui cardinem id est centrum semiglobi ambibat, vt Athenis fecerat in horologio Andronicus Cyrrehestes, vt scribit Vtruius, cuius è libris & Stephano Byzantio, hic Cyrrehestes legendum censeo non Cyprestes. Nam Cyrrehestes vocabatur, quod esset è Cyrrho vrbe Syriæ. hæc ego vtcunque adumbraui, quæ qui & ingenio meliore sunt, & doctrina superiore, & otio maiore abundant, perpolient, atque illustrabunt.

*Semurium campus, parasitus Apollinis, Martialis explicatur.*

CAPVT XXI III.

35

VERSICVLVS Martialis est, de quo magna animorum contentione, & magno partium studio Sipontinus & Domitius depugnarunt, cum alter velut pro aris & focis dimicans, myrinis pertinaciter defenderet:

alter

alter pari manu prælium confereret, & murinis tueretur, affirmaretque, *campis diues Apollo, sic murinis*, legendum esse. eorum rationes studiosis notas esse confido: certè in promptu sunt, nec à me cõmemorabuntur, cum eis prætermittis, sic quoque tamen satis chartæ perituum sit. Ego, etsi inuitus facio, vt à tantorum virorum sententia discedam, neutri tamen, vt quod sentio ingenuè loquar, assentior, legendumque arbitror,

*Campis diues Apollo semurinis.*

Nam vtriusque scripturæ contumaces repugnant syllabæ, vt ne alia argumenta confecer: & se murinis in quibusdam exemplaribus legi testificatur Domitius. Semurium autem campus erat Romæ propinquus, in quo, vt reor, templum erat Apollinis. Cicero in Antonium, *Quis est iste ordo? multi fuerant multis in legionibus per tot annos: his quoque diuisit semurium.* Macrobius de Acca Larentia, post excessum suum pop. Romano agros Thuracem, Semurium, Lincerium & Solonium reliquisse. In eodem Martiale sensus non satis perspicitur in illo versu, qui in Epitaphio Latini positus est,

*Vos me laurigeri parasitum dicite Phæbi.*

Sed interpretationem è Verrio Flacco elicere per facile est, qui quærit, quamobrem salua res est, dum saltat senex, Apollinis parasiti in scena dicent? vnde colligere licet sic appellatos fuisse mimos, & histriones, præsertim cum se Latinus histrio optimus ita vocet in epitaphio. aliquando parasitos Apollinis interpretatur Verrius mimos secundarum partium, quod ludis Apollinaribus in mimis ferè essent parasiti illarum partium actores. Pompeius, Verrius, inquit, parasitos Apollinis ait ita appellari, quod Caius Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui ferè omnibus mimis parasitus inducatur. in antiqua inscriptione parasiti Apollinis est mentio, AGILIO SEPTENTRIONI SACERDOTI MOSCHI DEI, APOLLINIS PARASITO, ALVMNO FAVSTINÆ AVGVSTÆ. Est & minutum duobus versiculis epigrammatium non enucleatum satis ab enarratoribus,

*Archetypum Myos argentum te dicis habere,*

*Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.*

Ego argutiam iocumque epigrammatis latere puto in vocabulo factum est: hoc sensu, dicis te habere toreumata argentea operis antiqui, quæ quidem magni ab omnibus olim æstimabantur: iocans Martialis ait, tu ista verbosa ostentatione argenti tui, & iactatione ventosa multum detrahis pretio, & efficis, vt vasa tua conuiuis molestiæ & tædio sint, adeo vt argentum factum, id est vasa, argenti enim facti nomine vasa censentur argentea: si sine te sit, & si absis, sit magis archetypum, id est pluris censetur antiquiusque videatur.

Gg 3 Terra

NON leuis est controuersia, quæ sit terra materna apud Catonem ita scribentem. Ager rubricosus & terra pulla materna, rudaecta, arenosa. Ego materinam putauerim à materia deduci, eoque verbo intelligi duram, solidam & propè ligneam, qua in notione nomen materiae poni non est infrequens. scio fuisse quibus videretur macerina legi debere pro macra: sed priorem lectionem vt sinceriolem libenter asseruerim, nec vicariam istam introduci permiserim. sed huic capiti supplementum ex eodem Catone quærendum est, ne nimis abortiuum & breue videatur. Nucleos, inquit Cato, ne in segetem indideris: hoc, vt suspicor, præcepto cauet, ne in segete nuclei serantur, quo arbores, quæ segeti nocere & officere solent, proueniant. Nam & locum occupant, & solum exugunt, & umbra enecant.

Quod Cato mox ait, *Faculas facito*, libro 1. Georg. Maro significauit cum scripsit,

—ferroque faces inspicat acuto,

vbî inspicare Seruius explicat, ad spici & aristarum similitudinem incidere. Nam & alio loco Maro,

Mopse, inquit, nouas incide faces,

Hac enim ratione faculae fiunt. spicare tamen Gratius pro spiculo & ferro asperare posuit,

Quid Macedum immensos libeat si dicere contos,

Quam longa exigui spicant hastilia dentes.

Longas enim & superuacuas Macedonum sarissas exiguo præfixas esse ferro dicit. Inde putauerim apud nos hastam Macedonicam picam quasi spicam vocari, quod ferro spicata sit exiguo. Inde picare tanquam spicare dicimus. Sed quoniam hoc è Gratio protuli, continere me non possum quo minus ei subsidium opemque feram in proximis his versibus,

Aut contra vt tenero destrictas cortice virgas

Prægrauat ingenti pernix Liuania cultro?

etsi quod dicam coniectum potius, quàm affirmatum posuerim, vt suspectum potius quàm exploratum afferri homines existiment, ne nimium asseuerando in errorem homines traham, cum sciam solo vultu quosdam assensionem mereri. Ego hinc legendum conijcio, *pernix Albania cultro*. sed vt dixi, conijcio tantum, non etiam affirmo. Nam de Liuania nihil quicquam vnquam legi.

Catullus explicatur, *ascalabotium, armilansa, senex recoctus,*

scriba è quinqueuero. CAPVT XXVI.

TANDEM

TANDEM aliquando Manutius & Murerus omni eleganti perpolitum eruditione in Catullo constituerunt veram lectionem, & eam in suis sedibus collocarunt. Salicippium enim auctoritate Senecæ fugitium retraxere, & hero reddidere suo: dicit enim Seneca, Caluum cum perpusillus esset, imponi se supra cippum iussisse, vt ex eo salicippium finxisse Catullus videri merito possit. in Seneca tamen saliputium legitur, quod verbum significare posset, salum esse putum, quæ parua auicula est, modò non in *puto* contumacior syllaba repugnet: vnde & salipusium quidam legunt, quidam salipullium, vt sali auiculæ pusionem & pullum. locus iste non sic abibit, sed sentiet sceleratam manum qua violabitur. Quod de cippo à Seneca dicitur, postea factum esse animaduerto, vt inde emendatio Catulli petenda non videatur esse. Lego igitur, dij magni ascalabotium disertum. quod vocabulum fortasse rusticus diminuerat, & deprauarat malè pronuntiando, & salaputium dixerat. Nam & à Græcis ipsis lacessitur, & κλαβώτης & κλαβώτιον dicitur interdum, quo nomine significatur stello. Reliqua in eo epigramate obscurissima sunt, vt qui lucem eis afferat, Cimmerias tenebras illustrare videatur. Sed nulli vnquam fuit fraudi aliquid in bonis literis tentare. & sæpius qui iacit, venerè tandem facit: etiam spargenda beneficia sunt multa, vt vnum tandè bene ponatur: & multa ineptienda, vt prudenter aliquid dicatur. homines igitur alij fortasse, si nihil fecero, nec lucem aliquam dispexero, oculatiores erunt, & si non vnus & alter, at tertius vel quartus facè præulerit. *Othonis caput oppido est pusillum* cum Catullus ait, *puto* significari Caluum tam pusilla breuique statura, comparandum esse paruulo capitulo Othonis. Nam hæc superlationes in re ridicula visitatæ & tritatæ esse solent. mox itaque confertur cruri semilauto rustici heri, vt ne toti quidem comparari cruri videatur, sed ei parti, quæ lauta sit, altera parte illota. Nam, *heri rustica semilauta crura*, scribendum reor. Quod si quid hinc mutandum esset, legerem, *heri rustica & armilansa curta*. sic breuis vestis quædam ab Isidoro explicatur, & à Paulino vsurpatur: nos tamen hac licentia hinc non vtimur. Quod autem omnem superiectionem veri superat, à nobis tamen in sermone communi vsurpari solet, cum perpusillum significamus: hominis enim (honus sit auribus) crepitum esse iocatur, eodem modo Catullus Libonis peditum & crepitum alludens dicit esse Caluum. sed hos iocos frigidiores, cum videret seuerioribus fortasse non placituros, & personam quæsiuit, cui eos attribueret, & ad veniam dixit in clausula,

Sed non omnia displicere vellem

Tibi, & Suffetio seni recocto.

id est tibi homini serio, & Suffetio veteri seni: tibi seuerio & acri iudicio,

Gg 4

cio,



cio prædito, & Suffetio homini multo rerum vsu trito, nimiumque graui. quibusdam videtur translatio esse ducta à metallis, quæ recoquendo meliora & puriora fiunt, omni que scoria liberantur & aliena materia. sed hîc potius ab his ferramentis dicitur, quæ cum inueterarunt, recoquuntur, vt reficiantur ac reformentur, aut in aliam speciem mutantur. Itaque quod

saty. 5. li. 2.

— plerumque recoctus

Scriba ex quinqueiuro, coruum deludet hiantem,

id est, qui sæpe factus & refectus est scriba. sic recoxisse Peliam dicitur Medea, id est reformasse, atque renouasse. vt recoctus senex sit hîc, annosus, antiquus, longæ ætatis, & plurimi vsus multis in rebus tritus & versatus, ideoque seueri & acris iudicij. Quinqueiurum primi nominis iuriconsulti, vt hoc etiam appingam, in Horatio signatorem explicant, quod quinque signatores adhiberi solebant: ego verò puto nomen esse magistratus, vt in colonijs deducendis & agris assignandis. Nam triumuiros, quinqueuiros, decemuiros, vigintiviros, legi assignatores agrorum fuisse.

Cic. in Lucull.

Cicero quinqueviri meminit in Lucullo, neminem esse prætorem, imperatorem, nescio an ne quinqueiurum quidem quenquam, nisi sapientem. sed & quin-

Lib. 2. aduers.

que viri de exilio iudicabant, vt elegantissimè docuit Pithœus. Erant & quinqueuiri mensarij, & quinque viri muris turribusque reficiendis, quod

6. 19.

paruum erat & exiguum munus. Sed qui scribæ sæpe fuerant & quinqueuiri, veteratores & callidi habebantur. Scribis qui sunt γραμματεῖς, postea adiecti sunt cancellarij, qui erant, vt vetus criticus explicat, ἀπγραφεῖς. Erant & quinqueuiri cis & vls Tiberim, quorum non admodum magnum munus erat, cum quidam magistratuum vicarij forent, de quibus Horatium potissimum locutum esse credo: ac fortasse Corannus scriba & quinqueuiri fuerat.

saty. 5. li. 2.

Catullus explicatur, cuniculosa Celtiberia.

CAPVT XXVII.

LICENTIAM epigrammaton quispiam fortasse Catullum putaret v-

In Egnatium epig. 37.

surpasse, nec mendacio temperasse cum scribit,

Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra,

Quod quisque minxit, hoc sibi solet mane

Dentem, atque ruffam defricare gingiuam,

quod quidem & ipse existimasset, nisi illa in terra illam viguisse lorio sibi dentes defricandi consuetudinem spurcissimam apud Strabonem reperissem, cuius ego verba adscribam, ne vanitatis poëta, & mendacij insimuletur à quoquam. εἰ μὴ τις οἶεται τῶς ἀπγραφῶν ἕνω τῶς ἔργου λομοδύου ἐν δε-

strabo lib. 3.

ἔα μὲν αἶε

ἔα μὲν αἶε παλαιὰ μὲν αἶε, καὶ τῶς ὀδόντας σημεῖοις, καὶ αὐτῶς καὶ τῶς γυναικῶν αὐτῶν, καὶ ἀπὸ τῶς καὶ τῶς φασὶ, καὶ τῶς ὀμῶρας αὐτοῖς. Apuleius in Apologia, Ruffam pumicare gingiuam in Carullo legisse videtur, cum præsertim ita scribat, Quem multo æquius erat spurcissimo ritu Iberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina dentem atque ruffam pumicare gingiuam. Non temerè est quod paulò ante Celtiberiam cuniculosam vocat, quod ad cuniculos metallorum inscitè referri à nonnullis intelligo. abundat enim cuniculis tota Hispania, qui suffodiunt terram, messes populantur, radices exedunt stirpium. Strabo, τῶν δὲ ὀλετρῶν θηλείων σπᾶνις, πλὴν τῶν γαυρῶν λαγυδέων, ἔς ἐνιοὶ λεβηλίδας πορσα- γοργεῖσι. λυμῆνονται γὰρ φύτῃ καὶ σπέρματι, ῥιζοφαιρουῖτες. καὶ τὸ συμβαίνει κατ' ὄλιον ἰβηρικῶν σχεδόν. ἀπτείνει δὲ καὶ μέλει μασσαλίας, ὀχλεῖ δὲ καὶ τῶς νήσους. Sed & in adiuncto epigrammate ita interpungendum crediderim,

10

— sic meos amores,

Paulum quid libet alloquutionis,

Mæstius lachrymis Simonideis?

15

hoc sensu. Itane verò allocutio breuissima, ea que mœstissima potuit consolari meos amores, qui me acerrimè miserrimeque exercent & angunt, molestiasque exhibent grauissimas? siccine tu tui misereris sodalis? itaque per reticentiã subaudiendū est, solaretur. Simonidem autè poëtam hoc sensu

Ad Cornificium epigr. 36.

20

scripsisse refert Suidas, & eum in rerum tristitiū tractatione excelluisse refert Fabius, & scripsit eum significans Horatius,

Quintil. li. 10. c. 1.

Sed ne relictis musa procax iocis,

Cæa retractes munera nenia.

Horat. Od. 1. lib. 2.

Vir tamen doctissimus & de Catullo optimè meritis Muretus deesse ali- quid putat: cuius ego iudicio tantum tribuo, quantum mihi arrogare non ausim. Quare ne hîc quidem ei refragari velim: tantum quomodo integritati sententiæ consuli posset excogitare libuit, si cui fortè probari quod excogitauimus, possit. Decoctor autem Formianus apud Catullum, si quis me roget qui sit, respondeam Mamurram Formianum esse, cuius Acme me aliquando amica fuit.

De Acme e. pigr. 39.

Obsidium, clasicines, noctulucus, internuculus, camelasia, camelasium. CAPVT XXVIII.

35

VIDETVR M. Varro censuisse obsidium scribi & obscidium, vt discidium & discidium. Nam vel ab obsidendo ait dici, vel ab obscindendo. Quod enim scribitur ab abscondendo, ipso statim refellitur literarū sono, nec tam rationis intelligentia, quàm auris perceptione eius mendacium tenetur. vt autem duplicarios vocat, quibus ob virtutem duplicia cibaria daban-

varro li. 4. de ling. Lat.

ibid.

vegetius li. 2. c. 7. Varro lib. 4. de ling. Lat.

dabanur: ita armaturas duplures Vegetius appellat, quæ consequebantur duplas annonas, simplares; quæ simplas. Duplicarij etiam explicantur in vetusto lexico διπλοειται. Non longè hinc lego, Et classicines à classe, qui tum cornu utuntur, cum classes comitiis ad comitatum vocant. Quin & sine præpositione comitatum vocant, in optimo libro scriptum erat, supini significatione à comitare, quod esset simul ire. Ciceroni quoque & Gellio comitatus significat comitia. Qui classicos hinc legunt, eo falli videntur, quod lib. 5. Varro scribit, classicus canat, sed tum classicus pro classicum ab eo usurpari videtur. Signa enim & classica & cornua, canere dicuntur. Classicines etiam classicarij vocantur, & à vetere grammatico κλαπιδω explicantur: attamen si classicus cui placet, non repugnabo. Lego non longè, opulentus ab ope, cui est opimè, & ab eodem fonte copis, & quæ omnia ultima huic rei. Cæterum vinum legere in Varrone, est vvas legere: & in explicando venatoris vocabulo, quod inuentum & aduentum ait, significat in eo inesse notationem inueniendi & adueniendi. Sed illud Varronis vitiosum esse videtur, quod nostro Marte; quando nullum in libris vel publicis, vel priuatis reperimus subsidium, sanare conabimur. Verum antè vitium proponamus, cui medicinam adhibere volumus, & peculatoria oues aliudue quid. Arbitror scripsisse Varronem, & peculia à pecore, oues aliudue quid. Plautus confirmabit nostiam scripturam, qui in Asinaria ait,

Etiam epilio qui pascit, mater, alienas oues, Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

sc. Nequor ego.

Varro li. 3. de ling. Lat.

Lego, pecus ab eo quod pascebant, à quo pecora vniuersa. videtur Varro dicere pecus pecoris à pascendo nomen habere, pecus pecudis à pede. Non longè hinc lego, Hinc est qui Græcis vsus quod οὐσβος quod βῆς. Lego etiã vitulus quod Græcè antiquitus ἰπιδός, quæ vox, vt ait Hesychius, rauru significat.

Cap. 1. lib. 11.

Apud Gellium Varro lingua veteri Græca ἰπιδός boues significasse dicit. Reperio deinceps, porcus, quod Sabini dicto, à primo porcopor, inde porcus, hoc sensu, Sabinus dicere solet, id est Sabini, porcopor, id est porci puer & fœtus. Alij legunt oppidò quã eleganter, quod Sabini dicunt de aprino porco porcus, inde porcus, vt à Sabinis catulum apru porcum fuisse appellatum intelligamus. si aprunum legas nihil intererit. Lego etiam, nisi quod vt tuba & cornua signum cum dant, canere dicuntur: quod hic item & noctulucus, id est interdium & noctu. Nomē est fictu compositumq; è duobus aduerbijs noctu & lucu, vt è per & diu, perdius. Erit fortasse qui noctu lucu legendu censeat, cui liberu esse iubebo hac conditione, modò noctulucus legendi alijs potestatem non eripiat. Quoddã vocabulum suscitauit rediuui in Apuleio & Petronio Petrus Pithæus omni liberali eruditione ornatus, & antiquitatis ignoratè quasi Pythius alter oraculis suis enarrator & illustrator maximus, quod

Ibid.

quod vocabulum propter soni viciniam animo incessit meo. Est autem internuculus. Apuleius, At enim internuculos recens cognitos. Petronius, video quosdam internuculos nudasq; meretrices furtim conspiciantes. Censeam potius duabus vocibus inter nuculos legendu, & meritorios significari pueros, concubinos, qui nondum reliquere nuce, sed etiamnum inter eas versantur. Nam à Catullo scribitur, Concubine nuce da. Reperio, Camelus suo nomine Syriaco in Latinum venit. Latium tamen quod editur, egregie placet. huius animalis nomen mouet me, ne ita camelariam amplectar, vt Camelasiam eijciam, præsertim cum nobiliss. Iurisconsultus Ludouicus Rufardus certiore me fecerit apud Marcellinum libro 17. Camelasium reperiri, vt camelasia sit munus, camelasium indictum eo nomine tributum. Ego ideo camelasiam probare non poteram, quod istam declinationem deducere non poteram, vt nec Budæus sine controuersia omnium doctissimus potuerat. Nunc verò, vt ab ἰπιδός ἰπιδός & ἰπιδός deducitur, ita quasi à κελιδός κελιδός declinetur, κελιδός rectè deriuari censeo.

Catullus explicatur, diuidere alio mentem, ferre reditum, columina, pinea theda. CAPVT XXIX.

BONI ominis causa olim in cubiculi sella, & in lectulo geniali nouam nuptam matronæ vniueræ, quæ pronubæ erant, collocabant, vt spes esset & augurium perpetuas nuptias fore & singulares. (Nam perpetuitatem, non paupertatem, in Festo lego, qui hoc scribit:) nec vnquam vel diuortio, vel alijs nuptijs locum futurum. Ad eam consuetudinem respexisse crediderim Catullum, cum in epithalamio cecinit,

Vos vnus senibus bonæ Cognita bene fœmina Collocate pueilulam. At matita tuum tamen

Quod subiungit,

Celites, nihilominus Pulchra res, neque te Venus Negligit.

Hanc, vt opinor, habet sententiam. etsi confiteri amorem præsertim coniugalem honestum est, tamen nouæ maritæ est honestum & decorum eum dissimulare & celare: neque id minus est Veneri gratum & acceptum, quàm cum nouus maritus apertè suum profiteretur & præ se gerit amorem. nec enim eam negligit quæ id facit, sed charam habet & iuuat.

Nos alio mentes, alio diuisimus aures, valet, & animum alijs rebus intendimus, & aduertimus, & aures alijs sermonibus præbuimus. Simile est illud Maronis,

Atque

in Epithalamio Iulie & Mallij.

Marcellin. li. 17.

Catull. in Epithalamio Iulie et Mallij.

Ibid.

Catull. in carmine nuptiali.

4. A. E. N.

Atque animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc,  
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

Mox committere animos, est animos in commissionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare: vnde commissiones gladiatorum dicebantur, cum paria comparabantur. 5

Quare nunc animos saltem committite vestros.

Catull. in car.

mine nuptial. Reditum ferre, pro redire candidissimus & nitidissimus iste scriptor non

Catull. de Ber-  
ecynth.

semel dixit, ut, rursus reditum ad vada tetulit. Iterum, reditum in nemora ferat: & de coma Berenices, si reditum tetulisset. Vbi cerua siluicultrix. de Græco effectum & expressum videtur, ὑληόμος: ibi & arbores appellat columina, 10 cum scribit: ego vitam agam sub altis phrygiæ columnibus, id est sub altis Idæ arboribus. In epithalamio autem ubi legebatur, pineam quate tedam, emēdauit Parthenius, spineam, cum è spina fieri solitas esse tedas nuptiales

Cap. 18. li. 16.

scribat Festus & Plinius: sed à veteri scriptura stat auctoritas Maronis in virgil. in Ciri. Ciri hoc versu, 15

Pronuba nec castos accendet pinus honores:

apud Non. in  
Fax.

Et Varronis, cuius verba sunt, Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu nubere solita etiam nunc pinea fax indicat. Idem tamen Varro apud Nonium ita scribit, Cum à noua nupta ignis in face afferretur foco eius sumptus, cum fax ex pinu alba esset, ut eam puer ingenuus ferret: ubi è spina alba videtur legendum: sed olim è spina fuisse videntur, postea fortasse è pinu, nisi si quis in Marone spinum pro spina scribendum credat, sed suspicor, ut dixi, apud priscos fuisse spineam, postea pineam facem, aut sine discrimine modò ex hac, modò ex illa stirpe. 25



ADRIANI TVRNEBI AD-  
VERSARIORVM LIBER


VIGESIMVS SECVNDVS.

10

Patimur manes, spirantia molliter æra, turba sonans, portus  
Velini, ripæ virides apio, Eridanus.

CAPVT I.

15



NON eminentem in fronte sententiam suam, sed in recessu abditam, & in interius penetrale remotam continet Hemistichium Maronis, 6. AEN.

Quisque suos patimur manes.

20

Hic neminem reprehendere constitui, sed quid sentiam ut adhuc feci, proferre. ego igitur sic intelligo, Cum infesti mortuorum manes viuis esse quibusdam censerentur, à quibus illi in vita læsi fuissent, & eos pœnis exagitare, ut à Marone scriptum est, 4. AEN.

Et cum frigida mors anima seduxerit artus,

Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas:

25

Et ab Ouidio, Tunc quoque factorum veniam memor umbra tuorum,

Ouid in Ibiu.

Insequar & vultus osse a forma tuos.

Eodem quoque modo cum apud inferos supplicia pœnasque luant animi, eos dici suos pati manes, ut quidam in vita à lemuribus & laruis umbrisque vexantur. Ausonius eodem modo locutus est, 4. AEN.

30

— tormenta que sera Gehenna

Anticipat, patiturque suos mens conscia manes.

Excudent alij spirantia mollius æra.

Ausonius in  
phemeride in  
pretatione  
matutina.

4. AEN.

Dictum arbitror, quòd cum rigor sit in materia æris, tamen tante arte simulachra statuæque à Græcis ducentur, ut deposita metalli duritie & rigore, in mollitudinem viui animantis æs concessurum sit. Horarius, 35

Et molles imitabitur ære capillos.

Horat. de arte  
poët.

Callistratus, εἶδες ἂν ὅτι καὶ σπερὸς ἂν εἰς τὴν τῆς ἡλέως εἰσαστὴν ἐμαλάθητο. Horatius, 3. li. 2.

Quid sculptum infabre, quid fustum durius esset.

Conuentus trahit in medios turbamque sonantem.

6. AEN.

Hh

sic de

sic de animis & manibus loquitur, quos stridere & sonare etiam dicit Homerus,

- εφοίπων ἄλλοθεν ἄλλος Θεωρεσθήϊα χῆ.

- τὰ δὲ τριζύσαι ἔποντο.

Lib. vlt. Odyf. Iterum,

6. AEN. Maro reprehenditur in Hemistichio, portusque require Velinos, vt apud Gel-  
cap. 16. li. 10. lium scriptum est, quod multis postea annis Velia condita sit: sed excusa-

4. Georg.

ri potest ex vocabuli notatione & significatione, quod velinus sit palu-  
stris. igitur perinde est ac si diceret, require portum palustrem, vbi meum  
reperies cadauer. Velinus enim ab ἔλος deducitur. Ait Maro, Et virides apio  
ripæ. hîc ripæ sunt ἄνδρες. Nam cum hæc vox ripas significet, etiam certam  
horti partem nominat, vt opinor coronas & ambitum & puluinum. In  
10 In Vespis. ambitu autē & coronis hortorum feri solet apium, ex quo Aristophanes,

Οὐδὲ μὲν ἔδ' ἐν σελίνῳ πῆστιν ἔδ' ἐν πτηνῶν.

Dicit eum nondum in apio esse, qui nondum in ingressu est, quod in pri-  
mis hortorum coronis feri soleat. si quis tamen simpliciter ripas audiat,  
15 dijs bene iuuantibus faciat. ait Maro,

Plurimus Eridani per siluam voluitur armis.

6. AEN.

vt in cælo consecrarunt Eridanum astrologi, sic & in Elysijs ponit eum  
campis Maro, vel cælestis illius Eridani imitatione, vel patriæ commen-  
4. AEN. datione inductus, cum sit in Italia fluuiorum rex. Sic Catonem vmbris  
dare iura scripsit, ne Græci tantum exercendis inferorum iudicijs præfecti  
viderentur, interesse putans ad patriæ ornamentum & Catonis laudem,  
20 hominem Romanum illic iudicare.

6. AEN.

- quiq̄ arma secuti

Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.

Id propter Menam, in quem & inuehitur Horatius, dictum videri potest,  
25 qui cum esset libertus Sexti Pompeij, à patrono defecit, & ad Augustum  
prodita classe transijt. Quod igitur seruus fuisset Pompeiorum familiæ,  
dominum ab eo proditum poeta scripsit.

Frumentum, exta ollicoqua, exar, panus, essetur, thrion, orchitis,

in Varrone. CAPVT II.

30

PLERIQUE admiratione quadam obstupescunt, defixique hærent  
35 in vestigio velut amentes inopesque consilij, incredibile censes quod  
in à Varrone scribitur, rutam & radicem verba esse origine & domo Græca:  
sed profectò mirari desinent & ad se redibunt, si ῥύτιω à Nicandro vsur-  
Alexiphar- pari intellexerit & ῥάδινα: quanquam posterius hoc verbum baculum &  
mac. varro lib. 4. de ling. Lat. virgam in Nicandro significat. Lego autem mox in Varrone, brastica,  
vt præ-

vt præfica, quod ex huius scapo minutatim præficatur. veteres præficare pro præ-  
secare dicebant, quam scripturam flagitat analogia brasticæ. sic in Ruden-  
te à Plauto scriptum est, exicásque arundinem. mox fructum à ferendo de-  
ducit, antè videbatur à fruendo, nisi quis locum è loco castigandum putet:

Plaut. Rudē-  
te sc. Et vos à  
vostis.

5 aut Varro libera quadam interpretandi licentia vtatur, & vnde commo-  
dum est, natales verborum repetat: locum hunc tamen non sine labe & vi-  
tio esse credo, huncque in modum lego, fructus à ferendo: res hæ, quas fun-

Varro lib. 4.  
de ling. Lat.

10 persanari posse librorum, non istorum formulariorum, sed præscorum me-  
dicina credo, Etiam frumentum, quod ad exta ollicoqua solet addi ex mola, id  
est sale & farre molito. vlcus ferè sanatum esse è Festo docere possumus. is

ibid.

enim, aulicoqua, inquit, exta dicebant, qua in aulis coquebantur, id est elixa.

Festus li. 1.

Nam sæpenumero torrebant. Maro,

2. Georg.

Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.

15 In aruige hostia elixabant. Varro, hæ sunt quarum in sacrificijs exta in olla, non  
in veru coquuntur. hinc & olla extaris apud Plautum in Rudente, & in an-  
triquo lexico extar exponitur olla, vbi exta coquebantur: vt extalis ἀρχὸς vt

Plaut. Rudē-  
te sc. Et vos à  
vostis.

20 & hoc in retea inferam. lego mox, cum aquæ feruenti insipitur. In vetere ta-  
men lib. insipatur reperio, vt dissipatur & obsipatur. sed insipiat Cato di-  
cit, & Festus insipere interpretatur farinam iacere pulti. Lego continuò,

Cato c. 75.  
Festus li. 17.

Panis, quod primo figura faciebant, vt mulieres in lanificio panus: posteaquam ei  
figuras facere instituerunt alias, à pane & faciendo panificium cœptum dici. Pa-

Varro li. 4. de  
ling. Lat.

25 nus in lanificio est tramæ inuolucrum, quod tumet rotundumque est: à qua  
similitudine panis est appellatus. sed & panus tumor est inguinum. Repe-  
rio non longè in veteribus libris, quod lectoribus diiudicandū relinquo,  
nisi ab eo, quod Græci κρόκλω: mox, tritum ex spicis. Lego, Nam id μελίμη: est ta-

30 mē alijs μελίμη panicum, milium κέγχρος: nonnulli μελίμη genus milij cen-  
sent, quos sequitur Varro. Lego deinceps, libum, quod vt libaretur, priusquam  
essetur, erat coctum. Ait libi partem primum solitos esse veteres libare,

reliquum deinde comesse, atque ex eo à libatione nomen adeptum esse.  
Essetur igitur est comederetur. Lego mox, à globo farina dilatato item in oleo  
cocti, dicti à globo, globi. Lego mox antiquitatem secutus, non istorum re-

35 centium exemplarium nouitatem, vt thrion & placenta. thrion ab Athe-  
niensibus iucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficul-  
nis, quæ ῥεῖα Græcè vocantur, inuoluebatur. Sunt & ἰτεια Græcis laga-

na, si quis fortè hoc loco ita legendum putet. Reperio & in veteribus li-  
bris, ab eo quod pulmentum, vt Plautus, hinc pulmentariū dictum. Hoc primum,  
inquit, debuit pastoribus caseus, pereleganter ait caseum hoc pastoribus

ibid.



Ibid.

debuisse, ut eorum esset pulmentarium, id est obsonium quod cum pulve vel pulmento comessent, ut cum pane obsonium edimus. Lego, quæ minus cruda esse poterant, decoquebant in olla, ab olla olera dicta, dicit autem quæ non poterant comesse cruda. Lego, quod è terra erueretur, ruapa, unde rapa.

Ibid.

Mox legendum, olea grandis orchitis, quòd ea attico orche minor. Nam orchitis etsi magna est, est tamen minor orche, olea quadam attica. Orchas etiam vocatur hæc, eiusq; mentio est apud Maronem, & Festum his verbis, Orchitis genus oleæ, ex Græco dictum ὄρχις, quòd sit magnitudine instar testiculorum. In antiquo lexico scribitur orchæ ἑλάαι ὄρχις. quidam hic antiquitus legunt.

2. Georg. Festus l. 13.

Metabus, Opis, Messapus, Atinas, Tiburtus, Halesus.

CAPVT III.

Lib. I 1. AEN.

MULTA antiquæ Italiæ nomina vetera suo poemati inseruit Maro, ut morientem eorum memoriam renouaret. Camillæ patrem Metabum dicit fuisse, cumq; Priuerno pulsum profugisse. Metabus Metaponti conditor fuit, quam urbem etiam barbari Metabum appellabant. Stephanus, μεταπόντιον, inquit, πόλις Ἰταλίας ἢ παλαιότερον σίρις, ἀπὸ μεταβῆ τῆς σισύφου τῆς αἰόλου τὸν γὰρ μετὰ ποντονοί βαρβαροὶ μετὰ βον ἔλεγον. Cæterum quod Metabum dicit

Ibid.

profugum extorremq; fecisse ad Amasenum fluuium, videtur doctissimus poëta ex historia Pyrrhi regis Epirotarum sumpsisse: tantum poëtico iure ad prodigium fabulosius aliquanto reddisse. Puerum enim Pyrrhum seruare conantibus idem fluuij obex oppositus fuit: ac puer ægrè est traiectus, vixq; hostes sequentes contentissimo impetu præuenit. Vnam dicit doctissimus poëta Opim è sacra Dianæ caterua, opinor illam intelligens cateruam nympharū, quas Diana ab Ioue patre petiuerit, cuius mentio est apud Callimachum,

Callimachus in Artemin.

Δὸς δὲ μοι ἐξήκειν ἅ χορήτιδας ἀνεανίνας, Πάσαις εἰνέτεαι, πάσαις ἔτι παῖδας ἀμύθρους.

Sed & Opis nomen ex historia vel fabula depromptum est. Opis enim & Hecæerge & Loxo ex Hyperboreis, vel ut Callimachus scribit, ex Arimaspiis, qui & Hyperboreis annumerantur, Delum primitias ferentes perueniunt. Callimachi carmina sunt,

Hymn. in Delon.

Πρῶταί τοι ἄδενεικεν ἀπὸ ξανθῶν ἀεμασῶν Ουπί τε λοξώτε, ἢ εὐαιων ἐκέρρη.

AEN. 7. 12.

Messapus autem ille equorū domitor, Græcus fuit Anthedonius, ex cuius nomine & in Bœotia prope Anthedonem mons messapius nomen inuenit. Is in Iapygiam Italiæ regionem è Græcia cùm demigrasset, regioni Messapiæ vocabulū indidit. Quod si quis quo auctore freti ista scribamus, roget,

roget, is sciat Strabonem lib. 9. auctoritatem non defugiturum: id & à Strabo lib. 9. Solino aliena etiam fide proditur. Sic enim scribit, Licinio placet à Messapo Græco Messapia datam originem, versam postmodum in nomen Calabria. Messapum tamen imperasse Phaliscis dicit Maro. Fugit, inquit Maro, acer Atinas. hunc Atinatem nomine vbi Atinæ vocauit, ut opinor: vnde Arinates populi. nominibus enim celebribus suum poemata distinguit.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linguunt, Fratris Tiburti dictam cognomine gentem, Catillusq; acerq; Coras Argiua inuentus.

Catilli, qui Amphiarai filius erat, filij fuerunt Tiburtus, Catillus, & Coras. Tiburtus, qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur, cui etiam lucus erat ibi sacratu ab Horatio memoratus, in quo & Tiburti lucus, & Tiburni reperitur in exemplaribus, vtrunq; rectè, cùm heros ille duobus nominibus vocaretur: oppidum Tibur condiderat, ut ait hic Maro, & refert Solinus. Horatius tamen videtur existimare Tibur à Catillo conditum fuisse, cùm Tibur mœnia Catili vocet: & Catonis sententia fuit, eam urbem positam à Catillo Arcade præfecto classis Euandri fuisse. Curru, inquit, iungit Halesus equos. Halesus Faliscorum conditor fuit, Ouidius,

Argiua est pompæ facies, Agamemnone cæso, Et scelus, & patrias fugit Halesus opes. Iamque pererratis profugus terræque mariq; Mœnia felici condidit alta manu. Ille suos docuit Iunonia sacra Faliscos: Sint mihi, sint populo semper amica suo.

Hæc, quorum mihi in mentem veniebat, pauca è multis adnotavi. scio enim, si quis in hoc studium incumbat, multo plura apud diuinum poëtam esse reperiturum: sed nos ista, ut comici verbo vtar, velut edecumasse factis habuimus.

Incubare, semina de caelo decidua, stelle errantes non sunt in caelo Stoicis.

CAPVT IIII.

SI quis Plinianam lectionem ad veteres reuocet codices, & tanquam obfignatis tabellis agat, is reperiet legendum in eo esse, infinitus & finito similis. cùm enim de amplitudine mundi differat, in finitas quàm finitio & terminus sententiæ commodius responderit. nec me decreta Aristotelis perturbant, ad quæ ista quidam reuocare conantur. Nam ab Aristotele non raro Plinius recedit. itaque quantumvis ille necessarijs & pugnacibus

aggressionibus infinitatem euertat: Plinium tamen in sententiam non perduxit suam. quid quod *aut si vna omnes incubarent*: non, vt inoleuit, *incubaret*, vno consensu in exemplaribus scriptis reperimus? quod & medius fidius non arbitror expungendum, vt sit, si vna continerentur natura, & tanquam in vna natura cubarent. Quod autem Plinius ait: *Quasi non eadem quaestione semper in termino cogitationis occursura, desiderio finis alicuius*: hanc sententiam continet, proinde quasi cogitatio quicquam complectatur infinitum, cum finē & oram desideret semper, vt ea quaestio sit in termino & fine semper occursura. Veterum quorundam opinio fuit omnium rerum & animalium semina de caelo delabi, qua ex sententia scripsit Plinius, *Quoniam inde deciduis rerum omnium seminibus innumera in mari praecipue, ac plerumque confusis monstrifica gignantur effigies*. Et initio lib. 9. *in mari autem tam late supino mollique ac fertili accremento accipiente causas genitales è sublimi, semperque pariente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur, perplexis, & in semet aliter atque aliter, nunc flatu nunc fluctu, conuolutis seminibus, atque principijs*. De caelo tamen quicquam cadere in istam terrarum orbis & maris plagam, praeter calorē & lumen, non facile crediderim. Iam & fiducia veterum macrocolorum lego, *eademque ex omnibus necti, & eidem omnia innecti*. cum enim tellus ligata nexaque ab omnibus sit, ea etiam vicissim ei colligata & innexa dicit. ergo innecti aliquanto melius est, quam inniti: *etsi hoc à me non exdecuriatur*. Non putat in caelo esse Plinius septem errores, sed citra celum in aere pendere: quam opinor Stoicorum fuisse sententiam. Solem principale regimen naturae cum dicit, *το ηγεμονικον* intelligit: quod quidem id est, quod in re quaque principatum dominatumque habet, vt in bellua appetitus, in homine mens & ratio, in rerum natura, vt Plinio videtur, Sol. Quod homines dicit Genios & Iunones sibi adoptare, ita intelligendum est, vt Genius virorum sit, Iuno Mulierum. ea numina sibi quisque priuatim peculiaria adsciscebat, eorumque tutelae se commissum & creditum putabat. *Deus est*, inquit, *mortali iuuare mortalem*. rerum naturae numen est Sol, aut deus is qui totus sensus est, totus auditus, totus mens, effigiemque & formam nullam habet, vt differuit: sed mortali ille deus est, à quo iuuatur, & beneficijs augetur. *Alij in ipso Capitolio fallunt & fulminantem peierant Iouem*: vt sanctiora essent pacta conuenta, si quando iurisiurandi religio interponenda erat, interdum in ipso Capitolio fiebat, velut praesente & audiente deo, qui telum trifidum in periuros gerere censebatur. Quod autem scribit Plinius, sidera existimare vulgus singula nobis attributa, ex hac vulgi opinione, quam poetae plerumque sectantur, nec errores tantum ipsi libenter ferere, sed etiam fatos fouere & propagare solent, Papinius scripsit,

Perpe-

Perpetuis frenis, atque vni seruiet astro. Iterum,

— vna locum ceruix dabit omnibus astris.

Hoc tamen etiam adulatorie dictum est à poeta, deos Domitiani propinquos esse: & Domitianum fore assentatorio blandimento cantatum.

Abusus, eludere, alludere, deludere, diludia.

CAPVT V.

SALVTATIM, quaedam è Ciceronis Topicis collecta hinc subnotabimus. de agro compascuo quod ait, ex eo pender, quod in colonijs genus quoddam subseciuorum vel ab assignatore vel à vicinis interdum relinquatur, ad pecus communiter compascendum, vt è Flacco Siculo intelligimus. Cum vsum dicit, non abusum legatum, nomen abusus in consumptione ponit. Est enim abuti rem consumere. Plautus Asinaria, *vbi quae dedi? abusa*: sic abuti operam Terentius, pro consumere dixit: vt ante est à me obseruatum, & nunc repetitum, vt pleraque. non enim fieri potest, quin cum hanc varietatem sectemur, & per auctores erremus, pleraque saepius vel de indultia vel inuiti vel obliiti repetamus, & velut pridianos cibos reponamus. Si, inquit Cicero, *paterfamilias uxori ancillarum vsum fructum à filio, neque à secundo hærede legauit, mortuo filio mulier vsum fructum non amittet*. his è regione contraria in oratione pro Cluentio scribit, vt ius eo tempore nondum satis constitutum & constabilitum fuisse, sed nutasse & variasse inter diuersas Iurisconsultorum sententias sciamus. Eius porro verba ex ea oratione sunt ista: *Itaque & testamento legauit grandem pecuniam à filio, si qui natus esset: à secundo hærede nihil legat*. Fortasse etiam nominatum diserteque perscriptum in testamenti tabulis hoc erat, ei à secundo hærede nihil legari, non item in Topicorum specie. Quod in ambitu aedium scribit ex sententia Scauolae Cicero, *quoad parietis communis tegendi causa tectum proieceretur, ex quo in tectum eius, aedes qui protexisset, aqua deflueret*: intelligendum videtur de eo tecto, quod parieti communi ita impositum est, vt deuexum sit in impluuium eius, qui protexit. Nam si ita imponeretur, vt in vicinum deuexum esset, seruiret vicinus, aquamque exciperet, quod æquum non esset. hoc genus protectorum simile est appendicibus à Gallis appellatis. ita fit vt pluuia cadat in tectum eius, qui protexit, id est, in illam deuexitatem protecti eius, non in tectum vicini, si forte ex altera parte & ipse vicinus tectum imposuit parieti communi. Conformatio insignita in intelligentia, est species & forma in animo impressa, & quoddam simulachrum. *Littus*, inquit, *desinebat Aquilius, quae fluctus eluderet*. eludere de gladiatoribus dicitur, qui gladios armaque sua ventilant,

Hh 4

vt &amp;

vt & reciprocus fluctus in littore videtur lufitare alterno accessu recessu- que. eludere etiam dicuntur gladiatores, cum aduersario victo arma mo- uent victoria læti. at deluisse dicuntur, cum, vt in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt, aut læserunt, vt iam ludere non possint: aut cum cau- sarij facti sunt, vt interquiescere cogantur, nec spectaculum sui dare pos- sint. Plinius, *Luxatis potius medetur, vt licet videre gladiatores, cum deluserunt, hac iuuari potione.* At diludia interualla sunt & intermissiones ludendi, vt

cap. 27. li. 36.

epist. 19. li. 1. apud Horatium,

- diludia posco. Aqua autem non tantum elu-

Metamorph.

dit, sed etiam alludit: Ouidius,

4.

*Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus vndis*

10

*Summa pedum, taloque tenuis vestigia tingit.*

Equa quæ frænos recipere solet, est equa domita, in qua ius est postlimi- nij. sic apud Maronem de domitis leonibus Cybeles,

- biuugique ad fræna leones.

cic. in Topic.

Cum autem de inductione loquitur, *επαγωγῆ* melius, quam *εξγωγῆ* legi- censerem. in argumentationibus antecedentium & consequentium re- pugnantiumque, primum vocat, quod *ἡρούμενον* appellabant, annexum quod *επιόμδμον*, connexum quod *συννημμένον*. denique totam illam argumentandi rationem è Stoicorum commentarijs interpretatam reperiet diligens le-

Laërtius in Zenone.

ctor apud Laërtium in Zenone. Nam & Cicero Stoicorum fatetur esse, 20

cic. in Topic.

quos dialecticos appellat, vt Peripateticorum, quæ de definitione præci- pit, quos veteres vocat, cum Stoici noui philosophi veteri sectæ succeue- rint. cumque scribit, *in quo est ferè dialectica tota*, id de dialectica Stoico- rum intelligendum, quæ iu ijs generibus conclusionum tota penè consu- mebatur.

25

*Tergus, proficia, magmentarium, mactea, pannuellium, Varro emendatur.* CAPVT VI.

NON desinam Varroni molestus esse, eiusque vulnera vlcerare, aut 30 cicatrices obductas rumpere & aperire. inuitus tamen, qui sanandi potius animo malum eius attingam quam lædendi. Emendo igitur, *ε* vt cru- dum nimium habet humoris. Mox, *Tegus suis*, ab eo quod tegit, vt perna à pede, *sueris à nomine eius: offula, ab offa minima suera.* Apparet è deriuatione Var- ronis veteres non tantum tergus, sed etiam tegus dixisse. Certè apud Plau- 35 tum in Captiuis hic versus trochaicus tegoribus postulat,

varro lib. 4. de ling. Lat.

plaut. Capti- uis sc. illic hiac.

*Dij immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus,*

cato de re rustica. ca. 62.

Attamen si in Varrone tergus placet, detracta litera deductio eius fiet. iam sueris pro suis dixerunt veteres, & bouerum pro boum. Cato, quot

ingra

*iuga bouerum?* suera quoque est suilla caro prisca voce. Vt autem inscium est quod insectum, id est insecta caro: sic proficium profectum: sed & proficias dicebant. Arnobius, *Quod si omnes has partes, quas proficias dici-*

Arnob. lib. 7. aduers. gent.

*mus, accipere dij amant.* præcias enim, quod in eo scribitur, vitiosum & improbandum puto. Quiddam ex antiquo codice subscribam, quod haud scio quam vendibile futurum sit, eius æstimationem & indicaturam arbi- trio lectoris relinquo. *mutatum à murta, quod ea large fartis. Quod fartum intestinum crassum Lucanicam dicunt.* Exponi commodè posset, quod murta large & affatim fartis & farcimimbus solet addi. Nam multa farta vel far-

10 cimina mox enumerat lucanicam, fundulum, longanonem. Lucanica por- rò est, vt in antiquo reperio lexico, *ἀλλότριον*. Libet & locum Arnobij de

ibid.

his farcimimbus adponere. *Quid inquam sibi volunt apexabo, inficia, silicer-*

*nium, longauo? quæ sunt nomina & farcimimum genera hirquino alia sanguine,*

*comminutus alia inculcata pulmonibus.* Reperio mox *τὸ φλοέντερον* vno verbo, 15

varro li. 4. de ling. Lat.

& licet sic iungere, vel diuidere in duas voces *τὸ φλὸν ἐν τερον*. Mox reperio, 15

ibid.

*longano, quod longius, quam duo illa.* scribitur variè hoc nomen, longano, lon-

ibid.

*gabo, longauo, longao etiam sæpe apud Cælium Aurelium. Lego mox:* 20

ibid.

*augmentum, quod ex immolata hostia, & mox in iecore imponendo augendi cau-*

*sa.* Ita enim loquuntur libri certissimæ fidei, & Arnobius appellat, *inscium* 20

Arnob. lib. 7.

*solum, omentum solum, augmentorum adijciatur in causam.* Quod inde sequitur

mox, incorruptum sincerumque non est, nos eius vitium sarcire conabi- mur, vbi antiquitatè scripturæ repræsentauerimus. *Itaque propter hoc men-*

Varro lib. 4. de ling. Lat.

*tarea fana constituta sunt certis locis, quo id imponeretur.* Ego magmentaria le- 25

gendum puto. Sunt autem magmentaria fana, vasa sacra, quibus magmen- ta & exta sacra imposita aræ inferebantur. itaque libentissimè magmen- 25

tarium, *ἐφ' οὗ τῆ ἀπλάγχα ἀνατιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται.* Caterùm in ve- tere inscriptione magmentum scribitur, vt in multis editionibus Varronis, Festo magmenti auctoritatem tuente. verba inscriptionis, *SI QVIS HIC*

*HOSTIA SACRVM FAXIT, QVOD MAGNENTVM NE PROTOL-*

*LET, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO.* In Arnobio 30

Arnob. li. 7.

etiam magmentum scribitur, *non magmenta, non augmina, non mille species.* Lego deinceps, *mactea* ab eo quod Græci *μακτώα*. Mactea etiam à Sueto- nio vocantur in Caligula scribente, *& multis venenatas macteas misit.* Ab

cap. 38. Arnob. lib. 7.

35 *Arnobio, frustilla hæc paruula pro suauibus macteolis sumunt.* Mactya in Mar- tiale scribitur Græcorum more. hoc nomine, vt ait Athenæus, omne sci- tamentum, & omnis cupedia iucundumque & pretiosum edulium cense- tur, cum tamen initio esset quædam maza. Itaque vtriusque est eadem ori- 40

Martialis lib. 10. epigr. 59.

Athenæus lib. 14.

go. Lego non longè hinc, *subtemen quod subsit stamini:* Item, *trama, quod*

varro lib. 4. de ling. Lat.

*trameat frigus id genus vestimenti.* trameat enim ad originem propter soni 40

affini-

affinitatem existimo quam tranat accommodatius. Lego, ubi ea fecit, panu-  
uellium, dictum à panno & voluendo filo. Est igitur panuellium, vt decla-  
ratur in lexico antiquo, πλωλον, radius scilicet, aut fufus, cui filum inuolui-  
tur.

Flauus Tiberis, piceus sudor, thebana mater, hyæna.

CAPVT VII.

CVM Tiberim constet albicantes habere aquas, ex eoque Albulam  
olim vocatum fuisse, non indignum esse quæsitum videatur, cur eum flauum  
Maro appellarit libro 9. sic scribens,

— ille suo cum gurgite flauo      Accepit venientem.

in quo non tam attendendam vocabuli vim quidam censent, quàm tran-  
sumptionem existimandam. cum enim homines flaui pulchri videantur,  
ex eo dicunt factum esse, vt flauus pulchrum significet, qua notione hîc  
accipiendum esse, vt & apud Catullum,

Flauus quam molli præcurrit flumine Mella.

Sed & Hesychius doctissimus nomenclator ἐαυθον flauum, & pulchrum e-  
tiam interpretatur. Verius sit tamen ob arenam ita vocari, vt apud Maro-  
nem,

— & multa flauus arena.      Horatius,

Vidimus flauum Tiberim retortis.      Item,

Villaque flauus quam Tiberis lauit.

Illud quoque quærendum videtur, cur piceum sudorẽ eodem loco Maro  
dixerit,

— tum toto corpore sudor

Liquitur, & piceum, nec respirare potestas,

Flumen agit.

Flumen enim illud sudor est. ego hîc per transumptionem interpretor pi-  
ceum, nigrum, & ex eo multum. multus enim humor nigricat, qui pau-  
cus pellucet & limpidus est. Umbo autem, quo paulò antè vocabulo Ma-  
ro vtitur, de Græco deflexum est, mutata leuiter significatione. Nam ἀ-  
μυβων Græca dictio est. Atrum porro timorem dicit per metalepsin etiam,  
foedum turpem, molestum, odiosum.

Immisitque fugam Teucris atrumque timorem.

ex eo, vt opinor, quòd atra quæ sunt, inauspicata & funesta & iniucunda  
erant. sic Flaccus,

— minuentur atra      Carmine cura:

Inuisæ, odiosæ, molestæ. alio loco,

Post equitem sedet atra cura,

id est molesta. &,

— at simul atras ventum est Esquilias,

id est odiosas mihi, & molestas ob negotia. sic, atrum

Dest-

Desinat in piscem mulier formosa superne

De arte poet.

dixit, pro turpi, & fædo. Illud autem,

Et latum socijs abluta cæde remisit

Maro ait, quòd homines cæde contaminati aqua se abluere & purificare  
solent, & Romanis post victorias de hoste partas exercitum ad expian-  
dam cædem lustrare solemne erat. Cæterum, Thebana de matre nothum Sar-  
pedonis, quod scribit non de matre Græca, sed Asiana accipiendum reor:  
cùm in Cilicia Thebæ essent. In eo autem versu,

Quos Iouis eduxit luco siluestris hiera,

Non satis perspicio quæ sit ratio syllabæ in postremo verbo, in quo con-  
tra naturam videtur media tendi: & cum nescio quòd hîc miraculum late-  
re subodorer, parum abest quin, quemadmodum legimus à cerua, cane,  
lupa, quosdam nutritos, sic à siluestri hyæna educatos esse suspicer. Certè  
in hanc coniecturam tam prono labor animo, vt tametsi temerariam sen-  
tentiam, tamen more hominum incontinentis linguæ, eam apud me pre-  
mere continereque non potuerim, coactusque sim huic chartæ eam man-  
dare: etsi vix spero eam commendari posse approbarique hominibus do-  
ctis. Sanctissimè autem & religiosissimè colebatur à Troianis Iuppiter  
cognomento Ideus, & apud Homerum Iudpiter Ἴδθεν μεδέων sæpenumero  
dicitur & inuocatur: ei lucus erat in Ida monte, vbi educati fuerant Pan-  
darus & Bitias, & templum habebat ibi in alto Gargaro.

Suadela, venusius, inuenustus, rex Cappadocum, Horatius  
explicatur.      CAPVT VIII.

NULLA re homines melius commendari hominum opinioni quàm  
diuitijs, & facilius vxorem dotatam & fidem amicosque comparare, quàm  
si copiosi & locupletes nummatique sint, cum declararet Horatius, sic  
scripsit,

Scilicet vxorem cum dote, fidemque & amicos

Et genus, & formam regina pecunia donat:

Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

In quo cur Suadela & Veneris mentionem fecerit, in quæstionem venire  
potest: quòd, vt enucleem, arbitror ab eo factum, quia nuptiarum men-  
tionem induxerat, quibus Venus & Suadela præfunt: quòd è meo quidem  
penu non depromptum est, sed ex instructissimo cellario Plutarchi ita scri-  
bentis, ἢ ὅτι πάντε δέονται θεῶν τῆς γαμουῦ τῆς ὀιονται, διὸς τελεία, καὶ ἡραὶ τελείας, καὶ ἀ-  
φροδίτης, καὶ πειθῆς, ὅτι πᾶσι δ' ἀρετέ μιδος. Phurnurus etiam scribit, assidere Ve-  
neri Gratas, Suadelam, Mercurium, quòd Suadela oratione & gratia ama-  
tores



tores pelliciat. Qui igitur nummatus est, eum, inquit, decorat Suadela & Venus, easque propitias habet & faciles, ut uxorem cum grandi dote facile inueniat, cum omnibus placeat gratulque sit. Itaque quia Venus conciliare gratiam videtur, cui in amoribus ex sententia succedit, venustatis plenus dicitur, cui non succedit ex voto, inuenustus dicitur, ut Pamphilus in Andria loquitur de nuptijs, quas non optabat, quæ eum à Glycerio distraherent,

*Adeon' hominem esse inuenustum aut infelicem quenquam, ut ego sum?*

Et Pamphilus alter in Hecyra, cui optata insperato euenerant de uxore,

*Quis me est fortunatior? venustatisque adeo plenior?*

Cæterum in eadem Horatij epistola,

*Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?*

de gemmis, & vnionibus intelligo, quorū pretiosissimus erat census ex India & Arabia. quod si quis merces Indicas, & Arabiæ aromata, quæ maritimis aduehebantur cursibus accipiat, cum eo non litigabo: tantum dicam littorales gemmas & vniones maris potius diuitias videri, quàm quæ mari importantur mercimonia. Delitiæ autem Romanæ quantopere margaritas deperirent iniuria quærit, qui Latinos libros euoluit. At verò, *Qui timet his aduersa*, valet, qui timet paupertatem & explosionem & sibilos in theatro, & inhonoratus esse, miratur diuitias, plausum, ambitionem & honores. Iam illud,

*Improuisa simul species exteret utrumque,*

cum ait, eos qui cupiunt & metuunt dicit perturbatione agitari, ex improuisa specie nata, quæ Cyrenaicorum philosophorum sententia fuit: perturbationes nasci ex inopinatis & insperatis bonis malisque, ut auctor est Cicero in 2. Tusc. Rex autem Cappadocum, mango est & venalitiarius, qui mancipiorum greges venalium habet, ut apud Persium,

*Cappadoces rigida pingues pauisse catasta.*

Qui quidem eget æris, eoq; seruitia veterana & nouitia vendit: vel potius ait venalitiarios, qui seruitio abundant, ferè parum nummatus esse, nec ei qui pecuniosus velit esse, hoc genus quæstus esse sectandum, quem quidem sensum veriorè & congruentiorem iudico. non longè abieris, trans pondera dextram porrigere, negotium exhibebit. opinor autem dici, si quis honorum ambitiosus sit, debere seruum nomenclatorem comparare, qui dum prætererunt plaustra & farraca onusta grandibus saxis & magnis trabibus, cogat magno cum periculo manum trans ea transmittere ad eum prensandum suffragatorem, qui in aliqua tribu sit gratiofus. Sed verius tamen est hic porrigere manum, esse salutare: sed porrectio illa periculosa est, ponderibus saxorum & materiæ in paustis prætereuntibus.

*Vmbo,*

*Vmbo, tubi, varicare, cilliba, cillibantum, anglones, lauatrina, trulla, matellio, nanus, barbatus, magida, cylicium, Varro emendatus. CAPVT IX.*

5 Hoc quoque caput multum antiquo Varronis exemplari debebit, è quo multa describet: an autem qui legent debitori sint, è rerum merito æstimabunt: nec enim magnopere hæc vendito vel ostento. Scribo igitur, *scutum à sectura, ut sectum, quod à minutie confectum sit tabellis.* hæc profectò scriptura est aliquanto enodatio, quàm vulgaris & promiscua. Deinceps lego, *Vmbones, à Græco, videlicet quod ambones.* Sic emendavi, quod aut in exemplari veteri non reperissem, neque desiderari sensissem. Illud nisi fallor egregiè scriptum est in libris, qui publico carent, *Similiter quod fit ab homine pilum, qui hostem feriret, ut pilum.* Dicitur pilum cense, quod ut pilo in mortario aliquid feritur & tunditur, ita hostis feriatur. Non deest qui, *ab omine*, scribat. In enucleatione lorice, quæ tanquàm lorica dicta est, ut lingulaca tanquàm lingulata, scriptura verus partim plena est, partim confusa. Apertè enim scribitur, *postea subcidit.* Vox proxima est obscurior. Cæterum, *Galli è ferro*, nullo modo mihi probatur. Quo enim pacto togatorum doctissimus ignorare potuit præscos Gallos nudo ferè corpore & inermi prælia solitos inire? & multis antè seculis in Græcia loricas ferreas fuisse, cum tam sæpe Græcos, *χαλινοχρῶνας* Homerus appellet? Lego igitur, *postea succidit, quod alia è ferro subijt vocabulū ex annulis ferrea tunica.* At cum ait, *quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorū,* significat à sacrorum tubicinibus tubas appellari tubos. Mox cum ait, *quod ea varicare nemo posset,* intelligit nemo posse transire & transcendere. Vetus lexicon, *varicat, ὑαρίσσει* exponit. Varicari alij legunt eodè sensu. Vetus liber, *mensam escariā cillibam appellabāt.* Pompeius, *cilliba mensæ erant rotunda.* hinc tamen cibila edunt, quod eam à cibo dictam Varro autemet: quasi verò non literæ & syllabæ tractentur & traiciantur sæpenumero, ut antè ipsemet dixit. Erāt & mensæ triangule, quas anglones Næuius vocabat. Vetus lexicon anglones, *τρεπίεζαι τριπόδοι, ὡς τριβίος.* Sunt & apud Græcos *κίλλιβαιτες* velut mensæ tripedes & machinæ, vnde cilliba potius deducta videretur. Trulla autè dicitur à trua, quasi truola per diminutionē. Trulla vas potorium erat, trua vas aquarium, quod è culina aquam calefactam in lauatrinarum, id est domesticum balneum fundebant. Lego igitur, *ut truola, hinc trulla: trua quæ è culina.* Lego mox, *ab eodem est appellatū trulleum. simile enim figura, nisi quod latius est, quod concipit aquam, & quod manubrium cauum non est, nisi in vinaria trulla. accessit matellio.* Hinc distinguit trulleum à trulla, quod quanuis trulleum simile sit trullæ,

Ii

tamen

tamen sit latius & capacius, & vas aquarium, trulla vinaria: distinguit & manubrio. Lego, à matula dictus, qui postea quam longius à figura matula discessit, est ab aqua aqualis dictus. Ex hac scriptura est facile intellectu quod vas apud antiquos matellio fuerit, cui rei seruiert. Est & aquimanile vel aquiminale vas, quod, vt reperio, Græci χέρυβον vocant. Mox reperio & laudo, vas aquarium vocant futim. Lego deinceps è Pompeio, quo postea accessit nanus cum Græco nomine, & cum Latina figura barbatus. Nam Pompeius ait nanum à Græcis vas aquarium appellari humile & concauum, quod à Latinis vulgò diceretur situlus barbatus. Et in antiquo lexico ita scribitur, barbatus, νάνος τὸ σκαῦος. Lego, ubi assa ponebant magidam aut langulam: magis à Polluce nominatur ita scribente, αἱ δὲ ὀπιπθέμεναι καὶ αἱ πρόμεναι βάραι, ἀσ νῦν μαχίδας καλεῖσιν. In catino igitur ponebantur iurulenta, & pulmenta, in lance assa. Lego mox, Mensa vinaria rotunda nominabatur cilibantum. In vetere tamen libro extat cilibanum. Deducerem à Græco libentius, quòd, vt dixi, κίλιβαντας vocent tripodes in quibus milites fatigati reponebant scuta. Aristophanes, τῆς κίλιβαντας διση πᾶσι τῆς ἀσπίδος. Sed & mensæ tripedes sic vocabantur. cum autem Varro à cyliceo dicit, eo nomine intelligo repofitorium poculorum, quod Græcè κυλικεῖον dicitur, vt scribit Athenæus: vetus Lexicon vasarium κυλικεῖον exponit. Lego igitur, à poculo cylice: à quo illa capis & minores capula, à capiendo. Illam enim mensam à poculo cylice nomen habuisse dicit: deinde vnde capis dicatur exponit.

Menis, cornua librorum, sepulchrum voce vocantis.

CAPVT X.

VETERES, vt in calce librorum coronidem adpingebant, ita, vt suspicor, in fronte lunulam ad ornatum designabant. huius suspicionis causam nobis Aufonius præbet ita scribens,

Quos legis à prima deductos menide libri,  
Doctores patriæ scio fuisse mea.

Menis autem lunula est, quæ cum corniculata sit, idcirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocauere. Tibullus,

Atque inter geminas pingantur cornua frontes. Onidius,  
Candida nec nigra cornua fronte geras.

Sed & in fine cornua ponebantur, vt ex II. Martialis constat. Idem lepidissimus poëta Aufonius Charinos vocant nummos vel stateres aureos, à Charino imperatore signatos. Nam vt Philippi nomen habebant solidi aurei à Philippo percussi: sic consentaneum est qui forma Charini signati sunt, vt Charini nomen habeant. sed è chartis Aufonij nomē illud penè fugit litteratura antiquitate ferè consuetudinē, Ergo, inquit, aut prædictos iam

nunc

nunc rescribe Charinos. Sed cum in Græcia Philippi stateres & Darici celebratissimi fuerint, & paulò antè dixerit,

Bisseptem rutilos regale numisma Philippos.

rescribe Darios nescio quo animi augurio & ariolatione legendum libentius videor somnare, vt & mox.

Aut alios à me totidem dabo.

Qua in sententia est & Pithœus eruditissimus fori patronus. Imo verò vt euigilauit, torporemque somnij discussi velut nebula discedente, clara iam luce, rescribito nummos, legendum indubitanter existimaui: quod & affirmare non verebor, si qui mea sententiæ album calculum addat, doctum aliquem inuenero, cum rios esse nos: id est nummos breui nota scriptos crediderim. idem cum ait,

— tabulam medico pugnante notatam,

arbitror eum dicere, tabellas cautionis, & syngrapham manu inuita exaratam fuisse & repugnantibus digitis, quorum vnum nominat medicum vocatum. Sed quidnam est? Expositum subter paradas tectoque iacentem. legendum aliquando credidi, pastadas expositum subter, id est sub quadam ipsius nauis scena & vmbraculo: placet tamen, expositum subterpardas, id est sub belluatibus iacentem & Babylonicis peripetasmatis. Pardas autem foeminino genere pantheras & pardos intellexit. Sed cum in vetere lexico repererim paradam esse lapatum, fortasse inde textum vmbraculum intellexit, vel peripetasma, hac herba distinctum atque variatum: solent enim herbae eis intexi: pardos legat etiam qui volet. Lego in ea epistola, vnus Domnotoni te è littore: & in proximo epigrammate, Vnius massæ quis putet has species? Idem poëta consuetudinē manes mortuorum ad tumulum vocandi commemorans, & qui sepulchro carebant, nomen ciendo velut humani, Maronem illustrat lib. 3. Æneid. sic scribentem,

— animamque sepulchro

Condimus, & magna supremum voce ciemus. Et lib. 6.

Tunc egomet tumulum Rhetæo litore inanem

Constitui, & magna manes ter voce vocaui.

Iuuat illustratores versus Aufonij istis adiungere, vt vatem vatis interpretem intelligamus esse, nec eos malè operam ponere, qui ex antiquis antiquorum explicationes venantur:

Hoc satis & rumulis, satis & telluris egenis:

Voce ciere animas, funeris instar habet.

Gaudent compositi cineres sua nomina dici:

Frontibus hoc scriptis & monumenta iubent.

Ille etiam mæsti cum defuit urna sepulchri:

Ii 2

Nomi-

Epist. ad Theonem.

Ibid.

3. ÆN.

6. ÆN.

In Parentalibus.

Ibid.

Ibid.

Pollux lib. 6. c. 12.

Varro li. 4. de ling. Lat. Athenæus lib. 11.

In cōmemorat. profess.

Burdigalens. 26.

Eleg. 1. lib. 3.

Fast. 1.

Epigr. 108.

Epist. ad Theonem.

In Her. 11. mul. 13.

Iterum, de Deiphobo,

Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis  
Et pius Aeneas & Maro composuit.

Ex eodem Ausonio conijcimus fritillum turriculam fuisse cauam gradus 5  
intus excisos habentem, vt incertior & minus fallax minusque artificio-  
sus esset iactus tesserarum, neue aleator collusorem fallere posset. πύξίς  
exponitur à vetere critico.

Vidimus (inquit) & quondam tabula certamine longo,

Omnes qui fuerant enumerasse bolos:

Alternis vicibus quos precipitante rotatu,

Fundunt excisi per caua buxa gradus:

Narrantem fido per singula puncta recurfu,

Quæ data per longas, quæ reuocata moras.

Licebat autem exijs, quæ iecerant, liberè quædam reuocare, & reliqua 15  
dare, in quo ars erat: ita arte quod malè ceciderat, corrigebant.

Tollere natos, nouus orbis, Itargus, positus, euerfi fasces, euerfa  
pharetra, maturus, laurea in templis deposita.

C A P V T X I.

SOLEBANT patres liberos, simul ac nati erant, è terra tollere: vnde  
& tollendi vocabulum de liberis frequenter vsurpatum existimo natum:  
qui autem non tollebatur, vt abdicatus & proiectitus habebatur, idque vt  
inominatum & inauspicatum erat. Papinius infantem seruum, quem cha-  
rissimum habuit, & libertate donauit ante mortem, qua decessit acerba,  
fustulisse se dicit, sic scribens,

— meus ille meus: tellure cadentem Excepi.

Papinius li. 1. epicedio in filium.

Ouid. in Ibin.

Ouidius autem cum dicit in Ibin,

Cyniphiam fædo corpore pressit humum.

natum significat. humi enim, qui nati erant deponebantur, vt & ille supe-  
rior Papinij locus satis planum facit, & nominatim dicit Tertullianus,  
cuius verba subscribam, dum prima etiam constitutio infantis super terram sta-  
tim edeæ sacrum est. Antè recordor me scripsisse Proserpinam etiam Iuno-  
nem infernam vocatam fuisse: dicitur & Diana inferna, propter Hecatem, 35  
vt reor, quæ etiam Diana est & Proserpina: vnde,

Tergeminamque Hecatem, tria virginis ora Diana. legimus.

4. AEN.

Papin. epice-  
dio in patrem  
li. 5. siluar.

scripsit enim idem Papinius,

Detulit infernæ vates longæua Diana,

Procul-

Proculdubio Proserpinam intelligens. Cinctutos Iupercos in Ouidio ex-  
plicauimus & Plutarcho: nostræ fauet sententiæ carmen Papinij quod  
subscribam,

Verbera succincti formidauere Iuperci.

5 Nam quos ille cinctutos, hic succinctos appellat. Toga virilis, quæ & pu-  
ra dicebatur, quod purpura careret, candida erat, vt è Papinij versu liquet,

— albentique humeros induxit amictu.

Sic & clypei tironum, vt, parmæque inglorius alba. Vt Americam nouum  
orbem appellare solemus, ita Augusti imperio Germania Romanis armis

10 penetrata, nouus orbis vocabatur. Ouidius, fluminæque & montes, & no-  
mina magna locorum:

Et si quid miri vidit in orbe nouo. Iterum,

Et modo Germani Romanis cognitus orbis.

15 sic & Britannia alter orbis censebatur. Mortui κείσθαι dicuntur, quod est  
iacere: etiam positi dicuntur, vt cum positi sunt in pheretra, aut in pyra.

Ouidius, Tene ego sustineo positum scelerata videre?  
Nec inuenis positi supremos destrue honores.

quomodo & illud Maronianum explicari potest, 2. AEN.

Sic ô sic positum affati discedite corpus.

20 quasi diceret, me hinc vt mortuum & iacentem relinquitè. In funere vete-  
res euerfos gerebant magistratum fasces: cuius consuetudinis vsurpatio-  
nem in megistanum exequijs & procerum sæpe videmus. Ouidius,

Quo primum vidi fasces, in funere vidi:

Et vidi euerfos indiciumque mali.

25 Et in elegia in Tibullum, Ouidius lib. 3. Amor. eleg. 8.

Ecce puer Veneris fert euerfamque pharetram,

Et fractos arcus, & sine luce facem.

Senes vocantur maturi, vt, maturusque senex, apud Flaccum: & æui matris-  
30 tus Acestes, apud Maronem. Nam & Græcos πεπρωται pro anu dixisse an-  
notat Hesychius: & anus apud Aristoph. ait,

Ου γὰρ ἐν νέοις τὸ σὸφὸν εἶναι, ἀλλ' ἐν πεπρωτοῖς.

Ouidius, Quid numeras annos? vixi maturior annis.  
id est senior: sequitur enim mox,

Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.

35 Quem omnes alij fluuium Germaniæ vocant Visurgin, Ouidius Itargum  
videtur appellasse hoc versu,

Decolor infecta testis Itargus aqua.

Laureas imperatores, quas re bene gesta, victisque hostibus reportabant è  
Ii 3 prouin-

Jul. obseques de prodigijs. provincia, deponere in Capitolio solebant in templo Iouis. Iulius Obsequens, Cum in agro Pistoriensi Antonius Catilinam deuicisset, laureatos fasces in provinciam tulit. ibi à Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cum ad eos laurum victricem attulerit, quam in

Ouid. ad Li. uia de morte filij. Capitolio debuerat deponere. Ouidius, 5 Auctorisque sui perfertur imagine mœsta, Quæ victrix templis debita laurus erat.

Fœnus præstituta die dabatur & mutua pecunia, interdum nulla die præstituta. itaque creditori, quando cunque collibitum erat, reperendi ius erat. hinc de vita scripsit Ouidius, 10

Vita data est utenda: data est sine fœnore nobis Mutua, nec certa persoluenda die.

Cic. I. Tusc. hanc est à Cicerone mutuatus sententiam, qui r. Tusc. scribit, At ea quidem dedit usuram vitæ tanquam pecunia, nulla præstituta die: quod & Plutarchus imitatus est. 15

Sceptra hasta, cybæa, fertus, Marsia caufidicus, vittata templa, ornata frondibus & lucernis fotes.

CAPVT XII.

VT sceptrum hoc, sceptrum dextra nam fortè gerebat.

scribit Maro 12. Æneid. quem locum ex Homero esse decerptum, & tanquam noua veste oratione Latina ornatum, neminem fallit: sed cum hic sceptrum omnes intelligant scipionem, quem manu gerebant reges, quod & Homerus dixerit, 25

εὐπαλάμῃς φορέσειν, & Maro eodem loco: & alio sceptrum Ilione quod gesserat olim. etsi illud Homeri de hasta intelligi etiam potest, non hoc Maronis, cum, ut opinor, hastam gerere mulieres solitæ non sint: tamen quis ab hac recepta & comprobata opinione discrepet referam. Belli Troiani tempore putat Trogius, ut in compendio Iustini legimus, sceptra regum hastas fuisse. eius adeo verba subijciam, per ea, inquit, 30

adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixerunt. Itaq; apud Euripidem in Hecuba 31

λαδὸν ἐν θυῶν ἄνδρῶν, non in aliam sententiam accipio, quàm ut hastæ nomine sceptrum intelligatur. addit & Iustinus, 32

Nam ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc, inquit, deorum simulachris hastæ adduntur. quod ad illud Maronianum, 35

— nunquam frustrata vocatus Hasta meos,

etiam explicandum facit, quod antè me attigisse recordor. Sed quid verat sententias vacillantes & nutantes, velut tecta ruentia multis tanquam tibi-

cinibus

cinibus fulcire. Nunc aliud etiam, si placet, explicemus. De cybæa nauis, quæ apud Ciceronem in Verrem est, multisque negotium exhibet, credo mihi vitio non dabitur, hinc aliquid adscribere. κύβηα, inquit Hesyechius, 4. Cic. 7. εἰδὸς πινυῶν. Ergo cybæa quasi cypæa dicta est: vnde & cupa Latinum nomen.

Nam & κύβηα est poculum. horum autem omnium eadem origo est, cum leuis mutatio sit tenuium in medias, quam qui non concedit, nimis præter æquum & bonum iniquus est & imperiosus. Est igitur Cybæa nauis oneraria rotunda, ut cupæ nomen ostendit. Græci autem nauigia oneraria, rotunda, id est τροχίλλια solent appellare. nos & aliud adiungemus. Seruius 10

in illum Maronis locum: Consertum tegmen spinis, nisi in editionibus est mendum, legisse videtur in Terentij Eunuchio, sertum, vbi hodie sertum excuditur: quod & antè auctoritate veterum etiam defendimus: veruntamen in Seruio sic legitur, consertum tegmen spinis, illigatum spinis: hinc est in Terentio, Video quendam sertum. nos delectat varia scribere. Igitur, ipse potest fieri Marsia caufidicus, non sine quodam naso à Martiale dictum reor. 15

constat autem Marsiam bardum & hebetem fuisse, qui de musica cum Apolline certare ausus pœnas dedit. Sed & in vrbe Roma Marsiæ statua erat in foro, ut hinc quoque sensus lateat statuam effici caufidicam posse, & saxum Marsiam Rhetorem. Horatius, 20

— Marsia, vultum

Qui se ferre negat Noniorum posse minoris.

Plinius, cuius luxuria coronatum Marsiam litera illius dei gemunt. Seruius refert Marsiam in ciuitatibus signum fuisse libertatis, qui erecta manu testatur vbi nihil de esse. 25

Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor, intelligitur à Seruio libro 4. Æneid. ut quædam probet, quædam ipse improbet & notet auctor: ut, auri sacra fames, hinc auaritia sugillata est, 3. AEN.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

exclamatio est in amorem. Sic Horatium Seruius interpretatur. Apparet veteres solitos esse templa deorum, quæ magno honore colebant, præsertimque diebus festis, vittis ornare. Maro, 30

Præterea fuit in tectis de marmore templum

Coniugis antiqui: miro quod honore colebat,

Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.

Hoc Seruius de postibus, quos nuptæ laneis vittis ornare, antequam ingrederentur, solent, intelligit: nostræ patrocinator sententiæ Papinius sic scribens, 35

Pande fotes superum, vittat aque templa Sabæis

Nubibus, & pecudum fibris spirantibus imple.

Papini auctoritate subnixus videor non temerè facturus, si à Seruij explanatione



catione recedam. Solebant & ferijs suas domos ornare frondibus & lucernis. Tertullianus, plures iam inuenies ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quam Christianorum. ex his facile illud Persianum declaratur, — vnctaque fenestra Disposita pinguem nebulam vomuere lucernae.

satyr 5.

Exponitur prima Ode Horatij, Attalicae conditiones, Myrtoum mare. CAPVT XIII.

PRIMO cantico Horatius, quo sua exorditur carmina, suffragium Mæcenatis eblandiri conatur, ambitque vt inter Lyricos ab eo in bibliotheca dederetur: siue suos velit libros librariæ forulis in Lyricorum colonia reponi, siue inter Lyricos statuam sibi poni perat.

Sunt quos curriculo puluerem olympicum, Collegisse iuuat: cum ait, significat aliquos studio equorum alendorum teneri ob victorias Olympicas, quod ἰσποσοφείν, & πειλοσοφείν dicebatur. Nam cum quinto quoque anno Olympia committerentur, quod Olympiorum causa fiebat, etiam intelligendum est. Victoria autem curulis certaminis in ludis Olympicis erat omnium nobilissima, vt ex Herodoti plurimis locis, & è Pindaro intelligi potest. Eodem ferè quo Horatius modo Virgilius dixit,

3. Georg.

Seu quis Olympiaca miratus premia palma Pascit equos.

Horat. Od. 1. lib. 1.

Attalicas autem conditiones vocat, regnum Asiæ opulentissimæ. Non si, inquit, regnum ei opulenti Asiæ, cui imperauit ditissimus Attalus, dares, de proposito demoueres. Sic Cicero, velim Syriæ conditione, scripsit. Attalicas autem conditiones, ingentes & opulentissimas intelligit, ob Asiæ opes, vt alio loco, nec Attali regiam ignotus hæres occupauit. Myrtoi autè Pelagi & Icarij vt periculosorum mentionem facit, quòd cum Ægæum mare omnium esset vndosissimum, vt in Periegesi scribit Dionysius, eius partes erant. Nam Eustathius ait, Icarium esse μέγρος πειλοσόφειν, de cuius fluctibus Homerus,

Cic. ad Attic. li. 2. epist. 4. Od. 10. li. 2.

Dionys. in Periegesi. Homer. Iliad. β.

Κινήθη δ' ἀγορή, ὡς κῦμα τὰ μακρὰ θαλάσσης, Πόντος Ἰκαελοίο.

cap. II. li. 4. Lib. 1. AEN. Homer. Iliad. β.

De Myrtoo Plinius, Ægai pars Myrtoo datur. Icarij autem fluctibus Africum luctari dicit, qui creber procellis ventus à Marone dicitur: Vulturno tamen & Austro potissimum agitari pelagus Icarium dicit Homerus,

— τὸ μὲν εὐρύσσιν ὄψεσσι, Ὠρορ' ἐπαίξεται πατρὸς διὸς ἐν νεφελάων.

Corruere, tragula, chamulcus, sclodia, Varro emendatur.

CAPVT XIII.

VAR

VARRONEM, vt semel arripui, teneo, occidoque, non tam mediis-fidius legendo: nam id optat, quàm malè improbeque castigando & interpretando. sed ei durandum est & patienter ferendum. Dentalia statim illi eruam, dentes inferam. Nam in eo lego, rastro quibus dentatis penitus eradunt terram, atque eruunt, à quo erutu rastro dicti. prior emendatio librorum est antiquorum, posterior nostræ coniecturæ, quæ, vt opinor, bonorum album merebitur calculum. Illud, has faucillas chermonefice dicunt fasces, vel vt alij scribunt, Chermonefice, vt alij conijciunt Chermonefite, vt in vetere libro reperio, chermonefioe dicunt: illud inquam totum mihi videtur vt putre & vitiosum recidendum. hoc enim sermonem Gallicum olet, & quicunque hoc scripsit, idioma vernaculæ linguæ Varronis scriptis admiscuit. Nam faucilla vel falcilla verbum merè Gallicum est. pro, r & s inter se saepe locum commutant, legendum videtur, l & s. Nam à pinso pilum deducit, s, mutato in l. Quòd ait, Inde post in vrbe Lucilij pistrina & pistrinx, propter ver- sus hos fortasse Lucilij dixit,

Varro lib. 4. de ling. Lat.

ibid.

ibid.

ibid.

Lucilius apud Fest. lib. 1.

Pistricem validam, si nummi suppeditabunt, Addam, quæ empleuron, memphulas quæ sciat omnes.

Scribitur in antiquo libro, mola à moliendo. Nam & mox, eo coniecta molium tur dicit: tamen molendo & moluntur, minimè me offenderet. Lego, ab eo quòd eo spicas aliud ve corruerant, id est eo conijciebant. Nam in messorias corbes spicas defectas congeriebant. Varro, ac de singulis secant inter spicas, & stramentum: spicas conijciunt in corbem atque in aream mittunt. Tragula est ea quæ à Marone per epenthesin trahea dicitur pro traha, terendis frugibus apta, illo versu,

Varro li. 4. de ling. Lat.

cap. 50. lib. 1. de re rust.

Tribulâque, traheaque, & iniquo pondere rastro.

1. Georg.

Ac tragula dicitur tanquam trahula, vt & à Plinio piscatorum verricula tragulæ vocantur, sine controuersia à trahendo nomen adeptæ. Est & humile plostellum quod trahitur, sclodia, vt reperio in antiquo lexico Latino Græco, χαμυλκίς, Chamulcus etiam à Marcellino dicitur: haud scio an nostrum chamium inde nomen inuenerit, & certè inuenisse probabile est. Reperio extemplo in vetere libro, Vehiculum, in quo faba aliud ve quid geritur, quòd è viminibus vietur, aut eo vehitur breui, est vehiculum dictum. Est alijs videlicet arcera, quæ in duodecim tab. appellatur. Videtur Varro duplicem tradere vehiculi originem à viendo & vehendo, quarum altera in libris extabat, altera non comparebat, quæ nunc vtcunque restituta est. Lego, ubi habeant tuto. Varro enim non infrequenter habere pro habitare usurpat. Lego mox, oppida quòd opi muniebant, mœnia dicta, quo mœnitius essent: quòd exaggerabant, aggeres dicti, & quòd contineret aggerem, mœrum, quòd muniendi causa parabatur, munus: quòd sepiebant oppidum eo mœnere, murus. Hæc descri-

Plinius li. 9.

Varro li. 4. de ling. Lat.

ibid.

descripta sunt accuratè & sedulò è libro, vt ita dicam, cellario: quin & an-  
 riquitatem summo studio expressi. Haud paulò veriora & certiora repe-  
 riet ista, quàm quæ profeminata sunt per editionum exemplaria, qui in-  
 telligentis est iudicij. Reperio, *Etrusco ritu multi*: nec tamen multa impro-  
 bo. Mox, & *introrsum factam murum*. Nam in fulco ducendo glebæ terræ,  
 quæ in interiorē partem aratro excitatæ erant reiectæ, murus diceban-  
 tur. Lego è vestigio, *postea qui fiebat orbis, urbis principium*. & mox, *qui quòd*  
*erat post murum, pomerium dictum eius, quo urbana auspicia finiuntur*. Lego  
 mox, & *circum Ardeam & circum Romam*. Lego, *vt Roma, Colonia, &*  
*urbes conduntur*. Reperio, *Angiportū, si id angustum*. sed hoc perexiguū est  
 syllabæ additamentum. Item, *& quæ vendere velent, quo ferrent, forum ap-*  
*pellarunt. Vbi quid generatim, additum ab eo cognomen*. Sed hoc caput satis ex-  
 creuit, satisque molestiæ Latinorum doctissimo exhibuit: eius tandem sa-  
 tietur supplicio atque cruciatu.

ibid.

ibid.

ibid.

*Croco picta vestis, splendens purpura, domus Aeneæ, pater Roma-  
 nus, Rhamnes.* CAPVT XV.

15

CVM in omnibus poëtis, tum in Marone nihil vt in expeditione subi-  
 tò cursimque prætereundum est, nec lectorem expeditum & cursorem, sed  
 cunctatorem & in singulis hærentem desiderat, cum otiosum in eo nihil  
 sit, aut temerarium. id apparet ex illo versu,

9. AEN.

*Vobis picta croco, & splendenti murice vestis:*

quo versu significatur parum virilis cultus. Nam crocotum melierum erat,

Aristoph. Ra-  
nis.

vt ex Aristoph. notum est, scribente in R anis,

25

*Ὁραὸν λεοῦσι τὸ ἄντι κροκόσι κειμήλιον.*

quòd enim Bacchus & quæ essent muliebris sexus propria, & fortissimorū  
 virorū miscuisset, illuditur. sed & splendens purpura probro dabatur à se-

Cic. pro Cælio.

uerioribus, vt apparet ex oratione pro Cælio, *si quem etiam minimorū horum*

Plutarchus in

*aliquid offendit, si purpuræ genus*. Plutarchus in Catone, *ἐπεὶ πορφύραν ἐπέει-*

Catone.

*πὺν κατὰ νόμον ἐρῶσαν καὶ ὄξειαν ἀγαπημένην, αὐτὸς ἐφόρει πὺν μέλαιναν*. Adtexam &

30

aliud, quod non, vt scirpus, erit sine nodo,

9. AEN.

*Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum*

*Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.*

hîc ego domum Aeneæ familiam Iuliam significare puto, è qua Augustus  
 erat: domus autem Augusti in palatio erat, vt scribit Victor, vnde non in-  
 colebat, sed accolebat Capitolij immobile saxum. Ad domum autem Au-  
 gusti locus erat, qui sedes imperij Romani eodem Victore auctore dice-  
 batur. Et si autem de toto Capitolio intelligi non ineptè potest, quod de

Victor de vr-  
bis Romæ re-  
gionib.

faxo

faxo immobili cecinit, tamen Grammaticis ad Terminum, qui non potuit  
 exaugurari, referri magis placet. At verò pater Romanus, est Imperator,  
 cum præsertim imperatores patres patriæ decerentur, & hunc tutulum  
 Augustus consecutus sit, & pater nomen dignitatis sit. Aufonius in eam  
 sententiam videtur accepisse, qui ad Theodosium scribens Maronem imi-  
 tatus ita dicit,

Aufonius ad  
Theodosium.

*Tu modo te iussisse pater Romane memento.*

Apud eundem poëtam, quod est,

*Ora puer prima signans intonsa inuenta,*

9. AEN.

in eo inuenta lanuginem erumpentemq; barbam significat, vt & ἕν Gre-  
 cè.

ibid.

*— cristasque rubentes Excipiam sorti.*

id est, extra sortem tibi dabo, nec in fortitionem prædæ mittentur, nec for-  
 titò cuiquam attribuentur: sed tibi extra ordinem cedent.

*Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis*

ibid.

*Extructus,*

gaudet poëmati suo Latina intexere nomina Virgilius. propter enim equi-  
 tes Rhamnes, hîc Rhamnitis nomen finxit: sed & Homeri imitatione  
 Rhamnes in tapetibus dormit. mox Remum in poëmate ponit, quod no-  
 men finxit de nomine Remi, qui frater conditoris Romæ fuit. sed &

Lamum, à quo Lamiarum familia, vt apud Horatium,

Od. 17. li. 3.

*Æli vetusto nobilis ab Lamo.*

Lamus etiam, vt Hesychius scribit, regio erat Læstrigonum, & indigena  
 heros, à quo regio nominata. Etiam Fadum, ob Fadiorum familiam po-  
 fuisse in poëmate videtur: & Cædicum ob Cædicios: Serranum ob Ser-

9. AEN.

ranos. Numam & Numanum, ob Numam regem & Numanos. Salmo-  
 nem verò ob vrbis Italicæ nomen: vt & *Priuernum*, ob urbem cognomi-  
 nem. Capyn ob Capuam: Equicolum, ob Equicolos populos. Iam quod

ait, *— natos ad flumina primum Deferimus,*

ibid.

è Germanorum traxit consuetudine, qui aquæ Rheni arbitrio explorabāt,  
 partus essetne legitimus an nothus, qua de re epigramma extat.

30

*Delicata, delicatus, mandatores, Iani, Tranquillus  
 emendatus.* CAPVT XVI.

CVM apud Tranquillum Vespasianus esse natus in Sannijs dicitur,  
 vbi locorum dicatur, quis non quærit? & tamen nemo, quod sciam, pro-  
 bè inuenit: nec inueniri potest, quod nusquam est. ego consulto antiquo  
 libro, cum repererim samnis, non dubito quin in fauinis librarius scribe-  
 re voluerit, vel potius Sabinis. Sabinus enim erat Vespasianus, vbi & æsti-  
 uare so-

Suetonius in  
Vespas. c. 2.

uare solebat, vt & plerunque Titus eius filius. scribendum in eodem im-  
 peratore, Sabratenfis pro Sabracenfis, à Sabrata vrbe Africæ, veteri libro,  
 & Plinio aftipulatoribus. delegata autem quæ dicitur, delicata appellari  
 debet, vt amica & concubina, quæ olim in delicijs fuerit. Nam ferè me-  
 retrices & concubinæ libertinæ erant. Sic in veteri infcriptione reperio.  
 TEIÆ EUPHROSYNÆ RVFINÆ V. V. DELICATÆ. Sic in vita  
 Adriani imperatoris Traiani delicati, pueri sunt, quos in delicijs habebat.  
 Illud etiam fic scribendum est: fides autem penes optimos codices fue-  
 rit, *medicus dentem ei ostenderet tantum quod exemptum*, pro quo subditium  
 est, *recenter, quidem exemptum*, indignum mediufidius elegancia & senten-  
 tia Tranquilli. Fauor archimimus etiam vindicibus ijsdem libris afferitur,  
 quod expunctum locum cefferat Fauoni. In Tito delatores & mandatores  
 legimus: fed qui mandatores sunt? an qui accusationem alicuius cuiquam  
 mandabant, & accusatorem instruebant? & fortasse verum fit, cum ita v-  
 surperet à iurifconf. libri tamen optimæ notæ amandatores habent, vel  
 amendatores. Hoc quispiam putaret emendatores esse, vt honesto fic vo-  
 cabulo delatores quidam vocarentur, quod scelera & crimina emendare  
 vellent & corrigere. puto tamen veriffimum esse mandatores, qui accusa-  
 tores subornabant & instruebant, & in exilium homines hac ratione ca-  
 lumnia oppreffos pellebant. Studium armaturæ Threcum, in archiuis bi-  
 bliothecarum reperio, pro Thracum: vtrunque vfitatum, & vfurpandum.  
 fed hoc, quod vt insolentius quispiam fortasse summouendum putaret,  
 testimonio adiuuandum fuit. Dimotis pallulis etiam in iuratiffimis anti-  
 quitatis libris reperi. quidni enim vela odducta lecticæ pallule vocari que-  
 ant? quod ita à me affirmatur, vt tamen plagulis de suo iure nullam con-  
 trouerfiam faciam, ne momenti actionem mihi intendat, & à Prætoze re-  
 ftitui petat, fi à me deiiciatur: tantum doceo confortem ei esse, qui de eo  
 Tranquilli loco ambigere poffit. In Domitiano reperio *inter sacrificulos*  
*varia fupertitionis*, cum hodie vanæ legatur, quod & à me probatur: fed  
 varia etiam esse potuit illa religio, variufque cultus & cerimonia variique  
 cultores, vnde & facilior Domitiano latebra. Lego etiam, *ecquid fciat*  
*cur sibi vifum effet*, non vt in codicibus publicatis. Quem dicit fiscum Iudai-  
 cum fuisse acerbiffimè actum? significat tributum quod Iudæi omnes, qui  
 in imperio Romano erant, foluebant. nam viritim binæ dragmæ exige-  
 bantur ab ijs, qui Iudaicam religionem colebant, Iouis Capitolini nomi-  
 ne, vt Dio refert. Lego, *vt cuidam infcriptum fit ἀρκεί*, quod est fatis est, &  
 fufficit, neque plures Ianos aut arcus erigi tibi pati debes. In veteri est arci  
 fcriptum. Ianos autem ἀψίδας appellauit Dion in Nerua. Lego etiam, *ea-*  
*dem me tamen manent capillorum fata.* hanc lectionem quid attinet lectori  
 com-

commendare, quam deprauata fatis comprobatur, & conciliat intelligenti?  
 Paucos istos locos è vita trium imperatorum carptim collegi: qui & inge-  
 nio meliore sunt, & iudicio fagacior, & otio maiore, multo plures eruēt  
 fuo Marte etiam absque librorum auxilio: fed his tamen vtcunque à me  
 emendatis leuati labore erunt, & in alijs erroribus ingeniu experiri suum  
 debebunt, si tamen hoc fumus affequuti, vt doctis hominibus ista probari  
 poffint: quod optandum multo magis est nobis, quàm vlllo modo spe-  
 randum.

10 *Lautumia, armilustrum, Murris, Murcia, viocuri, susum, Varro*  
*emendatur. CAPVT XVII.*

Nos & hoc capite operam nostram Varroni locabimus, vt partim in  
 eo quædam enucleemus, partim, si poffimus, à mendarum deformitate li-  
 beremus. Cum ait macellotas hortorum, *δέξες* id est ianuas & fores subau-  
 diri debere existimo. cum *μακίλλες* ait, eo nomine septa, claustra, & muni-  
 menta intelligit. Ait Varro, *ad Corneta, forum Cupedinis à Cupedio*: vbi in  
 chirographo reperio à fastidio, quod à fastidiosis & delicatis experuntur  
 lautitiæ ciborum & cupediæ. Cupedius tamen magis probatur, à quo ap-  
 pellatum sit illud forum, qui in libro Varronis rerum humanarum, Cupes  
 appellabatur. Illic enim fori Cupedinis & Macelli appellationes ductas  
 narrabat, à Numerio Equitio Cupe, & A. Manio Macello latronibus. *Nec*  
*quod is Cornelius stilo secutus*, cum ait, indicat Cornelium historicum stilo  
 & fcripto non idem fcriptisse. alij non sanè ineleganter emendant, *Ælius*  
*Stilo secutus*, & infra eodem modo legendum censent, *Ælius & Lutatius*,  
 quorum ego sententiæ fubfcriptorem adftipulatoremque libenter me tu-  
 lerim: quanquã Cornelius à me non improbatur. Lego autem, *fcribunt eum*  
*locum esse fulguritū*, vt antè fulguritum exposuit fulgure icturn. Scribo mox,  
*Quod Syracusis, vbi de causa custodiuntur, vocantur latomia, exinde lautumia*  
*translatum.* Latini enim pro latomijs lautumias dicebant. verba enim cum  
 solo & regione etiam nonnihil speciem plerunq; mutant. Ita Latinos pro-  
 nuntiasse hoc vocabulum è quinto controuerfiarum Senecæ apparet, vbi  
 fcribitur, *Ne quenquam vestrum decipiat nomen lautumia minimè lauta res est.*  
 Lego autem non longè hinc, *itaque dictū in Cornicula militis aduentu.* quod  
 perspicuè rectū est. Sequitur mox Trochaicus, in quo miles ille, quem cir-  
 cumeunt ludentes, vocatur figuratè circus. Armilustrū porrò circus maxi-  
 m<sup>o</sup> erat, armilustrū armorū lustratio. Vetus lexicon, armilustrū *ὀπλοχεδάρ-*  
*σιον, ὀπλοχεδάρσιος.* Lego mox, *quod à muri parte pinnis turribusque, carceres olim*  
*fuerūt, fcripsit poeta:* aut vt in veteri reperio editione, à *Murris parte.* Nā ille  
 K k pinnæ

pinnae & turres oppidi quandam speciem praese ferebant. Equidem posteriorem scripturam veriorē melioremque; credo: sed priorem tamen damnare non ausim. Lego mox, *intimus circus ad Murtim vocatur, ut Procilius: ut modo, à Murtis parte.* Venus autem primum Murtea, postea Murtia vocata est. Plinius, *Quin & Ara vetus fuit Veneri Myrtea, quam nunc Murtiam vocant.* Est & Arnobio Murcia segnium dea. Murtiae meminit Tertullianus in libro de Spectaculis, quam esse marmoris deam dicit, ubi fortasse marmoris scribendum est. *Murtiam enim deam marmoris volunt, cui in illa parte aedem vouere.* Reperio, *ludis tauris, quod ut leue & exiguum, ut multa alia, sanè praeterire debui, & piger adscripsisse. sic distinguo, qui ad senatum missi, is graecostasis, à parte ut multa.* In vetere libro reperio, *ab argula seu quod, ut legedum videatur ab Argu lapsu, vel potius, ab Argula seu Argo.* Nam utroque modo vocari potuit. Immo ab argila seu Argo. Inuenio in antiquo codice, *Publius & Cosconius, quod ab his viocuris dicuntur aedificati: viocuri autem sunt curatores viarum.* Antè hanc vocem usurpauit Varro, *Quis enim non videt, unde aurifodina & viocurus?* In antiquo lexico scriptum est, *viaculus ὁ δὲ ὄν ὀπιμαλκτῆς, sed vel viarius vel viocurus in eo scribendum ceseo.* Vicus Publij à Rufo collocatur in ea urbis regione, quae Via Lata dicebatur. Vicus publicus in Alta semita. Lego mox, *Clinus proximus à Flora susus versus. susus pro sursum hic dicitur, ut susum apud Catonem, ita subducito susum animam, quam plurimum poteris.* Capitolium vetus à Victore in Alta semita ponitur iuxta templum Florae. Cùm ait, ante cellam esse prodomon, post cellam opisthodomon, templum in tres partes diuidit, mediamque, ubi est dei cella, quam hodie chorum dicimus, vocat: quae antecedit, *αὐτὸ δὲ μόνον, quae sequitur, ὀπιμαλκτῆρον.*

Plinius li. 29. cap. 15. Arnob. lib. 4.

Varro lib. 4.

Varro lib. 4.

Cato de re rust. cap. 157. Victor de urbibus Romae regionibus.

Senior, fungi lucernarum, scindula, Graia Statio.

CAPVT XVIII.

I AM senior, sed cruda deo viridisque senectus,

scribit Maro de Charonte lib. 6. Aeneid. hic seniore[m] quispiam intellegeret, qui iam 45. annum excessit. Nam ab hac aetate seniores dicebantur apud Ro. In iuniores enim & seniores diuidebantur Ro. quam in sententiam discedere videtur Seruius: mihi tamē videtur esse, qui progressiore esset aetate, cū[m] scribat, *cui plurima mento canicies inculta iacet, sed aetatem bene ferret, ut senectus cruda videretur & viridis: cruda autem est non matura, sed viridis adhuc.* Nam matura dicitur in ijs, qui ea propè confecti sunt. Horatius, *maturusve senex.* Virgil. *auti maturus Acestes.* Crudam senectutem, quae ante diem venit, vocat Hesiodus, cū[m] ait, *καὶ ὁ μὲν μέγα δῶκεν. unde & ὁμογέροντες.*

6. Aeneid.

De arte poet. 5. AEN.

Nec

*Nec nocturna quidem carpentes pensa puella,  
Nesciuere hyemem, testa cum ardente viderent  
Scintillare oleum, & putres concrefcere fungos.*

1. Georg.

Hic fungi variè exponuntur: Plinius, ut Seruius refert, ait cū[m] humidus aer esse coeperit, fauillam, quae cum fumo egredi solet, prohibitam crassitudine aeris, in lucernis residere. ita Plinio fungus, fuligo est & fauilla remanens, quae atram quendam fungi imaginem in lucerna reddit: ac eius sententiam veriore[m] esse crediderim, cū[m] & Aristophanes scribat, *ὕδωρ ἀναγκαῖον ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. ἐπεὶ οἱ θεοὶ τοῖσι λύχνοισιν ἔποιον μύκητας.* ubi interpretor scintillas esse dicit, quae ab ellychnio emicant: quod idem & Arati enarrator scribit. ac sanè cū[m] crepitat vuido aere lucerna, ex oleoque flamma aliquid expuit micans, scintillae fiunt, sed quae residentes in naso lucernae, mixta fuligine, quam flamma immiscuit, atrum quendam efficiunt fungum. ita fit, ut quamuis diuersa sentire videantur, ad consensum tamen concordiamque reuocentur. Hoc autem caput, ut discolor sit, pittacia ei assuam ex Vitruuio, apud quem libro 2. pro scandulis, scindulae legi debent, & Isidori auctoritate, & veteris libri: quod idem apud Caesarem, Plinium, Palladium faciendum censeo ex astipulatione veterum librorum. Populi autem, quos in Ponto dicit vlos esse materiatis ligneisque aedificijs, hi sunt qui *μοσσοῖμοι* vocantur à Graecis, quorum aedificia *μόσσωες* appellabantur. Quenam est quam dicit Rhodi fuisse Graiam stationem his verbis? *circa eum locum aedificium struxerunt, & id erecta Graia statione texerunt.* Romae locus dicebatur Graecostasis Senaculo substructus, ubi nationum legati consisterent, qui ad senatum essent missi. Similem Rhodi locum fuisse crediderim de Romanorum fortassis exemplo, appellatumque à Vitruuio Graiam stationē. Sed ne quis putet solos habendos esse coniectores, qui somnia interpretantur, nos in ijs etiam numeret, & ut illi raro ad verum perueniunt, sic nos existimet exili plerumque impelli suspitione, ut hoc vel illud sentiamus: ac tandiu nobis haec placebunt, dum vel meliora inueniamus, vel potiota eliciamus. Interim fraudi non debet esse mihi simplex & aperta sententia, quam dissimulando, & apud me premendo, ut calumniam fugere potui, & tutior esse: ita vel minus iuuare bonam iuuentutem, vel non ostendere in quibus experiri vires ingenij sui doctiores debeant. sed nimirum calumniam nimium metuendo, ipse quodam modo me calumnior: & praestat securè alienam in se expectare maleuolentiam, quam ante tempus anxietate se conficere.

Georg.

Aristoph. in vespis.

Vitruuius cap. 1. li. 2.

ibid.

cap. 8. li. 2.

Lucretius emendatur, putei Orci, calum cruentum.

CAPVT XIX.

Kk 2

VERSUS



Lucret. li. 6.

VERSUS est libro sexto Lucretij insigniter maculosus, cum de Auerno disputat. *Is locus est Cumas apud, Etruscos & montes, Pompeij calidis ubi fumant fontibus aucti.* Quis enim in Ethruria putet esse Auernum, quem in Campania vno ore omnes esse fatentur, neque est quisquam qui ignoret; nisi qui nondum ære lauatur: in libris æui veteris reperio scripturam, quæ Sibylla egere videatur, *ecrisui per montes*: quam cum ego omnem in partem verterem, succurrit scriptum fuisse videri mutatis aliquot apicibus, & *Vesui per montes*. sed ne hoc quidem satis placuit, quod immutatio ad Ouidianam penè metamorphosin referri possit: secunda nauigatione, vt in prouerbio est, placuit tentare pelagus, & aliud quiddam probabilius periclitari, quod eodem modo ac voces veteris codicis in auribus sonaret. puto igitur Lucretium scripsisse, *ocris vipera montis*. Ocrem enim Pompeius, quæ vox Græca est, asperum interpretatur, & montis epithetum perspicuè fatetur: neque explicandam eam vocem suscepisset, si à nullo Latino auctore usurpata fuisset. Credo autem Auernum viperam dici, ob loci pestilentem naturam, & venenatam diritatem, non minus noxiam & exitiosam, quàm asperrimi sit montis vipera. Nam etsi viperæ sunt omnes vno nomine letiferæ, tamen locorum conditione virus earum importunius est & tetrius. Illud mox etiam insincerum inquinatumque est,

ibid.

*Ianua ne potius Orci regionibus esse Credatur.* versus enim laborat, & vetus etiam discrepat instrumentum, in quo inuenio, *Ianua ne poteis*. existimo scribendum; *puteis*, quod erit, ne putetur in illis regionibus esse spiraculum, & vt ita dicam, vestibulum puteorum Orci: proinde quasi, vbi graueolentes aperiuntur fauces, cum vel omnis dirus odor ab inferis manare videatur, vel certè opinio esset puteos & lacus inferorum foeditate odoris spurcissimos esse, eas æstuarium quoddam Orci existimare par sit. Est & illud spurium, *in summo sunt vertice item crateres*: quidni enim nothum appellem, quod si non pellicatu, certè suppositione tamen surrepsit in liberorum locum? ego cum reperiam vertigeni, & intelligam, r, elementum sepenumero in libris scriptis sedem occupare literæ n, ventigeni legendum suspicor, hucque adducor, quia fauces illas Ætnæ certè scio ventos & auras effundere: & poëtæ atris speluncis ventos inclusos fingunt, quia inde eorum materia emanat, qua mons Ætna exuberat, igne venas sulphuris & bituminis in fumum animale m tenuante atque mutante. suspicatus & aliquando sum *vertice enim* legi non inconcinne posse. Licet autem inter grammaticos huius superiorisque memorie Pierius patricius esse videatur: tamen illo suæ dignitatis & literarum fastigio nunquam mihi persuadebit scripsisse Lucretium,

ibid.

An

*An calum nobis vltro natura corruptum?*

Nam si ita impunè liceret syllabarū leges violare, quis non carmen pangeret? quid nobis præceptis opus esset? Scriptum fuisse puto *cruentum*, id est vitiatum, corruptum, pestiferum, inquinatum. Nam & cruentare pro inquinare dixit,

Lib. 4.

*Fluminis ingentes fluctus, vestemque cruentent.*

Nihilo secius & illud eidem non assentiar, Lucretium scripsisse,

Lib. 3.

*Præter enim quàm quòd morbi est, cum corpus aegrotat.*

Nam & hîc leges antiquantur syllabarū, & in antiquo exemplari reperio,

*Præter enim quàm quòd morbis cum corporis aegrit.*

quomodo planè legendum cenfeo. Addam porro & alium eiusdem poëtæ locum de Titio: sic enim scribitur,

ibid.

*Quod non sola nouem dispersis iugera membris Obrineat,*

hic dispessis quàm dispersis malle: sed hoc tamen coniectarium & arbitrarium accipi velim.

*Cinctus Gabinus, in medio tenere, Meduana, fulmen sine nube.*

CAPVT XIX.

DE cinctu Gabino quid à Grammaticis tradatur, omnibus qui literas amceniores amant, est ferè notum: sed quod ab illis tacitum est, hîc adscribemus. obseruauimus enim Romanos magistratus, & pontifices eo cinctu vti solitos, cum belli causa operabantur sacris, se deuouebant pro exercitu, portas Iani aperiebant, aut amburbia faciebant: denique cum rei sacræ operam dabant belli causa, & cerimonia quadam sacra defungebantur. Lucanus,

Lucanus li. 1.

*Turba minor sequitur ritu succincta Gabino. Virgil.*

7. AEN.

*Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino*

*Insignis, referat stridentia limina consul.*

& Liuius de consule Decio, qui se deuouebat, *Ipse incinctus cinctu Gabino, lib. 8. ab vr armatus in equum insiluit.* interpres Persij de Penatibus ita scribit, *habitu be cond. Gabino dij penates formabantur, inuoluti toga supra humerum sinistrum & sub dextro.* Quod orsi sumus caput è Lucano pertexemus. nec enim satis constat, quid dicat his verbis,

*Quid miscere iuuat vires, orbemque tenere*

Lucan. lib. 1.

*In medio?*

Ego in medio tenere suspicor esse, non suum, neque proprium possidere, sed cōmune. orbis enim Romanus inito triumuiratu neque Cæsaris erat, neque Pompeij, neque Crassi: sed consortium eorum trium commune. sic Maro dixit,

1. Georg.

- in medium querebant, ipsaque tellus

Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ad huiusmodi paruulos obices eo magis offendi solet, quod imprudentes plerunque fallant, nec attendentes. cum enim verba de medio sumpta sint, certo tamen elocutionis genere conformata, & nescio quid aliud quam prima fronte præ se ferunt, intus tegant, hominibus imponunt incautis, sensusque eorum sui furtum facit. Libro I. Lucani quinque versus additi sunt in Belgica editione, quorum quatuor in vno duntaxat exemplari reperi, ut eo nomine mihi penè pro spurij suspecti sint. confido autem me eos & melius ordinaturum, & fidelius exhibiturum,

Lucan. li. I.

Pictones immunes subigunt sua rura, nec ultra  
Instabiles Turones circumfusa castra coercunt,  
In ripis Meduana tuis marcere perosus:  
Andus iam placida Ligeris recreatur ab unda:  
Incluta Casareis Genabos dissoluitur alis.

10

hodieque illis in lobis Meduanam fluium retinere nomen audio. Ut autem antiqui maxima & certissima putabant diuinitatis argumenta habere tonitrua, quæ puro & innubilo cælo fremebat: vnde & Horatius scripsit,

Od. 34. li. I.

Namque diespiter plerunque per purum sonantes  
Egit equos celeremque currum:

15

sic & fulmina, quæ nitido claroque cælo mittebantur, magnam opinionem diuinitatis ostendere, & certam præfagij fidem affirmabant, ut apud Ciceronem,

Lib. I. de diuinat.

Aut cum terribili percussus fulmine ciuis  
Luce serenanti vitæ lumina linoquit.

20

Lucanus li. I.

Eodem modo & Lucanus in prodigijs ciuilibus hoc posuit, Emicuit cælo tacitum sine nubibus ullis Fulmen.

25

Compluuium, buccina, lectica, lectus, pollulus, gaunaca, multa,  
Varro emendatur. CAPVT XXI.

30

Hæc quoque pagina Varroni impendetur, neque fortasse impendij poenitebit. Scribit Varro, *susum, qua compluebat, compluuium*. Ecce hinc rursum susum vsurpatur: compluuium autem in glossematis antiquis inuenio Græcè exponi, *καὶ κλυτρον ἢ μέσσωλον*. Distinctio Varronis compluuium ad rectum collocat, impluuium ad solum, cum alterum superius sit, alterum inferius. Atque in vrbe ferè compluuium & impluuium erat, quod in villa chors. Interpongo non longè, *ab hyeme hiberna, hibernum domus vocarunt*. Paulò post quod à Varrone scribitur, *Quòd ea pecus in buccinatum anti-*

Varro li. 4. de ling. Lat.

35

ibid.

quum

quum oppidum exigebat, ne quid dissimulem aut celem, equidem non intelligo, nec quenquam adhuc conueni qui intelligere se fateretur. hinc Buccinatum nescio quod oppidum nunquam fando auditum emendatores condunt: ego potius scripturam falsariam puto, scribendumque in buccinatum, vel potius vno verbo imbuccinatum antiquum oppidum exigebat.

Cap. 4. li. 2.

Varro de re rustica, *Subulcus debet consuefacere, ut omnia faciant ad buccinam: primò cum incluserunt, cum buccinatum est aperiuunt, ut exire possint in eum locum, ubi hordeum fusum in longitudine sit*. Huius etiam consuetudinis in historijs Polybius meminit. Est qui, in buccinatum, id est, potum citatum interpretetur. Lego, *ut sit operta semper, nisi cum bellum sit*. Non longè hinc

10

Varro li. 4.

legendum videretur, *lecti quòd ne essent in terris, sublimes in his ponebant*. Nam lectica substernitur, lectus ei imponitur, ut pheretrot mortui lectus. Iterum, *Quo eam lecticam innoluebant, quòd ferè stramentæ erant è segete, segestria appellarunt*. Rursum, *posteaquam transferunt ad culcitas, quòd in eas acus, aut tomentum aliudue quid calcabant*. Opinor non inuita omnino Minerua ita me correxisse. Nam vox acus bellè conuenit sententiæ, & vnus tantum elementi mutatione opus fuit. Mox ita lego in antiquo libro, *puluinar vel à pluribus, vel à pollulis declinatum*. posterius vtique verissimum. Puluinaria enim pollula & exigua sunt culcitis comparata: sed & ea habere plura patresfamilias solent. Caro, labellum pollulum pro paruo eodem modo dixit. Po-

15

20

Cap. 10.

test & dici sic vocatum vel à pluribus hominibus, vel à pollulis: idque consentaneum magis eius voluntati videbitur. pro pluribus, plumis edunt formularij libri, quos non reprehendo. Lego mox, *ut sagum, Rheno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca*. quod additum est, maius sagum, interpretatio est hominis ineruditi. Hesy chius, *καυνάκαι, πρόμαται ἢ ὀπιβόλαι ἐτερόμαλλα*, id est, gaunacæ sunt stragula aut operimenta altera parte villosa. Est & gaunace genus pallij ad induendum. Lego, *ab hac similitudine corulus, & qua simplici scansione*. Reperio, *quod gerit in inferiora superiorem*. de hoc gra-

Varro lib. 4. de ling. Lat.

Varro li. I. de analogia

Varro lib. 4. ibid.

30

et aut cum fulcro, aut sine eo, nec tum ad triclinarè modum, tum cubicularè. Videtur scribendum, à duobus decussibus vice sis, quod dici solitum à duobus, bicesis. Lego, *semis ut semias*: interpretatio Varronis hanc suggerit lectione, vel, ut semi. Lego in antiquo libro, *Nam Græcè, ut à se, domum, ut alij δόμα: ut prius vocabulum siculū intelligamus*. Lego mox, *cum minus refectum, quam quanti constat*. Nam re factum probare non possum. Lego, *si amplius exolueret quam quanti esset emptum*. Lego, *quòd singula dicuntur appellata esse: multa, quòd unum dicebant multa*. sensus est, cum singulæ olim hæ appellarentur, multæ à populo dicebantur: vnde & nomè adeptæ sunt, quòd vnum dicebant multa. quod quidem ex eo probat, quòd rustici prima vrna addita dicere

K k 4 solebant

ibid.

solebant multa: id autem, ut opinor, faciebant. ominus gratia, copiam & multitudinem ominantes. Lego igitur, cum in dolium aut culeum vinum addunt rustici. Lego, pena à pœniendo, aut quod post peccatum sequitur. pœnire, pro punire antiqui dicebant. Reperio, prœdia primum à præda, quod ob re-  
ctè quid factum concessum sit: Datum quod reddatur mutuuum: tamen quod ob-  
tinuit, præmium à præda, loco non moueo, & præfero. Quod Siculi *μοῖτον*.  
Itaque scribit Sophron *μοῖτον ἀντιμῶν*. Id erit mutuò redhonorò, vel mutuuum colo.

Clazomena apud Ausonium, humilis pes, Chium & Ammineum  
miscere. APVT XXII. 10

Epiq. 129.

VERSYS est obscœnus ille quidem, sed & perdifficilis Ausonij poëtæ,  
Et teris inclusas pumice Clazomenas.

in quo lepos inest, quod & Clazomenæ urbis nomen significant: & Clazomenij quoque obscœni habebantur: sed & nates pathici sic appellat, 15  
quod frangantur incesta & nefanda Venere. nam *κλάσειν* est frangi & di-  
uidi. Ut bona ætas iuuenta est, ita deterior senectæ: Ausonius, Tu melior pe-  
iore æuo, id est in senectute: sic melior sexus, est virorum. Papinius lib. 1.

Ausonius in  
Mosella.  
Papin. lib. 1.  
Thebaidos.  
Ausonius in  
Mosella.

Thebaidos, sexus melioris inops: deterior sexus, fœminarum. Planus pes est  
area: humilis pes est locus cuius area humilis est: Ausonius, 20  
Quinetiam riguis humili pede condita pratis.

Thermarum & balnearum sudationes sic veteres ædificabant, ut per te-  
ctoria earum tubi essent caui vndiq; per quos ex hypocausto erraret flam-  
ma, & omnia latera calefaceret: quod & à Iurisconsultis scriptum est, &  
ab Ausonio expressum in Mosella, 25

Quid quæ sulfurea substructa crepidine fumant  
Balnea, fermenti cum Mulciber haustus operto,  
Voluit anhelatas tectoria per caua flammæ,  
Inclusum glomerans æstu expirante vaporem?

Epiq. ad vr-  
salum gram-  
matic.

Eleganter Ausonius Græcæ linguæ & Latinæ professorem, ad vinum allu- 30  
dens, Chium miscere dixit & Ammineum. Chium enim vinum Græcum  
est, Ammineum Latinum. Ita lepida & iucunda translatione, quod voluit,  
significauit, ornatiore versu, quàm si rectè aperteque rem suo appellasset

Cic. pro Rosc.  
Ambr.

vocabulo. Quod est apud Marcum Tullium pietatem sæpe lædi vultu, eo  
respexit Paulinus ad Ausonium scribens, 35

— ipso te ledere vultu

Semper, & incauta timui violare figura.

Multi putant à Iuuenale significari Quintilianum fuisse consulem, cum

Iuuenalis sa-  
197. 7.

Quintilianus habet saltus: exempla nouorum

Transi

Transifatorum, fœlix, & pulcher & acer

Appositam nigrae lunam subtextit alutæ. Et mox, ibid.

Si fortuna volet, fies de Rhetore consul:

Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor.

5 Tamen cum id apertum non sit, malim quod Ausonius scribit existimare,  
donata ei fuisse consularia ornamenta: ita enim ad Gratianum scribit,  
Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus, honestamenta nomi-  
nis potius videtur, quàm insignia potestatis habuisse. Ut idem Iuuenalis scribit, 10  
— sic veniunt ad miscellanea ludi. Auson. in grat. actione. saty. 11.

10 Variè enim multa è multis hoc capite miscuimus, quod & agnoscimus,  
nec culpam negamus.

Luna rubens, vehiculum luna, ludi veniunt ad miscellanea,  
arcus bibit, cornix vocat pluuiam, iota longum,

15

comere. CAPVT XXIII.

EXISTIMATVM est à veteribus lunam carmine magico sollicita-  
tam rubore suffundi, velut verecundantem, aut etiam noctu veneficarum  
facta cernentem: Horatius, 20

— lunamque rubentem,

Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.

Quod & in defectu quoque ei euenire veneficijs credebant. Ouidius, 25

Quale rose fulgent inter sua lilia mistæ:

Aut ubi cantatis luna laborat equis.

Papinius,

— qualis per nubila Phœbes

Attracia rubet arte color.

Lunæ autem bigas tribuunt, soli quadrigas poëtæ: Manilius, 30

Quadrijugis ut Phœbus equis, & Delia bigis.

Equorum vehiculum aliqui: ut Ouidius,

Ut solet in niueis luna vehetur equis.

30 Ausonius, iuencarum,

Iam succedentes quatibat luna iuencas.

Sed quia nouissime in superioris capitis clausula è Iuuenale posuimus,

— sic veniunt ad miscellanea ludi:

35 hoc apud eum quid sit explicemus. equidem ad ludos miscellos puto re-  
spexisse poëtam, ita tamen, ut significet nos conturbare & deficere, solu-  
endoque non esse, & ad paupertatem redigi, & omnia miscere. Nam con-  
turbare dicebantur, qui soluendo non erant. Sic, inquit Iuuenalis, Pedito  
conturbat, Marbo deficit. Cum enim omnia miscentur, omnia etiam contur-  
bantur.

bantur. Nos & alia è veteribus addamus poëtis, quando eos peruagamur, & vagi nostri erroris hæ literæ sunt indices. Putauerunt antiqui cornices pluuiam voce augurantes, eam non tantum præfagire, sed etiam vocare: qua ex opinione scripsit Maro,

Georg.

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,  
Et sola in sicca secum spatatur arena.

5

Lib. 5.

Apparet id aliquanto apertius è Lucretio ita scribente,

— Cornicum ut secla vetusta,

Coruorumque greges, ubi aquam d. cuntur & imbres  
Poscere, & interdum ventos aurasque vocare.

10

Georg.

Credidit & vetustas arcum, qui Iris appellatur, aquam suis cornibus haurire è fontibus & bibere. Hinc illud Maronis,

— Et bibit ingens arcus.

Et Plauti,

Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie:

Curculione  
sc. flos veteris.

cap. 4. li. 9.

sed omnium apertissimè Vitruuius, per calorem videmus non minus aqua vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari. Veterum quoque opinio fuit magico carmine angues inflatos rumpi, & crepare dissilireque cogi: Maro,

Eclog. 8.

Manilius l. 1.  
in præfatione.

4. AEN.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Manilius,

Consultare fibras, & rumpere vocibus angues.

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum,

20

quo sensu dici debeat, si quis fortè quærat: existimem esse stellis confixum & confertum: idque auctore Lucretio, qui scribit,

— Stellisque micantibus æthera fixum.

Lib. 5.

Qui locus eandem, quam Maro, sententiã exprimit, ac pro interprete est.

Auson. epig.  
126.

Iota longum appellat eam partem Ausonius, qua viri sunt, quæ suo nomine non potest honestè appellari. Quid imperite, & putas ibi scriptum, Vbi locari iota conuenit longum? Nam loquitur de mulierum natura. Si lapides non iuro deos, cum idem poëta scribit, significare videtur antiquorum Idola ad contemptum, vt & ea & finales terminorum lapides Lucretius vocat.

Lib. 5.

Nec pietas vlla est, velatum sæpe videri

Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.

30

Nam qui precabantur, vertere se solebant dextrouersum, vt apud Comi- cum Plautum scriptum est. sic stipitem ligneum Idolium vocauit Prudentius,

Plautus curcul. sc. Quo te hoc.

Hum. 10. & E. & P. & V. & W.

Quos lana terret discolor in stipite. Frequenter solet Ausonius comere pro ornare, quod quia tritum non est alijs, & lectori negotium forasse facesseret, obseruandum putauit, & exemplis duobus probandum,

35

Auson. epig. 1.

Auson. Edyll.

5.

Come serenatam duplici diademate frontem.

Iterum,

Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti

Comis,

Comis, & adstricto percurris pulpita focco.

Serrum hoc discolor est è varijs poëtarum floribus confectum, quod vti- nam non tantum varietate, sed etiam odore placeat.

5

Cyrnaea taxi, purum numen Iouis, funis eat retro, sal beticus,  
succurrere lunæ. CAPVT XXIII.

Hic miscere paramus velut quoddam circæum poculum varijs succis scriptorum medicatum: nisi quòd vt opinor, malo veneno neminem tollet, aut in belluam mutabit aut monstrum.

Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos,

Eclog. 9.

canit præstantissimus nominis Latini poëta: ac non dubito quin alicuius boni auctoris fide fretus & fiducia id scripserit: tamen mel sardoum scribunt locupletissimi in literis testimonij viri buxi potius, quàm taxi sapore infectum & vitiatum esse, vt Diodorus, cuius verba subscribam, φέται δὲ Diōd. lib. 6. καὶ τὴν νῆσον τὰ ὑπερὶ καὶ πύξος πλείστη, καὶ ἀφ' ὀφύροσ, δι' αὐτὸ καὶ τὸ μέλι τὸ γινόμενον ἐν αὐτῇ παντελὲς γίνεται πικρὸν. Insimulare summum poëtam vel negligentia, vel vanitatis, non ausim: ab eius tamen sententia Diodorus, qui & ipse multos, vt opinor, testes suę sententię producere potuisset, recedit. nos tamen neutrum accusamus, & vtrunque verum scripsisse censeamus. Cùm Hora- od. 10. lib. 3. tius scribit,

— & positas vt glaciæ niues

Puro numine Iuppiter:

sæpenumero legendum putauit, puro lumine, magno tamen errore, præfer- tim cùm lumen audiri non possit: verius est, posita glaciæ & Aquilone spi- rante, cuius flatus auditur, intelligi purius & liquidius & frigidius esse cæ- lum, quod experimur diebus glacialibus toto cælo per æris æthram sudo, & stellas annumerante nobis omnes. Itaque hîc Iuppiter est ær, de quo tamen vt deo loquitur numen appellâdo. versus paulò post obscurissimus sequitur, Ne currente retro funis eat rota.

ibid.

Arbitror dici cauendum ei esse ne foelix & secundus ipsius mutetur cursus in diuersam fortunam: ne scilicet funis, id est funalis equus, retro eat, & in diuersum feratur, eum sequente rota & curru, quo ipsa vehatur, cursu præ- cipiti. Interpretationem confirmat Ausonius hoc versu,

Funis & ad quartum det tibi Castor equum.

Qui sint Betici sales apud Serenum ambigitur. ego Hispanos puto, quam- uis syllaba contumaciter refragante. Ego enim puto primam syllabam à prisca semper productam: sed à sequentibus interdum etiam correptam.

In Heroum  
tumulis epig.  
29.

Sal, inquit Serenus, niueum sumes, Beticum quem nomine dicunt.

Serenus cap.  
65.

Ausonius,

Qua Betis Oceanum Tyrrhenumque urget Iberus.

Epist. 15.

Sæpe



Sæpe mihi venit in mentem quærere cur dissono æris crepitu se veteres crederent lunæ laboranti opem ferre? Inde æra auxiliaria lunæ dixit Ovidius, & Iuuenalis,

Saty 6.  
Manilius li. 1.  
c. 2.

*Vna laboranti poterit succurrere lunæ.* Et Manilius,

*Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.*

Sed hoc idcirco veteres fecisse crediderim, quod lunæ minus nocere crederent verba veneficarum, à quibus eam in defectu deripi credebant, si ab ea non exaudirentur. Ita clamore & crepitu æris obstrepébant. D. Ambrosius, quod cum requirerem quid sibi clamor hic velit, dixerunt mihi, quod laboranti lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiunaret. Iterum, Tunc inquam, apud vos turbatur carminibus globus luna, quando calicibus turbantur & oculi. Atque inde labores Lunæ vocati sunt, & laborare dicebatur, quod carmine veneficarum sollicitata malo afficeretur & deduceretur. Ambrosius eam opinionem reprehendens, vides, inquit, ergo quoniam luna non laborat carminibus, sed laborat obsequijs.

Varro emendatur, axamenta, conregione, tesca, arbor fera, concha cerula. CAPVT XXV.

Nos qui istas auctorum veluti spinas calcamus, & tanquam per rubos & sentes nudo vestigio incedimus, nisi libri temporis iniuria & hominum incuria, hisce errorum vepretis obfiti essent, iaceremus, nihilq; omnino effemus. Nunc nostra ærumna cogimur aliorum laborem leuare, & in libris odiosè & molestè ad nauseam vsque inculcare, sic scribendum puto, sic legendum, sic corrigendum. Hic ob vberem mendarum messem aliquot Varronis comprehensiones continenter perscribam è lib. 6. de lingua Latina, ne longior sim errores sigillatim percensens, & scribo, sæpe iterans. Nam repens ruina operuit: ut verbum quod conditum est, ex quibus literis oportet, inde post aliqua dempta: sic obscurior fit voluntas impositoris. Non reprehendam igitur in illis, qui in scrutando verbo literam adijciunt aut demunt, quo facilius quid sub ea nocte subsit, videre possint. Etenim quo facilius obscura opera Myrmecidæ ex ebore oculi videant, extrinsecus admouent nigras setas. Cum hac adminicula addas ad eruendam voluntatē impositoris, tamen latent multa. Quod si poëtice, ut in carminibus seruauit multa prisca quæ essent, sic cur essent, posuisset, fecundius poemata ferrent fructum. Sed ut in soluta oratione, sic in poematis verba omnia, quæ habeant è τρυμα possunt dici. Nec multa habeo, quæ non erunt in lubricatione litera persecutæ. Multum licet legeret, Alij hominis in primo in Latinis literis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis & exili litera expeditam, & præterita obscura multa. Nec mirum, cum non modo Epimenides somno

Varro lib. 4.  
de ling. Lat.

somno post annos l, experrectus, à multis non agnoscat, sed etiam Teucer Liuij post annos xij. à suis qui sit ignoretur. Hæc è mendosa veteris libri literatura reconcinnata sunt, quæ, ut in sublustri nocte, qua eundem sit videmus, ita nobis ostendit, quis esset orationis cursus, quæ via. Carmen autem Saliorum initium poëtices apud Romanos Varro dicit, quod obscurissimum, erat. Eius meminit Flaccus, *Iam saliare Numæ carmem.* Erant & axamenta carmina quæ à Salijs componebantur in honorem singulorum deorum, ut Iouialij versus, Iunonij, Mineruij, ab axo, quod est nomino, appellata. Vetus lexicon interpretatur versus in honorem Herculis, qui in eius facis canebantur. Axamenta, ἄξοι ἔστι θυσιαὶ ἠρακλέους. Sed ut ad solitas nugas & nænas reuertar, scribo, pro ut quia quare ad medendum: ut quæri à qua re sit ad medendum. Infra etiam lego, & satisfacit grato.

Epist. 1. lib. 2.

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

*Vnus erit quem tu tolles in cerula cæli* *Templa,*

ibid.

Versus est ex Ennij annalibus de Rumulo in numerum deorum referendo, quem paulum mutatum elegantissimè vsurpauit in Metamorphosi Ovidius,

Ovid. lib. 14.  
Metamorph.

*Tu mihi concilio quondam præfente deorum  
(Nam memoro, memoriq; animo pia verba notavi)  
Vnus erit, quem tu tolles in sidera cæli*

*Dixisti: rata sit verborum summa tuorum.*

Deinde non longo hinc interuallo lego, id est, ut ait Nauis, hemisphærium, ubi concha cerula septum stat. hic eleganter concaua cæli conuexitas more tegumenti & conchæ concamerata & curuata intelligitur. Et quia ad cælum pertinet Cælestis dea à Tertulliano, Spartiano, alijs memorata, nec quæ sit intelligitur, dicam hic obiter Vraniam esse. Dio τὴν οὐρανίαν τὴν ἤναιον ἀρχὴν ἡδὲν ἐπέλεξε αὐτὸν. In verbis quibus templa concipiebantur magna apud Varronem est obscuritas ob dictionis vitium. Ego eam formulam totam sic puto concipiendam esse. In arca sic: *templa tescaque mi ita sunt, quoad ego ea esse velim, qua nuncupauero: Olla fera arbor, quisquis est, quam me sentio dixisse, templum tescumque esto in sinistrum. Olla fera arbor, quidquid est, quod me sentio dixisse, templum tescumque esto in dextrum.* Intra ea conregione, conspiciōne, cortumione, utiq; ea rectissime sensi. fera arbor hic dicitur, ut fera vitis quodam in Nonij loco. Tescum autem rectissime emendatum puto, cum Varro ipse vltro mox tesca interpretetur, & tesca à tuendo ut tuesca dicta censcat. Nam testū, quod hic incubabat, exturbandū est præcept. Cōregionem augures vocabant regionē intra fines comprehensam Lego mox, qua oculi conspiciāt, id est tueamur. Et, ideo dicere tum cum templum facit, augurē conspiciōne, qua oculorū conspectu finiat. Quod cum dicunt conspiciōne addunt cortumionē, dicitur à cordis visu. Quod ad id templa ut sint tesca, aiunt sancta esse, qui

L1

glossas

glossas scripserunt, id est falsum. Dextra cum legeretur, resca scribendum esse ratus sum, verba Varronis & explicationem secutus. Lego mox, esse templum, esse factum. Lego, unde ignis claret mortalibus diuus. Eadem ferè verba Cic. 1. Tuscul. apud Ciceronem prima Tusculana extant.

Barcæi, magna imago. CAPVT XXVI.

4. AEN. NON de nihilo à Marone scriptum est, — lateque furentes Barcæi,

sed ex eo, quòd olim plurimum in Africa potuerint, vt & Cyrenæi, & in re militari floruerint. de ijs ira Æneas scribit, κυρηαίης & βαρκαίης λέγεται & άλλας πινάς πρό λεις τῆς ἀμαξή λάτοις τε ὀδύς καὶ μακρὰς ἔπι σιωαείδων & ζευγῶν βοηθεῖν.

sophocles in Electra. Sed & Sophocles in Electra eos equitatu valuisse, & currus ad sacra Græciæ certamina missitasse dicit. Nam cum dixisset, — δύο

Δίβους ζυγωτῶν ἀρμάτων ἔπι τῆς τῶν.

Μέτωπα συμπλάσσει βαρκαίῳς ἕλκεις.

utrunque tamen poetam non crediderim temporum incorruptam sequutum fidem, quòd existimem nondum Troianis temporibus opes Barcæorum floruisse: sed ceterioribus & recentioribus, Græcosque eos & Cyrenæos esse numeratos, ideoque ad ludos Græcorum admissos fuisse. At verò,

Et nunc magna mei sub terras ibit imago,

4. AEN. ex opinione illa dictum est, qua Idololum quoddam nostrique simulachrum ad inferos descendere censebant, vt ex Ennio scribit Lucretius. Iam cum tempore nocturno umbras & ludibria spectrorum videmur videre, ea metu perterritis magna obiciuntur: & opinio erat manium speciem magnam esse. inde magnam imaginem dici reor.

Vitruuij cochlea, inuoluti canales. CAPVT XXVII.

DESCRIBITVR à Vitruuio elegantissimè cochlea ad aquam hauriendā accommodata, etsi eam non admodū altè tollit. quia autē & iucundum est cognitu, & vitæ refert, inuenta suis assignare auctoribus. sic enim homines, cum sperant nominis immortalitatem suis se inuentis adepturos, libentius ea vulgant, & studiosius exquirunt, quæ vitæ sunt ex vsu, gratam posteritatis memoriam expectantes, annotare mihi hîc libuit eius inuentorem fuisse Archimedes, atque ea machina solitos olim Ægyptios irrigare suos agros.

Diodorus lib. 1. τῶν δὲ ἀνθρώπων βελτίως ἀπασαν ἀρδευόντων ἀπὸ πινός μηχανῆς, ἧς ἐπένοσε μὲν ἀρχιμήδης ὁ συρακῆσιος, ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τῆς σχήματος κοχλίας. Non enim puto quenquam dubitare, quin quam

Vitruuius

Vitruuius appellat cochleam, sit ille Archimedis κοχλίας. In ea autem descriptione animaduertendum est Vitruuium dextra & sinistra cum accusatiuo coniungere, atque ita eloqui, vt postridie Calend. effari solemus. sic enim scribit, Dextra autem & sinistra cochleam tigna collocantur. Atque ita cum etiam lib. 10. loquutum animaduerti, qui dextra ac sinistra canalem figuntur. lineis porro rectis octo in perpetuam ductis longitudinem, totidem transuersas obliquè decussantes inducit, singulis decussibus ad finem peruenientibus, cum octauam à prima lineam attrigere, eo ambitu & flexu, vt tum finem tigni æquent: decussium puncta qua traieciunt lineas longitudinis, in ipsis notantur lineis, & per puncta flexusque decussium serpunt regulæ suis inuolutionibus, quas ἑλικας Græci vocant. sic inuolutos faciunt canales cum ait, intelligit ἑλικουδῆς.

Vitruuius ca. 11. lib. 10.

Valerius Flaccus emendatus, tondere reduces, amplecti lumina. CAPVT XXVIII.

15

HISTORIÆ non consentiunt versus Valerij Flacci, Amphitrioniaden tegeao limine Cephæus Iuuat, & Amphidamas: at frater plenior annis Maluit Anchæos vellus contingere Phryxi.

Lib. 1. Argon.

20

Falsum enim est anchæum fratrem fuisse eorum, qui eius erant patru, nec illis erat annis plenior, sed contra natu minor. Cum igitur constet ex Apollonio, ad cuius exemplar Flaccus properat, Lycurgum Anchæi patrem eorum fratrem fuisse natu maiorem, legendum puto,

— Anchæo vellus contingere Phryxi.

25

Cum enim Lycurgus iam senior esset, pro se vicarium, qui nauigaret cum Argonautis, dedit filium Anchæum. Apollonius, τῆς γὰρ γὰρ μετὰ τὴν ἰσθμὸν ἀγκυλῶς τὸν μὲν βασιλῆα λυκόοργος ἐπέμπε τὸ ἀμφόϊν γινώσκων πατρὸς πατρὸς γενέσεως. In eo etiam legendū suspicor, sed suspicor tantū, Thetidique iuuenam Deicit Anchæus. Nam foeminis deabus foeminæ solebāt hostiæ immolari. Cum autem à poetis Græcis Neptunus cognomēto γαιήροος, sæpenumero appelleretur, hanc appellationem mihi videtur circumloqui voluisse Flaccus, cum dixit,

Apollonius li. 1. Argon.

Flaccus lib. 1. Argon.

— ὁ qui spumantia nutu

Ibid.

Regna quatis, terrásque salo complecteris omnes.

35

Efferor & quodam in eo legendi studio, Concussóque ratem gauderem pellere remo.

Ibid.

Nam tollere non æquè sensui conuenire puto: & facilis & lubrica fuit erroris occasio in vicinitate verborum, quæ sola distant syllaba. ait Flaccus,

Tectus & Eurytion seruato colla capillo,  
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

Ibid.

Diodorus lib. 1.

Quidam olim, quandiu peregrè erant, comam alebant intonsam, reduces & fospites domi eam tondebant: quod apud Aegyptios obrinebat. Diodorus libro primo, τὸν ὄσιον εὐξάμνον τοῖς θεοῖς θρέψεν πλὴν κόμην, μέχρις ἀνεῖργον πλον ἀνακλῆσαι πλὴν παρῆσαν ποιεῖν ἃ δὲ ἀθροῖστας, διὰ τὴν αἰτίαν μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων ἐπισχύσει τὸ πᾶν ἃ κόμης νόμιμον παρ' αἰγυπτίοις, ἃ τὴν ποικύδης τὰς ἀποδημίας μέχρι ἃ εἰς δίκον ἀνακομῆς κομῆσε φεῖν. Illud meritò etiam doctis suspectum est, hinc

Flaccus lib. 1. arg.

in terras Latiumque profundum est iter. Latium dici profundum accommodatè & appositè non posse credo: sed latum profundum, pro lato pelago sententiæ responderet, vt ex illa rupe inter esse dicat in terras & vastum mare. non me igitur mouebit auctoritas eorum, qui latium velut de loco superiore concionantes persuadere conantur nobis, latumque recipiam atque defendam. Et postes domorum, & portarum limina amplecti solebant, qui profugi exulatum ibant, aut peregrinatum diu abfutura domo: ijdem etiam reduces osculari & amplecti ea solebant: Flaccus,

Ibid.

3. AEN.

Lib. 1. ARG.

— patriæque amplecti limina portæ:  
quod & faciebant in patriæ imagine & assimulatione, vt in colonijs, vt apud Maronem Aeneas,

— Scaæque amplector limina portæ.

Legendum autem puto in eo poëta,

— oritur clamor, dextræque sequentum

Verba ducis:

Nam dextra versum lædit. Legerem etiam non inuitus,

— & largus Phlegethontis operi Stagnat honos:

4. AEN.

Lib. 1. ARG.

Latices enim attulerat auernales, simulatos tamen, cum in sacris simulata pro veris habeantur. Cum autem Phlegethon sub terra lateat, opertum ideo quàm apertum mallet, nisi si quis eius fluenta esse carmine & susurro magico aperta & patefacta dicat. sed omnino illud alterum nescio quomodo me quadam tacita illecebra magis trahit. simile est autem Maroniano istud,

Sparserat & latices simulatos fontis auerni.

— rebuſque abscisa supernis, non accifa.

Conceptio, potestas naturalis, species, feruores, redundantes, species superior, visitatio. CAPVT XXIX.

VOCES quædam apud Vitruuium lib. 9. declarare libet, non illas quidem ignotas paulò literatioribus, sed tamen vulgo iuuentuti non satis

fatis percepras. conceptio comprehensio est, & complexio, vt cum ab eo mundus definitur omnium naturæ rerum conceptio summa. mundus enim sua amplitudine rerum summam complectitur, continet, arcet. Naturalis potestas est natura: Nanque, inquit, in his locis naturalis potestas ita architectata est: quo genere circuitionis Lucretius vtitur, & ferri potestatem, pro ferro dicit. Mirum autem est ita machinatum Vitruuium existimasse motu cælum cieri, vt orbiculo, qui polus dicitur, cuspidem & cardinem axis recipiente conuertatur: proinde quasi non ista sint omnia in astrologorum commentis posita, & cogitatione hominum ficta. Ita tamen eum existimasse tanquam consignatis ipsius tabellis demonstrare licet. Circum eorum cardinum orbiculos, tanquam circum centra, vt in torno perfecit, qui Græcè poli nominantur, per quos peruolat sempiterno calum. nisi, quod imagine quadam animi effingimus, scriptione eum voluisse exprimere dicamus. Maiorem circinationem rotæ, maiorem ambitum appellat, de Saturno loquens: tan- to maiorem, inquit, circinationem rotæ percurrendo, tardior videtur. In quo ad curricula quædam videtur respexisse, quibus deos poëtæ, & sidera ipsa comminisci solent ferri: quanquam & rotam Solis pro Sole Lucretius dixit, quòd rotundus sit. Nam rota rotunditas est, vt non longè hinc apud Vitruuium, quarta decima die plena rota totius orbis mittere splendorem. Iterum, quot mensibus sub rotam solis radióſque, Iterum, subire rotam radióſque eius. Speciem pro acie oculorum dixit: Ergo, inquit, si tantis interuallis nostra species potest. Idq; perbellè hoc significare potest, si ad suam redigatur originem. Diuinitates vocauit astra cælestia & diuina, quòd ea credo pro dijs haberent & venerarentur: quid ita, inquit, diuinitatibus splendoribusque astrorum indicamus obscuritates obijci posse? Desiderare etiam pro quærere. Fortasse, inquit, desiderabitur quid ita sol quinto à se signo. Feruores astra dixit: Faciat, inquit, in his feruoribus retentiones. Alias huic & Ciceroni feruor est æther & calor. Redundationes vocat recurrentem quendam & renitentem impetum, velut vndam, qua obruantur & superentur stellæ, quæ quamuis contra mundi conuersionem nitantur, tamen mundi impetu superatæ quotidie occidunt atque præcipites merguntur: sic autem scribit, sed cæli versatione redundationibus referuntur quotidiana temporis circulatione. Legere tamen mallet è veteribus libris, sed cæli versationibus redundantibus, id est superantibus: vel cæli versationis redundationibus. species etiam ab eo vsurpatur, cum res aliquam in partem conuersa spectat. Nam cum de luna dixisset, superiora spectat: subiecit, totum lumen ad superiorem speciem retineri, id est totum eius sic retineri lumen, vt sursum spectet. Hęc nouitas vsurpationis non indigna relatu fuit. Visitatio est quæ à Græcis φάσις vocatur, quod in luminibus lunæ verbum frequentissimè vsurpatur à Græcis.

vitruuius ca. 4. lib. 9.

Lucret. lib. 5.

cap. 4. lib. 9.

Ibid.

Lucret. lib. 5.

visitationem, inquit, facit tenuem extrema rotundationis, id est tenuiter & exiliter eius extremitas cernitur. Hæc properans ad lucernam serò elucubraui, & adolescentibus impertire volui. boni ergo consulant qualemcunque opellam.

*Depesta, simpulum, Epichysis, bura, ornatus mulieris, capital,*  
Varro emendatur. CAPVT XXX.

LIBER tanquam venari in Varronis saltu: & dumos interim ex eo excidere & extirpare: sic enim errores, qui ut spinæ, in eo omnia occupant, appellauerim. Emendo igitur in eo, *Eo quod pateant latius, ita dicta*: nec hinc testimonio librorum antiquorum opus esse credo, cum vox ipsa ita legendum esse clamet. Lego mox, *Pocula à potione, unde potatio, & etiam poma, quod hæc possunt potum à πότη, quod πότης potatio Græcè. origo potionis aqua: in libro tamen antiquo scribitur, & etiam postea, hæc possunt à πότη, ut fortasse librarius scribere voluerit, & etiam postea, sed hoc alijs iudicandum relinquo. Reperio mox & probo, item dicta lepesta, quæ etiam nunc. Lepista, inquit Festus, genus vasis aquarum: ut & apud Nonium Varro loquitur, Lepista etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut aenea. Varronis libri quidam formis excusi, & quem habui manu exaratum, flepesta exhibent abundante litera, cum lepesta scribendum sit: vel potius f & l, efficiunt coniuncta d, legendumque, ut arbitror, depesta. Si depesta scribas, origo à δέπαστρον repetetur, cuius meminit Athenæus: vel à δέπαστρον quod se legisse Varro profiteretur: unde & lepesta deducetur mutato d in l, ut in ὀδυσσεύς Ulysses, & in reduuia, reluuia: vel à δέπαστρον. sed & sine mutatione elementi illius commodè asciscetur & elicietur à λεπαστή cuius mentio est apud Athenæum & Hesychium. Lego deinde, qui vinum dabat, ut minutatim funderent: Et mox, qui minutatim sumebant. erat igitur guttus & gutturnium, vas vinarium, à quo vinum fundebatur in simpulum, quod pro cyatho erat: è simpulo in calicem. Nam potionem cyathis & antè simpulis metiebantur. Ceterum epichyseos, quæ gutto postea successit, meminit his verbis Athenæus, ὅτι δὲ τῶν τριπόδι ψυκτῆρ χαλκῆς ἐπέκειτο ἡ κέλευς ἢ σιδερίων ἀργυροῦ δύο κοτύλας χαροῦς, ἢ κύαθος, ἢ δὲ ὅτι χαλκῆς id est, In tripode frigidarium æneum positum erat, cadus, schaphium argenteum duarum capacum heminarum, cyathus, epichysis autem ænea. Epichysis est vocata, quod funderet vinum in cyathum. Quod autem mox ante balneum scribit, intelligit lauatinam. Nam balneum domesticum & priuatum est, balnea publica. Imburi hodie ferè nomen retinemus. Nam hamulas sacerdotales, buras & buretas vocamus: sed & populares mei Andeliacenses anates, buras*

Varro lib. 4.  
de ling. Lat.

Fest. lib. 10.

Athenæus lib.  
11.

buras appellant. Imburum autem potius à bura dictum censeas, si sonum audias, quam ab vruo, sed, ut diximus, literæ & mutantur & transponuntur sæpe in origine vocum peruestiganda. Bura, quæ buris à Marone vocatur, remo est ille longus aratri, qui & inter boues est protensus. vocatur & curuum & vruum. Lego protinus, quod in eo calda plus apponebatur: Nam eo poculo caldam potionem ducebant plerunque. Pultem qui scribunt, obliuiscuntur calicè vas esse pitorium. Lego quamproximè, *sedile, solum, sella*. Hinc enim, inquit Varro, maxime sumitur quod eam deceat, sic editiones, & rectè: reperio tamè, quod eam doceat, quod tum ad monditiam referetur: nec tamen æquè placet. Eleganter hæc describit Tertullianus in libro de Habitu mulieris, *habitus fœmina duplicè speciem circumfert, cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur. iste in cura capilli & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.* Lego mox, *vestis à velis, vela ab eo, quod vellus lana tonsa vniuersa ouis, id est vellus quod vellebant: lanæ ex lana facta.* quærit enim vnde dicatur vestis lanæ, nisi fallor. In laneis numerantur vestibus birri, ut Atrebatenses, qui beri non sunt dicendi, quod in Gallia sericum non texeretur: sic birri Canusini dicendi sunt, non beri, è lana Canusina, quæ rutuli erat coloris: ac birri Canusini & Atrebatenses lautiores & elegantiores erant. Lego è vestigio, *item texta fasciola, qua capillum in capite alligarent, dictum capital, à capite.* Interpunctio malè interposita sensum corruerat, qui nunc postliminio restitutus est. Capital autem dicit Pompeius fuisse lintheum quoddam, quo in sacris utebantur. Varro ait eo mulieres omnes vsa fuisse. rica operimentum est capitis in Varrone, quo in sacris caput mulieres velabant.

1. Georg.

Varro lib. 4.  
de ling. Lat.

ibid.

ibid.

Test. lib. 3.

*Emendatus Suetonius in Caligula, verbenatus, deceris, Gelotiana.*

CAPVT XXXI.

SPICAS aliquot è segete Tranquilli in Caligula legemus, non ut facto ex eis ferto velut primitias Cereri sacremus, sed ut Apollini dicemus. Abundè arbitror, inquit, patere: in veteribus libris abundè arbitror parere, quod est apparere, lego: quod negligendum non puto. antiquarius enim est Tranquillus, & verbis uti antiquis non reformidat. parere etiamnum in Iurisperitorum & iudiciorum formulis remanet. hoc igitur non indignum admonitu credidi, etsi vsitatam tritamque scripturam condemnare non ausim. alterum qui se periturum ea de causa vouerat, cunctantem pueris tradidit verberatum infalatumque, me reum culpe nullo piaculo soluendè existimarem, nisi studiosis testatum relinquerem, quid in codice vetustatis vlti-

cap. 8.

cap. 27.



mæ legerim, *verbenatum infulatumque*. Nam verbenæ & infulæ sacris & votis conueniunt, non verbera: aufimque omni sponsione contendere, & quod stultissimum sacramentum nostri dicunt, in capitis periculum iurandum dare, hanc veram esse scripturam. *notosque iam præcepto ita fieri, ut se mori sentiat: aliquanto melius, Ita feri, quod est ita percute & cæde, ut sentiat se mori: nec verò commentum hoc meum est, sed eorundem librorum antiquorum testimonium.* Lego in Tranquillo, *commisit & subito, cum è Gelotiana apparatus Circi prospicientem.* Gelotiana domus erat, ut ex inscriptione vetere liquido constat, in qua scriptum est, SIMPHORO TESSERARIO SER. CÆSARIS DE DOMO GELOTIANA. Lego non longè hinc è Dione, ex Homero, antiquisque libris, *Nam vox comminantis audita est, ἢ μὲν ἀνδρῶν ἠέ γ' ὅσ'.* Arguebat & perperam editos census, quibus postea quacumque de causa quicquam incrementi accessisset. vulgo, *Et quibus edunt, coniunctione sensum perturbante, cum dicat, eos argutos fuisse, quod malè fortunarum suarum censum in professione edidissent, quibus post lustrum conditum & censum actum aliqua accessio postea bonorum accreuisset. fabricavit & de cedris liburnicas.* Ego bonorum librorum testimonio adductus lego, *deceris liburnicas: vel si Græcè mauis δακὴναις, id est decemremes.* Naues enim ingentis magnitudinis intelligit, quæ thermarum & tricliniorum capaces essent, quales à regibus Ægypti & Macedonia fabricatas refert Athenæus. laxitas autem & capacitas decemremis triclinia & conclauia & thermas complecti potest. emendatores cum deceris legissent, nec animaduertissent vocabulum esse Græcum, d literam inter seruere, pretium materiæ sequuti, cum amplitudinem significaret Tranquillus. *statuta, inquit, fuit eminenti, pallido colore.* in veteribus membranis reperio, *expallido colore.* ex enim præpositio vim & potestatem verbi amplificat, ut apud Plinium in exalbido. *Item, inquit, Romæ cella palatina Atrienfis: lego, cella palatini Atrienfis.* cella atrienfis de cælo icta portendere periculum domino videbatur. quod emendationem nostram confirmat: quanquam nostra non est, sed veterum librorum. neque id cum affirmo, antiquorum codicum auctoritatem ementior, in quibus perspicuè planèque sic scriptum reperitur.

*Coprei, obsecratio, Procurator ducenarius, Suetonius emendatur.* CAPVT XXXII.

35

CONCHAS & umbilicos veluti si legerem in littore, sic mihi videor è Tranquillo quosdam legisse calculos, ac verius scrupulos, in vita Claudij imperatoris, de quibus existimabunt eruditi, quorum iudicio & potestati

stati ista permittimus. Lego, *μη̄ τὸ εὐποκλειδὸν ἡμῶν, non ut affolet τὸ εὐποκλειδόν:* quod, etsi non magnum est: magnum tamen parit errorem. & *extra ordinem adijceretur censuit,* non addiceretur. hinc obrepit menda, quod in vetustis exemplaribus adiceretur, pro adijceretur plerunque scribi consuevit. *Interdum ferula flagròne velut per ludum excitabatur à tropeis: solebant & manibus stertentis focci induci.* locus iste miserum in modum & interpretes, & ne quid dissimulem, meipsum cruciauit. de quibus in equuleo per tormenta quæritur, non miserius habentur: sed cum in exemplari fidelissimo legerim à copreis, sic existimo legendum, *à copreis solebant & manibus stertentis focci induci.* i. stercorarijs, ut Græco verbo Tranquillum vsum opinemur ob rei fœditatem, quod stercore obliti eius manibus focci inducerentur, ut etsi dritate odoris non expergisseretur, tamen ab alijs exporrectus, sibi alui proluuie faciem sublineret, eam foccis defricans. Lego etiam, *quod per circum duceretur: & Neapolitano certamine docuit.* Certamen autem est qui Græcè dicitur ἀγὼν. Lego etiam, *magno omnium fauore indulsisse rudem.* malè posita interpunctio sensum corrumpit. Lego etiam, *ut que dira aui in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse iure pontificis maximi pro rostris pop. præiret, summotæque operariorum seruorumque turba.* obsecrationem appellat, precationem quam pontifex ipse præibat. pop. subsequenti verba præeuntis. Atque hinc Valerio lux affertur de cerimonijs antiquis differenti. Sed qui sunt procuratores ducenarij? ego eos crediderim, qui ducenariæ id est ducentesimæ colligendæ præerant, quam ἀγοσιονσιον appellat Dio. fortasse quis à numero vocari censeat, cum ducenarius sit διακοσιονσιον. alius à salario ducenario, quæ viderur sententia esse Dionis lib. 53. Lego non longè hinc, *Aut uti nunc prætura functi.* Ramenta quedam videor & minutias atomis Epicuri magis indiuiduas consecrari: sed quid hæc quamuis minutula cognoscere nocuerit? ne illud quidem prætermittam, etsi pluma leuius, *ac ne singulatim minora quoque enumerem: non quo mihi non probetur recepta lectio, sed quod latere diutius in umbra & situ veterem scripturam nolim.* non longè hinc, *præterea lingua titubantia.* & *flatum crepitumque ventris: &, quod in proxima Martis ade. & etiam in gestatione ludere.* sunt hæc omnia vnus assis, aut etiam minoris: sed quæ tamen sententiæ auctoris consulunt, ut quæ in eorum locum inuaserunt, officiant. Lego mox, *& meridie dimisso ad prandium populo perfederet.* Nam præsideret, quod succidaneum est in eius locum, minus ad sententiam accommodatum est, si quis propius inspiciat. Lego item, *si automatum vel pegma vel quid tale aliud: nec longè, quasdam insidias temerè delatas: non ut nunc, delectas: & cocta vendentes, non ut passim, coacta.* Item, *& ad aleæ lusum admoneri, non ut hodie admoueri.* Ligi & in eodem peruetusto co-

dice,

cap. 40.

dice, quid? ego tibi telæ Genius videor? vbi alij libri partim Telegonius, partim Theogonius habent. omnibus rebus Genium antiqui præficiant. Erit igitur telæ Genius dictum, pro infimo & abiecto: vt Iouis contra Genius diceretur, de eximio & præstantissimo: aut, si nomen proprium est, quod & magis placent, Telegonius viri nomen erit humilis &

ibid.

despicandi: nisi quis à Telegono parricida Tusculi conditore deducat. Lego mox λαλεῖν μήτηρας, ex antiquis & archetypis libris, quod est loquere, sed verberibus parce. cuius in locum subdidere λογίζεσθαι. parum autem pro dignitate & imperio loquebatur Claudius ista vsurpans, quasi plagas & verbera vereretur, vt iure inconsiderati hominis verba à Tran-

cap. 43.

quillo notentur. Lego infra, Græca insuper voce profecutus ὁ πρώτος πείσεται. hoc sensu, qui telæ sit, pœnas dabit, non malè etiam, ἰάσεται quis legeret. Scio me his colligendis operæ pretium non fecisse, nec hæc magni æstimo, nec ex hoc mustaceo lauream quæro: tantum bonos iuuenes his adiuuare conor.

15

Annonæ incendium, fames ignea, parua dictu, viuendi causa. CAPVT XXXIII.

Quintil. de clam. 1. 2.

ROMANI magnam caritatem annonæ eloqui studentes, ab incendio igneque, quo nihil vehementius & acrius est, mutuo verba sumebat. Quintilianus, Etiam si quid residui erat, vt carius quidam venderent, ad annonæ incendium suppressum est: id est, vt annonæ augetur pretium, ingrauesceretque caritas. Idem, postquam omnem patientiam vicerat ignea fames, id est acerrima

Varro lib. 3. de re rusti. ca.

& vehementissima. M. Varro, aut collegiorum cœna, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli. Iterum, aut collegiorum epulas, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam. Manilius lib. 4. loco valdè corrupto, sed vt existimo sic restituendo,

Manilius lib. 4. ca. 1.

Et graua annonæ speculantem incendia, ventis Credere opes.

30

Quintil. de clam. 1. 3.

Idem Fabius, vt ex eo hoc caput crescat, parua dictu, eleganti antiquitatis dictione vsurpat, in excusatione eorum, quæ ob humilitatem & vilitatem exiguitatemque & contemptum vix erant nominanda. sic enim scribit,

Plin. li. 2. cap. 27.


auidas longè fugare volucres, & arcere parua dictu animalia. quod sanè non scripsissem, nisi eodem modo Plinium loqui animaduertissem: cuius è secundo libro hæc verba sunt, aruspicum prædicta, atque etiam parua dictu in augurijs sternutamenta & offensiones pedum. Dicit enim, quæ tam humilia sunt, & spernenda, vt vix nominanda appellandaque sint, tamen in augurijs haberi, vt alicuius momenti & significationis. Idem etiam vitæ causam peculiari

peculari quadam ratione, pro facultatibus aut copijs, quibus vitam nostram sustentamus, dicit. Audete, inquit, nunc laceffere diuitem, quibus vitæ causa superest. secus viuendi causam vsurpasse Iunenalis videtur,

saty. 8.

Et propter vitam viuendi perdere causam.

id est probitatem & integritatem vitæ. Sed, vt excusatione & ipsi vtamur, nos quoque parua dictu scituque, & fortasse puerulis nota, nostras chartas malo linentes atramento, hîc pangimus: sed grauibus non constaret suum fortasse pondus, nisi leuium cõparatione cresceret. hæ nostræ nugæ aliorum seria scripta superciliosis hominibus, qui soleis plumbû suppingunt, & pileo metallum addunt grauitatem affectantes, facillè commendabunt.



15

ADRIANI TURNEBI AD-

VERSARIORVM LIBER

20

VIGESIMVSTERTIVS.

Indutui, Amictui, asbeston, manibula, oppilatur, coum, Varro emendatur. CAPVT I.

25

NON desinam animo morem gerere, & Varronis librum excutere, vt & sæpe iam feci: qua quidem in re, vt nihil profim alijs: neque enim tantum mihi sumere ausim, vt profiteri audeam à me aliquam ad alios permanaturam vtilitatem, certè me oblectauerim. In eo igitur scribo, Prius deinde indutui, tum amictui quæ sunt tangam.

Varro lib. 4. de ling. Lat.

30

Induit, quod corpus ita integit, vt ei adhæreat, & comprehendat, capitium, tunica, subucula: amicit, quod corpori circumijcitur, vt ricinium pallium: addunt Iurifconsulti, quæ præcingunt, & alia, quorum verba sunt,

35

quæ induendi, præcingendi, amicitendi, insternendi, iniiciendi accubandi ve causa parata sunt. Præcingunt, quæ ad medium corpus aut pectus hærent, ne-ctuntur, ligantur, comprehendunt, vt strophium, zona, castula. Nonius castula, inquit, est palliolum præinctui, quo nuda infra papillas præcingebantur.

L. vestis ff. de aur. & arg. leg.

Nonius in castula.

Indutui autem & amictui veteres dicere solebant. Nonius, castula, est palliolum

cap. 60. li. 1. *liolum præcinctui*. Varro de re Rustica, oleas esui optimè condi. Apuleius in Floridis, *habebat indutui ad corpus tunicam interulam*. Rursum, *habebat cinctui balteum*. Varro hoc loco, *ut veteres loquebantur, indutui comprehendit*. Asbeston autem linum est, quod igni non consumitur, sed ardendo nitescit & mundatur. Plinius viuum appellat. Sed asbeston cum Varro dicit, lintea ex eo facta intelligit, atque adeo vestimenta. Plinius, *Inuentum iam est etiam quod ignibus non absumeretur, viuum id vocant: ardentisque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescens igni magis, quam possent aquis*. Regum inde funebres tunica corporis fauillam à reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque sole India, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes: *asuescitque viuere ardendo: rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem: rufus de cætero color splendescit igni*. Cum inuentum est aequat pretia excellentium margaritarum: *vocatur autem à Græcis asbestinum ex argumento natura*. Lego mox, *amictui dictum, quod amiectum, id est circumiectum, à quo etiam quod vestitu se inuolunt, circumiectui appellant: amictui & circumiectui more veteri à Varrone dictum elegantissimè censeo*. huius elegantiae ignari has exterminauerunt locutiones, & seculi nostri balbutiem inuexerunt. Cæterum Varro ricinium quasi reijcinium dictum interpretatur: *pallia quasi parilia extrita syllaba ri*. Lego igitur, *re exclusum propter leuitatem*. Vetus liber, *reliculum* habet mendosè: scribere fortasse voluit librarius scriba, *ri reiculum*. *Parapechia, chlamydes*, rectè legi arbitror, & per summam iniuriam hinc ablegata arbitror. Lego, *pala à pangendo: quidam libri à pangendo, & fortasse sic veteres locuti sunt*. Lego, *rutrum, ruitrum, à ruendo*, Varronem etiam ferè conijcio scripsisse, *aratrum, quod arruit terram, id est quod terram iuxta ruit & iacit*. Varro de re rustica, *terra arruenda puluinos fieri: vel, ut scriptum in omnibus est, aruit, erit à se ruit & amouet*. Cum autem ait, *vomit eo plus terram*, more suo loquitur, ut antea, *quod eo plus calida adponebatur*. Plus erat sæpius, hinc magis & amplius. Lego paulò post, *in ea transuersa regula, manibula*, accommodatè & appositè ad etymologiam Varronis, cum à manu bubulci dictam interpretetur. Lego etiam, *qui quasi est temo inter boues, bura à bubus*. Interpuncta hanc notationem peremerant, quæ nunc ut existimo viget & floret. Ait Varro, *alij à curuo curuum appellant*. Sunt qui emendant, *utrum appellant*. *utrum enim est aratri curuatura*. Nos tamen nostras manus ab iniuria hic continebimus. Lego continud, *sub iugo medio cauum, quod bura extrema oppilatur, vocatur coum, à cauo*. Cauum iuquit Varro, in iugo medio, quod extremitate buræ & remonis indita ei & inserta oppletur & clauditur: id enim est hoc loco oppilatur, coum vocatur. Pompeio tamen coum lorum est, quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Quid si scribendum in Varro-  
ne? *Vt*

ne? *Vt etuant quæ in terra serpunt serpices, postea detricto, à quibus dicti rastelli, ut irpices, serræ leues*. hæc fideliter sunt de libro vetere descripta, præterquam quod serpunt pro sunt feci, quod mihi videtur etymologia postulare. Scribunt etiam libri editi, à quibusdam dicti, potest tamen, à quibus, non incommodè explicari & intelligi de his, quæ in terra serpunt, à quorum abrasu sunt rastelli dicti.

*Fecunda gens Menenij, menia, mentem nisi exciperet dominus, in Horatio explicantur.* CAPVT II.

10 Hoc quoque vulgus Chrysippus ponit fecunda in gente Meneni, ab Horatio perbellè ænigmatis more dictum est, de superstitiosis, quos Chrysippus numero stultorum habet. Nomina autem familiarum Romanarum quædam græcanica erant, ut Æmiliorum, Pompeiorum. sic & Meneniorum. Nam & ἀμύλος Græcum verbum est, & πομπή & μενήιος, qui tanquam  
15 frænis stultus habensque paret, ad nutumque & voluntatem aliorum fluctitur: vel à ἀμύλω deducitur, qui ira & cupiditate nimium intemperanterque effertur, ideòque insanit: aut à μέμωα, quod est insano, vno elemento mutato ad euphemismum. manie etiam & menie & menenie vicina nomina  
20 sunt, quæ in stultitia & ineptijs ponebatur: ut gens Menenij sit natio stultorum, quæ longè lateque patet, neque vnus prouinciæ finibus continetur, sed orbis terrarum, qua sol vtrunque recurrens aspicit Oceanum, amplitudine spatiat. Ita ex familiæ nomine & veriloquio lusit poëta. Quidam etiam Menenium fuisse ea tempestate hominem insanum suspicantur: est & apud Halicarnasem lib. 9. consul Menenius, qui ab historico stultitiæ in-  
25 simulatur apertissimè. Inexplicabile autem videtur nonnullis quod de libertino scribit Horatius, — *mentem nisi litigiosus* — *Exciperet dominus, cum venderet.* *ibid.*  
serui enim, inquit, non libertini venire solebant. Ego hoc explicatu facile puto: constat enim eum ante seruum fuisse, & emptitium Horatius ponit. Cum ergo dominus, ei qui emptum postea manumisit, eum sanum esse furtis noxisque solutum sponderet, aliæque præstaret & caueret, quæ in mancipijs alienandis præstari solent, mentem excepit. Mutatio igitur temporis est, pro excepisset cum vendebat. *Quid tam, autè magnum, ut in libro* *Horat. Saty. 3.*  
30 antiquo vidi, mallet, quam quiddam, ut intelligatur, non esse magnum *lib. 2.*  
35 dijs & operosum vnum hominem seruare, & morti surripere. In gelida autem fixum ripa dicit, ex antiquorum ritu, qui sacris operaturi, se in flumine purificabant. Mater, inquit, quæ votum fecerit Ioui, ut eo se ream liberet, filiū nudum, ut vouit, viuo flumine perfundet sacrorum causa, ut castus & *ibid.*  
M m purus

purus rem diuinam Ioui faciat, morbúmque reuocabit, quo liberatus erat.

Alpina gesa, si qua fides sub ima tellure, sedere, funeris umbra,  
Tyro despectus, matrona moueri iussa diebus festis.

CAPVT III.

Hoc capite non sedentariam operam, sed huc illuc excurrentem studiosis nauabimus: & aliquid in excursu vago & errabundo decerpentem. apud Maronem,

Virgil. 8. AEn.

— duo quisque alpina coruscant Gesa manu,

non absque ratione è doctrina interiore deprompta dictum est. constat enim materiam campestrem esse molliorem & teneriorem, montanam duriorē atque rigidiorē, & hastilibus aptiorē. Nam & montium sicior & aridior habitus, lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad soliditatem & firmitatem tunduntur arbores. Itaque Homerus, cuius æmulatione hoc Virgilius protulit, cæsam fuisse ait hastam Achillis è vertice Pelij montis bonitatem materiæ demonstrans: & ἄγχος ἀνεμοσέφες appellat, criticis durum & rigidum hastile interpretantibus.

ibid.

— Et te, inquit idem Maro, Catilina minaci Pendentem scopulo.

ibi ex opinione viuorum & sensu, ad mortuum hominem & ad Orcum demissum pœnam transfert acerbissimam, vt illic quoque honore sepulturæ careat, & in sublimi scopulo insepultus pendeat: quæ & apud Tragicos imprecatio immanissima habebatur, vt apud Ciceronem in Tusculanarum disputationibus è veteri poëta,

Lib. 1. Tusculanarum disputationum.

Ipsè summis saxis fixus asperis,

Visceratus latere pendens saxa spargens tabo, sanie & sanguine atro, quibus introchaicis (eum enim modulū olent hæc verba, vt & è versibus, qui non longè hinc etiam consequuntur coniectura capi potest, neque sepulchrum quo recipiat) legendum videtur,

Visceratus, latere pendens saxa spargens tabida Sanie.

6. AEn.

Visceratus autem erit, dilaniatus, discerptus, laceratus. Illud verò attendendum libro 6. Æneidos,

Per superos, & si qua fides tellure sub ima,

valere, per superos & per inferos per superos, & si quod apud inferos iurandum est, religiosaque affirmatio & asseueratio. Eodem lib. euantes orgia, orgia celebrantes dixit. Et funeris umbras, adumbrationem sepulturæ in inani sepulchro. — Luco, inquit lib. 9. tum forte parentis

9. AEn.

Pilumni Turnus sacrata valle sedebat:

ibi sedebat accipiendum reor, de eo, qui mortuis feriat. Nam tametsi ritu Romano deus postea est habitus Pilumnus: tamè à Turno pro mortuo colitur

colitur. sic denicalibus ferijs resideri mortuos scripsit Tullius, & Hesychius ἀδελφῶν, inquit, πένθους ἡμέρας ἔτι τετελευτηκόων: Idem, sedemque petit Euanthri, dixit pro petijt, vt, malo me Galathea petit. Itaque propter coitum vocabulum, vltima alias breuis, producit. Ait idem,

cic. lib. 2. de leg. 9. AEn. Eclog. 3.

— dum per mare magnum Italiam sequimur fugientem.

5. AEn.

vbi nequaquam sequar Seruium, qui procellosum interpretatur, vt & in Lucretio, Suaue mari magno: sed mare magnum etiam internum dici reor, vt appellat plerumque Homerus ἄλα δῖαν, quod veteres critici mare magnum explicat. vt & Maro Homeri, vt ita dicam, assecla: idque nos antè docuisse recordamur.

Lucr. lib. 6.

— Non antè Tyro despectus Hiarbas,

4. AEn.

valet contemptus à Tyro, & per denominationem à te Tyria muliere. non enim assentior Seruio, qui Hiarbam facit Tyrium, quem è Trogo, & hoc 4. lib. constat Afrum fuisse.

Aut, inquit, ante ora deum pingues spatiantur ad aras,

ibid.

dicit more Romano, quo matronæ ante aras faculas tenentes gestu graui saltationemque seueram & verecundam imitante mouebantur & ferebantur: quod Horatium intellexisse puto, cum in Arte scribit,

Vt festis matrona moueri iussa diebus.

atque hoc potissimum adscripsi, quo Horatij sensus enuclaretur, non omnibus perinde clarus atque illustris.

Nascuntur qui honores adipiscuntur, nascuntur qui ab exilio redeunt,

Cicero emendatur.

CAPVT IIII.

25

NON solum se nasci veteres eo die credebant, quo in lucem exhibant, vitamque accipiebant, sed etiam cum in Repub. honores amplius. vt consularum consequerentur, qua quidè ex opinione à Cic. in oratione post reditū ad Quirites dictum existimo, à parentibus, id quod necesse erat, paruum sum procreatus, à vobis natus sum consularis. sed & clarius multo apud Sallustium in oratione Cottæ his verbis: nam si parricida vestri sum, & bis genitus hic, deos penates meos, patriamque & summum imperium vilia habeo. Et qui ab exilio reuertebantur, tanquā renasci videbantur: certè diem, quo redibant, natalem reditus sui vocabant. Cicero ad Atticum, Ad quæ recuperanda per fortunam incumbe, vt facis, dièque natalem reditus mei cura, vt in tuis adibus amoenissimis agam tecum & cum meis. Sed in illa oratione Ciceronis quædam è vetustis scidis attingere placet. Nam vbi legitur hodie, Reliquæ meæ fortuna recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumi affererant:

cic. ad Attic. lib. 3. epist. à Cæcilio.



planè difertéque in eis & sine vitij vllius aut lituræ suspicione, *quàm tunc incolumitates afferebant*, scriptum extat: quam quidem scripturam veram esse emendatamque confido, præsertim cum incolumi illud cum reliquis fortunis incōmodè coniungatur. Nam incolumis suis integris fruebatur, non reliquis residuisq; fortunis. Incolumitates igitur vocat secundā & prosperam fortunā, facultatēq; solidas & incolumes saluāsque. Illud verò fœdatū etiam maculosumq; solœcismo esse videtur, *tantū hoc tempore uniuerso cuncta pop. Rom. debemus*, vt in scidis illis reperi, *tantum hoc tempore uniuersum cuncto pop. Rom. debeamus*, rectè vt existimo concinnēq; scriptum est. In editionibus publicatum est, *Non. L. Dalmaticus consularis*: in bibliothecis sanctissimis, *non Diadematicus consularis*. Idq; optimè vel Plinio teste. *Permulti Metelli*, inquit editiones, *aut Metellorum liberi*. quid? Metellorum liberi non sunt & ipsi Metelli? reperi *Metellarum*. nam de sororum filijs intelligendum esse arbitror, de quibus proximè dixerat, *non sororum filij Luculli, Seruiliij, Scipiones*. Sunt hæc parua, & multo quàm loquor minora: quæ tamen sine librorum subsidio & fiducia, nemo quantumuis doctus mutare auderet: & tamen interim velut captus & deprehensus ibi hæreret & teneretur. volui igitur meum & aliorum æstum leuare, & tollere etiam si possem, vt ex his locis expedire & facillè sine vlla animi molestia velut cursum teneamus, nec in falebra moremur.

*Vittæ virginales & matronales, præpetes, magna aues, super, gaudia alieno vultu, ridere malis alienis, cornua am-  
nium.*

C A P V T V.

RECORDOR me vsquam legisse quasdam fuisse vittas virginales, & alias matronales, quòd alio virgines cultu capitis & ornatu quàm nuptæ

matronæ vterentur: argumento est illud Propertianum, *Propert. eleg. 12. lib. 4.*

*Vinxit & acceptas altera vita comas.*

*Virgil. 2. AEn.* Id est postquam nupsit: & Maronianum,

*Virgineas ausi diuæ contingere vittas.*

hinc Valerius Flaccus, ex quo quædam hoc capite explicare conabimur, lib. 8. exponendus est, cùm scribit,

*Vltima virgineis tum flens dedit oscula vittis.*

Erat enim mox nuptura Medea. Poëtis est prepes sæpenumero, qui à Grecis vocatur *δρακων*, id est auis rapax, vt aquila & accipiter, quòd volatu vale-

5. AEn.

ant: Maro,

*— quem præpes ab Ida*

*Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger uncis.*

id est, auis armigera: sed & in Marone tantum accipi & exponi potest ar-

Lib. 8. Argon. miger volans. at multo clarius ita à Valerio vsurpatur eodem libro,

Ecce

*Ecce autem pavidæ virgo de more columbæ,  
Quæ super ingenti circumdata præpetis umbra,  
In quemcunq; tremens hominem cadit.*

Nomen habere videntur præpetes à *πρᾶπέτης*, quod est præuolare: sed Græcum præuerbium in Latinum mutatum est, præpetēsque non prope-

tes dicuntur. Hæ aues à Latinis magnæ vocantur: Plautus,

Plaut. Ruden-  
te sc. Exi è  
phano.

*Tèque ambustulatum obijciam magnis auibus pabulum.*

Vt Græci præuerbia pro uerbis interdum pereleganter ponunt, vt *μὲν τοῦ*

pro *μὲν τοῦ*, *πᾶσι* pro *πᾶσι*: sic & Valerius super pro superest:

Lib. 8.

10 *Nec spes vlla super.*

& ante eum Maro,

3. AEn.

*O mihi sola mei super Astyanactis imago.*

quanquam aliter à Seruio explicatur: sed ab eius recedere iudicio non est fortasse piacularè. Primam belli facem & causam inter Asiam & Europam dicit fuisse Medeam lib. 1. Herodotus ab Iafone raptā, eius enim Alexandrum imitatum postea exemplum fuisse, vicesque reddidisse. Id etiam indicat Valerius Flaccus lib. 8. tantum commutat in eo perperam pro committat legitur: eius verba sunt,

*— nec Marte cruento*

20 *Europam atque Asiam prima hæc committat Erynnis.*

Qui non ex animo ridet, neque ex hilaratur: sed coactò tanquam & inuito vultu renidet: non suo, sed alieno vultu gaudere dicitur, vt apud Valerium, Lib. 8;

*Errantēsque genæ, atque alieno gaudia vultu.*

Sic & Horatius,

Saty. 3. lib. 2.

25 *Cùm rapies in iura malis ridentem alienis.*

Non enim suis ridere malis videtur, qui inuitus lætitiā simulat, cùm eius pristinus non agnoscat vultus, nec pristinus ridentis habitus. Etsi cornigeri annium dei finguntur, vnde & tauriformis Aufidus ab Horatio dicitur: tamen etiam cornua amnium, ipsorum ostia & ora dicuntur, vt apud

od. 14. li. 4.

30 Maronem, *Renūsq; bicornis*. Exit enim duobus ostijs in Oceanum: sic & Valerius, Lib. 8. Argon.

*Haud procul hinc ingens scythici ruit impetus Istri,*

*Fundere non vno tantum quem flumina cornu, Accipimus*

Nam septem, vt ait, exit alucis in Euxinum Pontum. Mentio autem apud

Lib. 8. AEn.

35 Maronem est Morinorum & Reni, quòd imperate Augusto Carinas Morinos & Sueuos dauicerit, de ijsque Augustus triumpharit, vt à Dione scriptum est libro historiarum 51. Dicit quispiā, at enim his in rebus multi monitore te non egent? quod equidem fateor: sed fortasse illis multo plures egent doctore, quibus consulendum est.

Mm 3

Libera

*Libera toga, ad lecticam homines, Campana supellex, arma  
votiva portæ suspensa, caprificus sepulchri, bustum  
cadere saxis. CAPVT VI.*

Lib. 4. eleg. 1. MARTIS & ante deos libera sumpta toga est, cum scribit Proper. togam, significat virilem, qua sumpta excedebant è magisterio pædagogorum & tutoris auctoritate, & suæ libertati permittebantur, vt è Persiano loco meminimus scribere: eam etiam vestem liberalibus induere solebant pueri in Liberi honorem, vel liberæ vitæ significationem: atque eo die prodibant

Ouid. 3. Fast. cultu tironum sumpta toga pura, id est virili. Ouidius,  
*Restat ut inueniam, quare toga libera detur  
 Luce geri pueris candidè Bacche tua.  
 Sive quòd ipse puer semper iuuenis que videris,  
 Et media est ætas inter utranque tibi:  
 Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos,  
 Commendant curæ numinibusque tuis,  
 Sive quòd es Liber, vestis quoque libera per te  
 Sumitur, & vitæ liberioris iter.*

Lib. 4. eleg. 2. Da, inquit Proper. *falcem & torto frontem mihi comprime feno.* Veteres cum istis quæ vulgo ferimus capitibus & peleis carerent, sed vel nudo capite essent, vel caput cucullo vestis operirent, idcirco in magno æstu qui fenum secabant aduersus ardorem solis capud torto feno tegebant. itaque ex torto feno fenifecem Propertius significauit. *Sobrius ad lites: sobrius si sim, ad lites agendas me accommodatum, & quendam causidicum putabis.* Itaque hic ad lites dicitur, vt mox: *Pastorem ad baculum possum curare,* quod est pastorem me dixeris, si pedum habeam. sic canes ad venandum

Andria 5c. 1. act. 1. Epig. 10. Propert. li. 4. eleg. 9. Lib. 4. eleg. 2. Lib. 10. de cultu hortor. pro venaticis canibus dixit Terentius: homines ad lecticam pro lecticariis Catullus. Lygdamus ad cyatos, pro pincerna, Propertius,  
*Hortorum in manibus dona probata meis.*  
 Apparet ab olitoribus cultum fuisse Vertunnum, & ab eis ipsi libata fuisse hortorum munera. quare scribit in horto Columella,  
*Mercibus & vernis diues Vertunus abundet.*

Nam malè Portumnus vulgo scribitur. præerat & mercaturæ vendendisque mercibus.  
 Eleg. 2. lib. 4. *At tibi Mamuri formæ calator ahena,  
 Tellus artifices ne terat osca manus.*

Signum alienum Vertumni cum à Mamurio factum sit, gratus deus ipse Vertumnus optat, ne vnquam Mamurius è luto fictilia signa faciat, sed semper nobiles ex ære statuas & formas ducat, ne figlinæ luteæ vilitate tantus

tantus artifex dedecoretur. Osci populi erant Campani, vbi figlinæ erant, vnde ab Horatio scriptum est,

*Vilis cum patera guttus Campana supellex,*  
 id est fictilis. *Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.*  
 qui militatum ibant, eorum vxores aut propinqui vota in portis vrbs suspendere, id est suspensa tabella voto se obligare interdum solebant reditum optantes & ominantes: sed & ijs reducibus vota soluebant, quæ suspensa tabella susceperant, illi portæ per quam redierant: Propertius,

*Armaque cum tulerò portæ votiuæ Capenæ,  
 Subscribam saluo grata puella viro.*

In eodem libro equidem lego,

*Iam bene spondebant tunc omnia.* &

*Vmbræ que magicis mortua prodit aquis.*

Ex eodem poëta discimus veteres optasse caprificos sepulchris eorum quos oderant.

*Urgeat, inquit, hunc supra vis caprifice tua.*

quo & illud pertinet,

*Ad quæ discutienda valent sterilis mala robora ficus.*

Sed & è tumulis eorum, quos habebant caros, fentes & dumos excidere purgareque solebant. Propertius,

*— pelle ederam tumulo.*

Cadere & saxis busta eorum solebant, qui inuisi fuerant. Propertius,

*Scabris hoc bustum cedito saxis.*

eodem Maronis illud pertinet,

*Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.*

Hæc ego veluti libamenta ex amenissimo politissimoque poëta leuiter carpens, Mineruæ dicaui, quæ nullis victimis melius placatur, quàm donis quæ è doctissimis auctoribus sumpta ei consecrantur.

30 *Lanuuium, erythia, honoratis aquis vehi apud  
 Propertium. CAPVT VII.*

SVBOBSCVRVV est, quod à Propertio cantatur,

*Lanuuij ad portas hei mihi solus eram.*

35 Hic, etsi ad nomen municipij, quod Lenuuium vocabatur, respexit, tamen obscenam mulierum partem, velud quodam lanixio vel lanugine hirtam, intellexit.

*Amphitryoniades qua tempestate iuuenos,*

*Egerat à stabulis o Erythraa tuis.*

Hic lego ô Erythia tuis. sic enim insula Gerionis in Oceano vocata fuit omnium scriptorum consensu, non Erythræa, *Ecce bones illuc Erythreidas applicat heros*, æquè deprauatum lib. 1. Fast. affirmauerim & sine dubitatione Erytheidas legendum contenderim. *Et tamen emerui generosos vestis honores*. hinc apparet, illis quæ pepererant, honorem quendam in funere, vestis concessum fuisse, qui alijs sterilibus non tribuebatur, cum alioquin fœcunditas legibus Romanis prærogatiua & priuilegio ornata esset, vt iuratrium & quatuor liberorum ostendunt. veste autem cadauera tegebantur, vt è lib. 2. Ciceronis de Legibus constat. fœcundis igitur matronis honoratior quædam vestis, quàm ijs quæ nunquam pepererant, in funere concedebatur vel lege vel more.

Propert. lib. 4.

Eleg. 12.

*Cuius honoratis ossa vehuntur equis.*  
Ita si legatur, eam intelligemus elatam triumphali sepultura: si vehantur, eam sibi ob vitam integrè castèque actam triumphalem sepulturam optare, quam sanctimonia sit promerita. Sic & lib. 3. Propertius scribit,

Propert. lib. 3.

Eleg. 1.

*— Et ame Nata coronatis Musa triumphat equis.*

Hic tamen veteres libri vehantur aquis non equis habent, hoc sensu, si digna, quæ ob vitæ merita per honoratas aquas in elysium transferar. Nam de ossibus vt de se loqui videtur: atq; hic sensus melior omnino est,

Eleg. 7. lib. 4.

Propertio præfertim scribente,

*Ecce coronato pars altera vecta fasello,*

*Mulcet ubi elysias aura beata rosas.*

*Qua numerosa fides, quaque æra rotunda Cybelles,*

*Mithratisque sonant lydia plectra choris.*

Æra autem rotunda vocat cymbala: eaq; vera scriptura est, non, vt editur, quaquæ errat turba Cybelles.

*Novus annus, mortuaria glossaria, Cicero emendatur.*

CAPVT VIII.

NOVVS annus non vno modo dici videtur. Est enim sæpenumero initium anni, vt nouum ver, noua æstas, veris & æstatis initium. Ovidius,

Ouid. 1. Fastorum.

*Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus?*

Nouus etiam annus interdum pars illa anni est, quæ nouas fruges nouosq; fructus parit: Tibullus,

Eleg. 1. lib. 1.

*Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,*

*Libatum agricolæ ponitur ante deum.*

Lib. 18. c. 1.

sic æstatem noui anni dixisse videtur Gellius, quod æstas nouas fruges afferat: eius verba sunt, *Ambulabamus autem in litore, cum iam aduesperasceret æstate*

*æstate anni noui. erat & annus nouus primus annus imperij alicuius imperatoris.* Seneca, *quid actum sit in calo ante diem tertium Idus Octobris Asinio Marcello, Acilio Aniola cos. anno nouo, initio seculi felicissimi, volo memoria tradere.* quo fortasse modo Gellianus explicari debeat locus. sed quia in mentionem Gellij incidi, eo in libro, vnde exemplum superius deprompsi, legimus philosophos mera esse mortuaria glossaria, quo verbo acriter philosophos pungi intelligo, vt loquaces, & inanium verborum funditatores, præcisque similes, quæ in mortuos naniam argutam & nugacem canebant. Simile est illud Plauti,

De morte claudij cæs.

Gell. lib. 18. c. 7.

Plaut. Asin. sc. Agedum isum.

*Hæ non sunt nugæ, non enim mortuaria.*

Nam mortuaria naniam illas in mortuos ineptas appellat. glossaria mortuaria in Gellio per diminutionem linguas audio ad contemptum, vt ita dicam, præficales. Ex eodem libro aliud intelligimus esse in matrimonium conuenire, aliud conuenire in manum: vxores illæ quæ in mariti mancipio non erant, in matrimonium conuenisse dicebantur: quæ in potestate mancipioque & familia mariti erant, matresque familias & habebantur & vocabantur, eæ in manum conuenisse dicebantur. lib. autem. 1. Epist. ad Atticum pro *Lentulus Clodia filius*, ex eodem illo Gellij lib. crediderim emendandum Clodiani filius. hæc enim illic Sallustij verba reperiuntur,

Gell. cap. 6. li. 18.

Gell. cap. 4. lib. 18.

*At Cn. Lentulus patriciae gentis collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit, qui hoc Sallustij loco fretus ad emendandum Ciceronis codicem accesserit, non leue suæ sententiæ pignus habere videatur.*

25

Cato explicatur, culeare labrum. CAPVT IX.

VINVM, inquit Cato, *indolijs hoc modo venire oportet, vini in culeos singulos quadragenæ dabuntur & singula urnæ.* vinum vendere solebant culeari mensura, & admetiri, vt idem Cato indicat, qui labrum culeare parandum præcipit vinis ad meriendis. mensura culei quadraginta capit urnas: sed auctuarij loco vna præterea additur. *vinum autem quod nec aceat nec muceat, id dabitur: in triduo proximo viri boni arbitrati degustato.* emptor, si non ita fecerit vinum pro degustato erit, nec emptor recusare poterit vinum, vel mucidum vel acidum vel vapidum, cum intra triduum non degustarit, quod facere ex lege debuit. *Quot dies per dominum mora fuerit quominus vinum degustet, totidem dies emptori procedent: vt si mensum integrum per dominum mora fuerit, ne degustari possit, mensum etiam integrum illum habeat, & præterea triduum ad degustandum, quod ex lege venditionis concessum est. vinum accipiat emptor ante Cal. Ianu. primas, quod est ante initium proximi*

Cato de re rustica cap. 148.

Cap. 154.

Cato ca. 148.

ximi mensis Ianuarij, id est illius Ianuarij qui primus & proximus veniet.  
 si non antè acceperit vinum emptor, dominus qui vendidit vinum, adme-  
 titur etiam emptore absente, cum vt iurisconsulti scribunt, venditori liceat  
 vel effundere vinum, si diem ad metiendum præstituit, nec intra diem ad-  
 mensum est, modo antè restatò denuntiauerit. *Quod*, inquit Cato, admen-  
 sum erit, pro eo domino resolutio, id est venditori solutio. Nam scribendum  
 est domino, non vt in libris omnibus, dominus. *Si emptor postulauerit, do-*  
*minus iusiurandum dabit, verum fecisse*, id est, iurabit venditor sese verè &  
 bona fide admensum esse, nihilque dolo malo fecisse. *Locus*, inquit Cato,  
*vinis ad Cal. Octob. primas dabitur*, à domino, id est, dominus vinum illud  
 doliare vsque ad diem primum Octob. proximi asseruabit, ei que locum  
 præbebit: si diutius seruari velit emptor, locum conducatur ad Ianuarias vs-  
 que Calend. *si non antè deportauerit emptor, dominus vino quod volet faciet*,  
 quod est, etiam si velit, effundet. Nam tum, vt Vlpianus ait, per corbes  
 mensuram facere & effundere licet. *veteres enim*, inquit, *hoc propter mensu-*  
*ram suaferunt, vt scilicet per corbes venditor mensuram faceret, quo sciret quantum*  
*ab emptore peteret, & quot culeos vendidisset*: idque faciendum ait, cum men-  
 sura non apparet, quod est cum venditor mensuram vini nescit doliaris, vi-  
 delicet vt cognito corbium vinariarum numero, effusioque vino, intelli-  
 gatur quantum vini perierit emptori, quantumque debeat venditori.

*Mustacei, lauream in mustaceo quærere, solum placentæ, tracta,  
 balteus, enchytrum, sauillum, irneum, spherita.*

C A P V T X.

HIC pastorem agam & dulciarium, & opera quædam Catonis pisto-  
 ria explicare conabor, in ijs mustacei sunt, qui ex eo nomen sunt adepti,  
 quod è musto subigantur: præcipit enim Cato, vt farina musto consper-  
 gatur, deinde defingantur, id est formæ eorum fingantur. cum coquantur,  
 subduntur lauri folia: vnde prouerbiu apud Cic. est, quærere lauream  
 in mustaceo. Sunt & apud Athenæum mustacea ex mulso, & mustacea se-  
 famata, Placentæ confectio, latè describitur: in ea est solum, quæ pars est  
 ima, & tanquam fundamentum. sunt tracta, ea ficta, farinacea, aut addita  
 alia materia & impensa, quæ imponuntur solo: quo verbo etiam vtitur  
 Athenæus hunc in modum, *εις δὲ τὰ κεφάλαια καλῶμεθα τὰ μίξεις, ὡς περὶ εἰς*  
*ἀστῶν*. Tracta autè vocantur à trahendo & tractado: tractam dicit foeminino  
 genere Plinius, *decimo ad speciem tractæ subigunt vna passæ succo*. ex eo placen-  
 tam vulgo tartam traiecta litera tanquam tractam appellamus: tracta lanæ  
 etiam inuenitur. Igitur in Catone scribendum est, *farina siliginea l. II. vnde*  
*solum*

*solum facias, in tracta farina l. 4.* Eodem modo aliquot interpunctionibus  
 postea eodem capite sic delinquitur. *vbi arebunt*, inquit, *componito pariter*.  
 sic enim lego, id est facies vt ante feceras, cum in qualo poneres. *tum in*  
*singula tracta*, id est singula tracta tractabis & despes & finges vt oportet.  
 Itaque mox sequitur, *vbi despeseris*: sequitur, *vbi tracta erunt*, id est vbi erunt  
 ficta, vt oportet: *focum calfacito & testum*, id est clibanum. Mox præcipit  
 vt è libris duabus farinae fiat solum tenue: subscribit, *ibi balteum ponito*. Bal-  
 teum autem vocat id quo cingitur placenta & ambitur: est autem solum,  
 vel soli pars. Nam cum fingitur placenta positis tractis ita, vt in summo  
 singula sint, solum quod in imo latum erat, replicatum in metam sursum  
 versus colligitur: vnde scribit postea, *solum contrahito*: totaq; tracta cingit,  
 & tractarum condimenta complectitur. Malim autem, *donec omnem caseum*  
*cum melle abusus eris*, quàm adusus, quod est, donec omne mel omnemque  
 caseum consumpseris. Nam à priscis abuti sic plerumque vsurpatur. Legi  
 mox fortasse potest, *ornatòque focum bene primo*. spiram describit, cui solum  
 subijcit, deinde tracta in spiram conuoluta more restis per solum ducit: ta-  
 lis ferè est apud nos species panis, quæ briocho dicitur. tracta autem cum  
 veluti regulæ in longum por recta sternuntur in solo, tum opus illud pi-  
 storium strues dicitur. Scribita est appellata quasi scribita, id est scribi-  
 lata: Plautus integram vocem vsurpauit, *Dum scribita astuant, occurrite*. Ex  
 eo fortasse sic appellata est, quod qui eam fingit, tanquam scribit, aut quod  
 esset notis quibusdam signata, & tanquam scripta videretur. Globuli, vel  
 globi, nostris notissimi sunt, & quotannis Hilaribus sub quadragesimam  
 fiunt. *ἐσχύτων πλακοῦτων* mentio est apud Athenæum, & apud Hesychium.  
 hæc placenta suum quoddam operimentum habet, quod dicitur *κηπίς*.  
 nam *κηπίς*, vt ait Hesychius, *λέγεται ἐπὶ τῷ ὀπίθεμα τῶν ἐσχύτων πλακοῦτων*. Apud  
 eundem Enchymata speciem placentæ reperio. veteres libri Encytum ha-  
 bent sine aspiratione, cum eam sæpe dictionibus Græcis Latini detrahant:  
 qui tamen aspirant probabiliores sunt, sequunturque originem Græcam.  
 Enchytrum autem dicitur, quod infunderetur, cum esset aliquanto liqui-  
 dius. Nam infundebatur in calicem pertusum in vngvine positum. Irne-  
 um ab irnea, cuius poculi mentio est apud Plautum, vt irnellæ apud Ver-  
 rium, appellatum esse puto. scribit enim in irneam esse indendum, & in  
 olla coquendum. Sphærita, vel detracta aspiratione sphærita, quod minus  
 probo, placentam significat sphaeras id est globos habentem, qui multi in  
 solo placentæ componuntur. Sauillum à suauitate nomen habet. nostrum  
 enim suauium appellare solemus nostras delicias. sauij diminutiuum est  
 sauillum, vt & sauolum. Sunt & operis pistoriij multa nomina apud Athe-  
 næum, eorumque multa Latina, deprauiata tamen nonnulla. scribit placen-  
 tarum



tarum species multas, in ijs Tarentinam, Crassianam, Siculam, crustum, dubiam, guttatam, Montianam, crustum Coerianum, crustum tutatum, vel titularum, crustum Tabonianum, mustacia è mulso, mustacia sesamata, crustum purum, gosgloanium, Paulianum, enchytum, scriblitam, subitelum, spiram: nominat & Catillum ornatum, quem & describit: descriptionem ex eo quæret qui volet.

*Impetrata, depulforia, depulsa, occentare malum carmen, recanere, præfiscine, mu, tintinaculi.*

CAPVT XI.

10

*Plin. lib. 28. cap. 2.* VERBA Plinij sunt lib. 28. nat. hist. in publicis editionibus peruulgata, præterea alia sunt verba impetrantis, alia depulforis, alia commentationis, quæ, quòd mihi prima specie nescio quid obscuritatis offerebant, cum vetustis codicibus collata longè alia reperi, & vt spero integriora, *Præterea alia sunt verba impetratis, alia depulforis, alia commendationibus.* Nam impetratum etiam Valerius dixit lib. 1. vt antea notauimus, cum inquirendum vel exiis vel sortibus, impetrato. Quæ autem Plinius depulforia dixit, depulsa Valerius vocauit: *Portentorum depulsa, Etrusca disciplina explicari voluerunt.* Commendationem, quod vnum de meo reposui, cum in libris etiam scriptis commendationis perscribatur, Valerius significauit, cum scripsit, cum aliquid commendandum est, precatione. Veteres cum res certas, vt nomina, speciem simulachrum, testas, calices ouorum, acu aut stilo, aut grafio perforabant, hoc velut veneficio & maleficio aliquos lædi existimabant: Ouidius,

*Ouid. 3. amor. eleg. 6.*

*Sagæque phœnicea defixit nomina cera,*

*Et medium tenues in iecur urget acus.*

25

Itaque hoc sibi ne eueniret, solebant putamina cochlearum & ouorum ipsi vel frangere, vel pertundere, occupantes & anteuertentes maleficio.

*Plinius li. 28. cap. 2.*

Plinius, *desigi quidem diris precationibus nemo non metuit. huc pertinet ouorum, vt exorbuerit quisque, calices, cochlearumque frangi, aut eosdem cochlearibus perforari.* Cum autem in Plinio legatur eo in loco è duod. tab. qui malum carmen incantasset, non est dubium quin ex optimis D. Augustini codicibus de ciuitate Dei, & veteribus grammaticis emendandum sit, qui malum carmen occentasset. Recanere esse videtur apud Plinium incantationem retorquere, & dissoluere, quod & recantare fortasse dici potest. vt enim cantu rumpi angues prisca censebant, sic angues ipsos existimabant, si id præsentirent, recanere, & incantationem referre ac diluere. Verba Plinij sunt, non pauci etiam serpentes ipsos recanere, & hunc vnum illis esse intellectum. Scribitur ibidem, nam si mensa adsit, nullum ponere translaticium videmus etiam, quoniam multas religiones pollere manifestum est. Lego astipulatoribus antiquis libris,

*anulum*

*anulum ponere translaticium videmus: quoniam multas religiones pollere.* Antiqui pontifices multis epulis interesse solebant, in inaugurationibus, in sacris multis: postea ad vsurpationem vetustatis epulario in sacris quibusdam retenta est, id est, dicis causa. Plinius: *Si pontifici dicis causa epulanti, in mensa utique id reponi adolerique ad larem piatio est.* In vetusto eodem lib. Ophiogenes ex insula Paro sunt, non Cypro, vt in peruulgatis libris: libro cap. 3. lib. 28. tamen septimo ea gens circa Parium in Hellesponto fuisse dicitur: sed & legatus nomine est Euagon, non vt in receptis libris, Exagon: sed id diuidendum lectori relinquimus: nec enim interloquimur, tantum abest vt de eo definiamus. Videntur veteres syllabam mu ad depulsionem fascini & inuidiæ malique, imo ad silentium ominandum imperandumque vsurpassè, si modo vetustis libris fides habenda est, in quibus quod ex Plinio scribam sic exaratum est: eorum enim fidem appello, nec moror editiones: *quanquam illos religione mutatur.* placet tamen etiam mutatur. ad fascinum depellendum etiam veteres præfiscine dicere solebant. Afranius, *Paula mea amabo pol tu ad laudem addito præfiscine, ne puella fascinetur.* Fascinus deus fascinum depellebat, cuius rei causa curribus triumphantium subiciebatur, vt fascinum in auctores rei iiceret, eosdemque fascinum recipere & inuidiã iuberet. Plinius, *Fascinus imperatorum quoque non solum infantium custos, qui deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicos inuidiæ, iubetque eosdem recipere.* Similis, inquit Plinius, *medicina linguæ, vt sit exorata à tergo fortuna gloria, carnifex.* Nam cum triumphante in curru seruus publicus, qui coronam sustinebat, & carnifex cum tintinabulo & flagro erat. Romani autem cum supplicium de seruis sumebant, tintinabula ad plebẽ conuocandam, vt reor, adhibebant: aut ar-

*Plautus Pseud. dno sc. Pseud. dno non.*

*Truculento sc. Egon' tibia*

*Lanios accersam duos cum tintinabulis.*

Iterum, *Ne ego bilingues vos necem, nisi*

*Ad tintinaculos voltis vos educi viros.*

30 Sic & ex crepitu plagarum vocauit: quanquam ad tintinabula quoque respexisse videri potest, cum ea etiam adhiberentur, vt est auctor Zonaras.

*Zonaras 603 mo 2.*

*Auspicia perennia, ex acuminibus, viri vocantur.*

CAPVT XII.

35

Quæ sint auspicia perennia apud Cicer. non temerè reperias qui optimè explicet, & quæ ex acuminibus: sed locum ante adscribere præstitit: *Nulla, inquit Cicero, perennia seruantur, nulla ex acuminibus, nulli viri vocantur, ex quo testamenta in prociectu perierunt.* Ego veram scripturam

*Cic. lib. 2. de orat. titur. de orat.*

Nn existi-

Festus lib. 4.

existimaui aliquando peremnia, quomodo & in Festo legebam, utrobiq; auctoritate veterum librorum fretus. Nunc nihil interesse puto, cum perenne lenitatis gratia è peremni factum putem. Perenne autem, inquit Festus, auspicatur, qui annem aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspicatò transit. Sic magistratus in Campum euntes, ut aliquid agerent, Petroniam in Tiberim profluentem auspicatò transibant, quod genus auspicij perenne vocabant. Idem militiæ in alijs annibus, quos transibant, faciebant, eaque auspicia similia ferè erant sacris, quæ Græci *ἀσπαθία* vocabant. Auspicia ex acuminibus quæ sint, magis obscurum est: sunt qui ex agminibus emendent, quibus non assentior, arbitrorque quemadmodum augurabantur lætum portendi successum, si signa vellenti signifero non reniterentur, sed faciliè prompteq; sequerentur: sin vix conuelleretur magno eius nixu, aduersam denuntiari fortunam: sic auspicari solitos esse ex acumine spiculatorum, pilorum, ensium suorum spem prælij & euentû, si splenderet, si re-  
 15  
 20  
 25

Arnob. lib. 2. aduers. gētes.

se ferret. Arnobius, aut *Martium discrimen obeuntes spem prælij sumitis, & ex acuminibus auspicatis.* Iam quod ait, nullos viros vocari, ex quo testamenta in procinctu perierunt, de eo sic sentio, cum olim delectus habebatur, primi citari nominarique solebant boni ominis gratia, Valerius, Saluius, Statorius, Victor, quo quidem & salutem & victoriã sibi ominabantur: quod idem, ut reor, milites in procinctu testamentum facturi imitabantur. Nam etsi impendente maximo mortis periculo, sic testari solebãt, tamè viris bonorum nominum vocatis sibi & salutem & victoriam auspicabantur: sed genus illud testamenti in desuetudinem abiisse & hîc dicit

Lib. 2. Inst. de testam. ordin. s. sed ut nihil. Macrobi. lib. 1. sat. cap. 16.

Cicero, & Iustinianus refert: viros tamen vocari prisco genere orationis, & religionis dixit, ut è Macrobio apparet sic scribente, *Viros vocare ferijs, non oportet: si vocauerit, piaculum est.* Iterum, *vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies, qui essent notati rebus aduersis.*

Commosis, echinopus, Plinius emendatur, duo fundi apud Martialem. CAPVT XIII.

30

UT qui in diem, atque adeo in horam viuunt, incerti sunt posteri temporis, fortèque potius, quàm ratione victum parant. Ita mihi vsuuenit in hisce scribendis, qui capite vno confecto, nesciam plerunque quid scribere deinceps debeam. Nunc loca quædam Plinij attingam ex lib. 11. natur. hist. Igitur pro cōmosi legendum arbitratus sum sæpe conesin vel coniasin, ut tectoriũ quoddam, & illitionem intelligeremus, quæ apes prima fauis,

Plinius ca. 7. li. 11.

Lib. 4. Georg.

fauis, ut Maro dicit, ponunt fundamina. Sed & ita ab Aristotele scribitur, *καλῶσι δὲ οἱ μελιττογροὶ τὸ κόνισιν.* Gaza tamen apud Aristotelem verba Plinij ut circumferuntur approbat, & *μίτω* commosin interpretatur, quando præter imum tectorium est & *μίτος* apud Aristotelem, quæ commosi respondere videtur. Commosin tamen retineo auctoritate Hesychij adductus, in quo scribitur, *κόμμοσις ὁ τῆ σάμαλος ἀρχιπέδος, ἢ ἐπὶ τῶν μελιττογρῶν ἢ τῆ σελῶ οὐς ἀφ' ἧσιν.* Ceras, inquit Plinius, *ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode:* scribo, & echinopode. sic autem vocatur herba acculeata, Dioscoridi, quod sciam, non memorata: eius mentio est in veteri disticho,

Ως ἂν ἐχινόποδος, ἢ ἀνὰ πηνχεῖαν ὄνονιν, Φύοντα μαλακῶν ἀνθεα λευκοῖων.

Plutarch. Sympos. deca. 1. problem. 4. cap. 10.

Struunt, inquit Plinius, *orfa ea concameratione aluei, textumque vel usque ad summa tecta deducunt:* scribo & ex veteribus libris & Aristotele, *struunt orfa à concameratione alui, textumque velis à summa tela deducunt:* scribitur etiam, *struunt orsus.* Aristotelis autem verba superiorem constituunt lectionem, quæ equidem, ut clarissimi philosophi auctoritate recepta scriptura falsi condemnetur, adscribam. *ἀρχοντα δὲ τῶν ἱερῶν ἀνοθεῖν ὄπον τ' ὄροφῆς τῆ σμῆνης, καὶ κατὰ συνουφείας ποιεῖσιν ἕως τῆ ἐδ' ἀφοῦς ἱερῆς πολλῆς.* Limitibus, inquit Plinius, *binis circa singulos arcus, ut aliis intrèt aliis exeāt:* scribo, *circa singulos actus.* atq; hic licet, si quis acrior animaduersionem & notationem censoriam distringat, Plinium reprehendere, lapsum ignoratione Aristotelis sententiæ. Nam Aristoteles scribit fauos strui similitudine poculorum geminos habentium fundos, & in diuersa patentium, quæ pocula Græci vocant *ἀμφικύπελλα:* ea Martialis intellexit cum dixit,

Hi duo censentur longæuo Nestore fundi.

Lib. 8. epig. 6.

aliam tamen sententiam reddidit Plinius. Verba Aristotelis sunt, *καὶ ἐμὴν γὰρ ἑσάν δύο θυεῖδες εἰσίν, ὡσπερ ἡτῶν ἀμφικυπέλλων.*

Arist. de hist. animal. lib. 9. cap. 11.

30 Maro explicatur aliquot locis, honos, considere luctu, duplicari dolore, Drances refert Ciceronem, coruscare, iam melior, iam dina. CAPVT XIII.

35 NOBILES Grammatici hæsitant in his Virgilianis versibus, Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta Multa manu, necnon aurumque animusque Latino est.

Lib. 12. AEn.

Illis enim videtur ab re hîc animus & aurum à Latino ostentari. Itaque comminiscuntur sententiam nullo modo probabilem, & eo à me mediufidius

fidius omiffam. Ego verò putem Latinum ducere, nec sibi Turni affinitate opus esse, nec viciffim Turno Latini, cum vterque alterius subsidio carere facile possit. Nam siue Turnus opes his nuptijs sibi quærit, satis per se potens est regno Dauni, & oppidis multis bello partis: siue præsidium quærit Latino & opes, Latinus satis opulentus est & nobilis, etiam absque his nuptijs: vt vterque altero carere commodè & facile possit.

Maro lib. 12. AEN.

— per si quis Amatae Tangit honos animum.

cum dicit Maro, more Latino loquitur, & dicit, si quid Amate causa facere vis. Nam cum dicunt se alicuius causa aliquid facere, sæpenumero se honoris eius causa facere prædicant: hocque genus loquendi & apud Ci-

Lib. 11. AEN.

ceronem & Plautum reperire licet. Quod autem de Drance Maro scribit, Ciceronis persone mirificè conuenit, vt non dubitem in eius imaginem Drancis personam à Marone institutam esse & inductam. At verò, Con-

ibid.

disse urbem luctu, dictum est, quòd tristes qui sunt, plerunque sedent: & Græci κενεῖν κλαίοντα. i. flentem reddere, dicere eodem modo fere solent.

ibid.

Apud eundem poëtam lego, Duplicatque virum transfixa dolore. magnus enim dolor nos duplicat & curuat. sic Homerus, ἰδνῶθη δὲ πρῶτον: & de Therfite, πλῆξεν, ὁ δὲ ἰδνῶθη. Reprehendunt critici Maronem hoc versu,

Homerus lib. 11. ad. β.

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithya.

12. AEN.

neque enim verisimile aiunt aut probabile Pilumno Italo notam fuisse Orithiam Atticam puellam, quam Aquilo in Thraciam rapuerit. Sed eorum pace dixerim, hîc potius laudandus, quàm reprehendus Maro est. sciebat enim nobilitatam equis Thracen olim fuisse, cum scribat Hesiodus,

ὄσα δὲ ἴσθι κίς παλοσφόρι:

Hom. Iliad. 25.

& equos Rhæsi tantopere celebret Homerus, qui etiam scribit Aquilonem cum armento equarum Dardani congressum sobolem genuisse generosissimam. nihil igitur hîc aliud significat Maro, quàm ex illo generoso semine Turni equos fuisse, & Thracios satum esse, cum Thracij equi præ cæteris censerentur: proinde alio loco scribit etiam de Turni equo,

— maculis quem Thracius albis Portat equus.

9. AEN.

Cum autem Pilumnus deus fingatur, dea Orithya, quidni alter alteri notus esse potuerit? non enim vt de mortalibus, sed de dijs poëtam loqui censendum est: etsi in eis nihil re vera diuinitatis fuerit. quidni enim poëta ius suum retineat, & in numerum deorum referat eos, qui ea tempestate hominum opinione coeliturum numerum explebant? Illud etiam inenodabile critici censuerunt, quod eo in libro Turnus loquitur.

— neque enim Turno mora libera mortis.

12. AEN.

quod tamen enodatu non est difficile in hanc sententiam: mihi non vtrum velim liberum est, sed pugnam detrectare non possum: vt si cadendum est & op-

& oppetendum, differre non possim. Ac sic loqui solent, qui obstinato animo in pericula rapiuntur: negant enim sibi licere periculum fugere.

In mediòque focos & dijs communibus aras.

12. AEN.

sunt foci etiam & aræ priuatæ, vt apud Ciceronem pro domo, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortuna. sed quos à poëta illic dici deos communes audimus? neque enim de ijs satis enarratoribus constat. ego communes putem deos dici, deos illos, quorum simulachra in gramineis aris erant posituri, vt eorum interuentu & religione sanciretur foedus: at communes vocantur, quòd eorum sacramento & religione commutiter vtraque pars foedus esset percussura, & eorum numinibus statura, vt dij sint communes Troianis & Latinis in foedere iungendo. crispare Maroni est quod Homerus dicit πάλιν vt,

Bina manu lato crispans hastilia ferro:

ibid.

cum ab Homero etiam scribatur,

Αὐτὰρ ὁ δούρε δ' ὡ κεκορυθμένα χεῖρα πάλιν.

hoc enim è Græco poëta sceneratus est Maro, vt & totum de foederibus & singulari Æneæ & Turni certamine locum. alio loco coruscare dicit Maro vt,

— oditque moras, hastamque coruscat.

ibid.

Iam melior iam diua precor,

in Æneæ precatione, aliter exponendum arbitror quàm interpretibus placere animaduerto. Nam cum infesta esset Troianis Iuno, proprium autem deorum sit bonos esse, precatur vt animum mutet in Troianos, & eis bona esse velit, quod ea arte dicit, quasi quæ mala sit, à diua degeneret: perinde acsi diceret, ad te redeas, & te deam esse memineris cuius proprium est non nocere. Cum autem illius Mars esse vidiatur, qui victoriã obtinet, idcirco à Virgilio dictum existimo,

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem.

ibid.

nam illorum esse videtur, quibus fauet. id igitur est, si nobis fauerit victoriãque dederit: contra non videtur esse illorum, quibus aduersatur, quique vincuntur. hæc ideo dixi, quòd non satis accòmodatè explicata à Seruio viderem. Vis deum inferna, circumloquutio est pro dijs infernis, vt odoram canũ vis, pro canibus, fluxitque à poëtis Græcis à quibus dicitur ἰσπρίαμοιο pro Priamo.

— circũque atræ formidinis ora

ibid.

Itaque insidiæque dei comitatus aguntur.

cum Maro scripsit, Homerũ æmulatus est, qui comites attribuit Marti, terrore, pauorem, & contentione: sed personas summutauit Maro, posuitque insidias & iras versus Hemeri est,

Δαίμων δ' ἠδὲ φόβος ἔχεις ἄμοτον μεμαΐα,

Homerus lib. 4. Iliad.

Ἄρεος ἀνδροφόνιοι χεῖρ' ἔειρε,

8. Aenid.

quem locum etiam imitatus est his versibus,

— *sænit medio in certamine Mauors.*

*Celatus ferro, tristisque ex aethere dira,  
Et scissa gaudens vadit discordia palla,  
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.  
Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus lapix.*

12. AEN.

sic excudi solet in Marone: Iapidem tamen Aufonius scribit, ut in Marone legisse videatur Iapis. Eius versus est,

EPIG. 21.

*Idmona quod vatem, medicum quod Iapida dicunt.*

*Sidus, terra Pythagoræ, cusiones, Varro emendatur.*

## CAPVT XV.

Varro lib. 6.  
de ling. Lat.  
3. Georg.

IN sideris exponenda notatione, quis non, ut ita dicam, Varronis libros esse sideratos putet? sed morbum quo afflati sunt, sanare conabor, hunc in modum: *Sidera, quod quasi insidunt, atque ita significant aliquid in terris peruvendo, aliâque qua re, ut signum cadens in pecore.* Notum est autem è Marone soliros esse veteres signa suo pecori inurere,

*Continuòque notas, & nomina gentis inurunt.*

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

Mihi videor his in capitibus chirurgiam quandam exercere sanandis vlceribus, & interdum fanis vlcera carnificinam. Mox sic lego, *Terrarum anfracta reuisam, anfractum, est flexum, ab origine duplici dictum.* Nam ait anfractum deduci ab ambio & frango, quæ duplex origo est, non simplex. nihilo secius & illud ita scribo, quando cuculi more toties nobis scribo & lego occinendum est. *Quæ vocatur ἡ χθὸν πύθαγορα.* si homo dispâsis brachijs & pedibus diductis statuatur, & in verendis circini pes collocetur, rotundationis linea per extremas manus & extremos pedes curret. Ita genitalia centrum erunt, quæ hic vocatur Pythagoræ terra, machinatione geometrica inuento hominis centro, id est inuenta minoris mundi terra, quæ officina est procreationis, ut in maiore mundo terra ortus regio. Cæterum ut hoc, quod perleue est addam, apud Ciceronem, *Certum terrarum*

Cic lib 2. de  
de Diminat.  
Varro li. 6. de  
ling. Lat.

*obsides, legitur: hic, obtines.* Lego deinceps, *Sed quod vocant Delphis in ade foramen, ad latius est quiddam, ut thesauri specie, quod Græci ὀμφαλὸν vocant, quæ Pythonis aiunt esse tumulum, ab eo nostri interpretes ὀμφαλὸν umbilicum dixerunt.* hæc locupletior est scriptura, quàm editio: & videri potest errasse oculus & transilijse repente ad posteriorem vocem ὀμφαλὸν, omisso versu toto,

ibid.

quem prior vox post se trahebat. Lego mox, *exuperatum virum.* Nam *exuberantium* non conueit versui: *exuperantum* interpretor, procerorum, altifimorum, ut, *forma superante iuuenas,* dixit Virgilius: nisi quis fortissimos intelligat. Lego mox, *Mystica dextra vada præuecti.* At verò quod sequitur,

8. AEN.  
Varro li. 6.

*Areopa-*

*Areopagite, qui dedere quam pudam, ne dicam dolo, nullo modo intelligo: & emendare corrupta, quæ sententiam non absoluunt, hominis esset, qui diuinitus sciret. Pudam, enim illud quid sit nescio: coniecturas tamen meas subscribam: existimaui interdum legendum, qui dedere equam, piam: interdum equam, bonam, interdum equam, putam, interdum equam palam: nulla alternanti potior sententia visa est, ut per parodiam Maronis versum vsurpem. Addam & in exemplari quod habui, *Areopagite*, tantum scriptum fuisse. Lego mox, *qua pontus Helles claustra.* ita legendum apparet ex Oratore Ciceronis. Interpretatur autem Varro cur poëta claustra dixerit, atque id vel è ponte Xerxis, vel ex angustijs & faucibus vtrinque Propontidem includentibus factum esse dicit. Lego etiam, *cum motu vento non est.* Videtur mox legendum: *Conferre queant ratam aratam, qua per mare sudantes eunt, atque sedentes.* Sanè *queant*, è veteri libro est, reliqua coniecturæ meæ. Lego etiam, *cornutam umbram iaci.* Lego mox, *curua. Musas quas memorant, nosce Casmenas: Casmenarum.* Et quandoquidem semper pernox & perdius lego vel scribo. Etenim tam frequenter ista in ore verba habeo, ut iam stilus meus alia scribere ferè nesciat: mox lego, *Cosculo dolosi esu.* Omnia verò ad epulum coëmisse iam cusiones: *Duonus è ruse Diuius Ianusq; venit.* Ne quem fallam, aut circunueniam, pro ad patula, scripsi ad epulum vel epulas, ne quis quantum iuris mihi sumpserim ignoret: alij sanè quam ingeniosè legunt, omnia ad patula: sed quod interpretari commodè non possim: legi tamen aliquando in templis captata omnia, ut etiam fortasse sub dio etiam captarentur: verbum tamen coëmisse non conuenit sensui. In libro antiquo reperio, omnia ad patula: & *duonus ceruses.* Cusiones sunt curiones, ruse rure. Duonus autem Diuius & Ianus videri possunt vocabula Curionum, quod tamen in re tam prisca & oblitterata affirmare non ausim.*

*Sesquisenex, ambe, Casinum, cumerum, paluda, fictor,  
Varro emendatur, CAPVT XVI.*

30

EXTAT apud M. Varronem perlepidum perque venustum Papinij epigrammatium in adolescentem Cascam, sed quibusdam tamen locis inquinatum atque maculatum: ego creta quadam cimolia eius maculas detergere conabor, proponâque id, quemadmodum scribi debere censeam.

35

*Ridiculum est cum te Cascam tua dicit amica,*

*Fili potoni sesquisenex puerum.*

*Dic tu illam pusam: sic fiet mutua muli:*

*Nam verè pusus tu, tua amica senex.*

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

Cum Inuenissem in vetere libro, *potonis esqui senex*, existimaui potoni ses-

N n 4

quisenex



ibid.

quisenex legendum, id est, plusquam anus. Senex enim de muliere etiam dicitur, ut, *tua amica senex*. Sunt & duo iambici versus oppido quam elegantes. Manilij de Casco Cascam ducente, in quibus canore nuptiæ sunt congruæ, conuenientes, concinentes. Quod autem ait Varro, *etiam nunc Casinum forum vetus appellant*, intelligo oppidum Calinum à Romanis appellatum fuisse forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, ut foro Cornelij, foro Sempronij, foro Liuij. sequitur mox, ut in antiquis libris scribitur, *Item significauit, in Attelanis aliquot pappum senem, quod casnar appellant*. hic pappum senem esse suspicor carduorum lanuginem, senilem hominum canitiem æmulantem, Græci γίρειον appellant. editiones pupum habent, qui uolet eas sequatur. Ait Varro, *profectum uerbum ab ambe*. hoc uerbi sollicitos & anxios habet grammaticos. Ego ambe puto esse circum, quod diminutum dicitur an, ut in anquiro. Integrum est & inco-lume in explicatione ancilium in libris antiquis. Nam editionum censores eum quoque locum uolunt atque læserunt. *Ancilia dicta ab ambecisu*. 15 dicitur & ambu, ut in ambubaijs. Lego mox, *litera commutata ambagio dicta*. Ambiegna autem est circum quam duo sunt agni. Lego mox, *ut signa canunt, canes appellata*. Lego deinde, *itaque dicitur in nuptiis camillus, qui cumerum fert*. Defenditur hæc emendatio Festi auctoritate, vas istud quod in nuptijs ferebatur, cumeram appellantis, & camillum, quod & 20 ut ait, à camillo ferebatur opertum utensilia nubentis continens. Lego deinceps, *in quo quid sit in ministerio plerique extrinsecus nesciunt*. Cæterum subulo mihi uidetur esse tanquam sibilio: exponitur à uetere critico αὐλη- 25 τής. In uersu autem illo antiqui poetæ,

*Corpore tartarino prognata paluda uirago,* 25

etsi Varronem suspicio & reuereor, parum tamen abest, quin putem eum hinc hallucinatum, qui quidem paludam plaudatam interpretetur, uocem secutus uitiolam. Neque enim Latini sermonis consuetudo pati hoc uide- tur posse, ut paludum pro paludato loquamur, & poeta ille scripsisse po- 30 tius uidetur, *prognata palude*. constat enim Mineruam ad Tritonidem pa- ludem natam fuisse, ut ea ferè palude prognata uideatur: sed tamen fas non sit à tanti scriptoris sententia recedere. Cùm citat Platonem in quar- to, significat quartum Platonis librum, qui Phædo uocatur. Lego infra, *sed lucæ, neque uersi potius Lucani, quam luci dicti*. Infra autem existimo ita scri- bendum, *Qui enim ut haberet orationem, publicè ab uniuersis tum legebatur, ab* 35 *oratione orator dictus: cùm res maior erat, legebantur*. Infra uitiolissimè legitur in Saturnio carmine. Non enim uersus Saturnius est, qui est Iambicus hy- percatalecticus, sed uersus Ennij heroicus, ubi narrabat Numam mensas sacras, quibus ad rem diuinam est opus, & ancilia Saliorum constituisse, eun-

eundemque liba instituisse ad rem diuinam, & fictores, qui sunt panifices, libarique uocari possunt. In uetere inscriptione legi, *DISCIPVLVM FICTORVM PONTIFICVM* In uetere libro reperio, *argei sunt è scirpeis simulachra. hominum xxiiij. ea quot annis de ponte sublicio*. Tutulati sunt qui in re diuina habent in capite tutulum, ut flaminicæ & pontifices. Lego au- tem, *queis habent uti uelatos*.

*Varro emendatur, cortina, casabundus, epicrocum, diabathra, ofca, ferentarius amicus, carere.* CAPVT XVII.

10

CVM Varro nominatim in libris de lingua Latina scribat, ut in his qui sunt uersibus plerique, quod mox pedibus solutum liberumque creditur, e- go modis & numeris uinctum ligatumque censebo. sequuntur igitur sta- 15 tim duo claudicantes iambici, quos scazontes Græci uocant,

*Volturnalem, Palatnalem, Furinalem,*

15

*Floralem, Falacrem, & Pomonalem idem fecit.*

Falacrem autem pro Falacrali posuit coactus uersus lege. Lego mox, *que obscura sunt, eorum origo Volturnus*. Excipiunt non longè nomina piscium, ut ait Græca, sed nulli intellecta in uersu Lucilij, quem ego sic legi debere

20

*censeo, Occidunt Lupe, saperda te & iura siluri:*

*Sumina te, atque amia.*

Notum est, ne testato agam, ex Horatio & Persio quam acris & uel- mens fuerit in Lupum Lucilius: eum credo hoc carmine compellari. Etiam 1. *Persius saty.*

Lucilianum uersum ita scriptum reperio,

25

*Quidam thynno capto corium excludunt foras.*

Antonius Augustinus uir & eruditissimus & optimè de literis elegantiori- bus meritis, Varronis uerò uindex, assertor, patronusque unicus habend- 30 us: immo uerò eius potius Æsculapius existimandus, siue sola animi con- iectura ductus, siue librorum auctoritate adductus, commodissimè cor- uum legit. Lego paulò post Ennianum uersum hunc in modum,

*— cana quæque in*

*Corpore caruleo cæli cortina recepat.*

tantum è telo cæli feci: & in libro antiquo dubium erat ligneamentum primum, & ambiguae inter c & t figuræ. hoc uersu Ennius hemispherium 35 cæli cortinam appellauit, de similitudine cortinæ Appollinis, quæ, ut ait, nomem habuit à corde, quòd inde primæ sortis existimata. Inuenio in an- tiquo exemplari, *Quid unde inuitis sumpserint perduellibus?* quod & adscri- bendum putauit. Cæterum Opilius uerborum enodator antiquorum fuit: is à Stella, quæ uesperis oritur, tempus uespertinum ipsamque uesperam, uespe-

Varro li. 6. de ling. Lat.

Persius saty.

Varro lib. 6. de ling. Lat.

Catullus in  
in cariem nu-  
ptiali.

vesperum vocari credidit. At verò apud Catullum alia significatione dicitur, *Vesper adest iuuenes*. Intelligitur enim ipsa stella. Atque hic sensus erit editiones sequenti. Nam libri manualis literaturæ habet, à quo eam *Opilius*

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

scribit *vesperum*, quod de stella liquidò perspicueque intelligitur, non de suprema tempestate, quo sensu & in Catulliano ceto erit accipiendum, 5 quiddam significabitur quàm tempus primum noctis. Eam stellam, ut libri sanctiores loquuntur, Græci vocat *δία ἐσπερίων*. In XII. tab. lege, ut pe-

Catullus lib.  
17. cap. 2.

ne notum est puerulis omnibus, è Gellio scribendum, *Sol occasus suprema tempestas esto*. Scribendum etiam omnibus approbantibus & scripturæ gratulantibus, *ea enim merces quæ Græcè dicitur λάσσω*. Ennio in libro iuratissimè 10 fidei versus iste tribuitur,

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

*Risi egomet mecum Casabundum ire ebrium.*

Casabundum autem, non cassabundum hac de causa scribendum cenfeo, quòd à cadendo deducitur à Varrone, vel, ut melius origo intelligatur, quòd à casare proficiscitur. quod continuò additur, *Diabathra in pedibus* 15 *habebat, erat amictus epicroco*, de homine dicitur, cultum muliebrem & molliorem gerente. nam & Diabathra muliebria erant calceamenta, & color croceus in vestitu viris erat indecorus. Vbi porrò hodie in Plauti exemplaribus legitur, *lanam carpere*, M. Varro sine controuersia legit carere, quod est purgare, ut interpretatur, quo vocabulo vsum etiam dicit Næuiù 20 in *Commotria*: sed & vltro ipse ita carere vsurpat cum hic scribit, *Cum ex ea carent, quod in ea hæret, nequè est lana, quæ in Romulo Næuius appellat osca ab Osci*. Purgamenta & sordes lanæ per contumeliam & iniuriam summam Osci, qui obsceni habebantur, osca Næuius appellauit, ut Varro interpretatur. Scripturam veterem interpolant multi, aliq; aliter euul-

Sosipater lib.  
8. de Gram-  
mat.

gant: est qui scribat, *quod in ea est nequam, est lana*. est qui fecus, *nequa est lana quam*. hæc excogitata & commentitia lectio, si cui probetur, significabit nequa lana, spurcam & impuram, quæ non sit aliqua, id est alicuius pretij. Nam Sosipater nequa dici pro nequam docet. Lego mox, *militibus si quis eorum deperisset: & nam illum tibi ferentarium*. Ac videtur ferentarium 30 amicum potius dixisse Plautus, qui subsidio & auxilio futurus sit, quam quomodo Varro interpretatur, qui inanis & sine fructu sit. sed Varroni vix reclamare audeo.

Varro lib. 6.  
Plautus Tri-  
num. Sc. Mi-  
nus quinde-  
cim.

*Schænicola, scracia, scrupeda, strictabilla, tantula, miriones, strebula, axiciosus, Varro emendatur. CAPVT XVIII.* 35

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

VERSUS M. Actij extat apud Varronem subobscurus, *Non quasi nunc hæ sunt hic limaces liuidæ? quem de meretricibus dictū accipio, quas ad despiciatum*

spicatum limacibus comparari existimo, & fortasse cum eo continuari debent elogia huius Iambici, *Diobolares, schænicola, miracula*. Ac schænicolæ quidem dicuntur quæ scæno vnguentario. (sic enim in Varrone legendum existimo) nonnullam odoris gratiam accerserent, quas & schæno delibutas ipsemet Plautus dixit. Versus sequitur superioribus, ut appa-

pæculo sc.  
Negotij sibi.

ret adiungendus, sed in scriptorum libris variè conceptus, cuius haud scio an verissimam sim formulam exhibiturus literatis. Quemadmodum tamen mihi videatur esse scribendus dicam, etsi scio perdifficile esse malignos calumniatorum morsus effugere, qui non tantum satis habet ipsi reprehendere, verum etiam clam submitrunt, & subornat qui reprehendant. 10

Varro lib. 6.

Lego igitur, *scracia scrupeda, strictabilla, tantula*. tantulæ sunt, paræ, breues, ut apud Plautum, *Tantula tanta verba fundit*. scraciæ sunt æquè despiciendæ & contemnendæ ac screa sputaque, sic vocatæ quasi scracia. videtur Varro scraciam explicare siccam. Nam in eo videtur legendum, *scracia sic-* 15

pæculo sc.  
Negotij sibi.

*cam significat*, vel exiccam significat. Nam cum sicca sunt & arentes fauces, magno & difficili strepitu & roncho velut troclea screatum trahimus. sic adsignificat, tamen non muto. Scrupedam Aurelius exponebat à scauro pede vel scauripedam. Nam sic in Varrone lego: scaurus autem exponitur 20 *σρεβλόποιος & σκαμβός σείλος* à vetere critico. Horatius quoque,

saty. 3. lib. 1.

*Balbutit scaurum prauis fultum malè talis,*

in Sermonibus scribit. Lego autem non longè, *ex eo ab Actio positum in curiosa*. Itaq; est in *Menalippa*, *reijcis abs te religionem scrupeam pone*. Actius, inquit, scrupeum pro curioso vsurpauit in *Menalippa*, cum religionem scrupeam dixit, quam post tergum reijciendam ait. Strictabillæ dicuntur non tam 25 ambulantes, quàm summo pede vel talo terram stringentes, quod vsuuenit ijs quibus pedes lesi sunt, vel crura. non enim planum ponunt vestigium pedis, sed eius extremo tantum radūt solum, qui iidem pedibus suis ægrè stant & insistant. A stringendo deducitur strictare: à strictando strictillare per diminutionem, & per eandem iteratam strictibillare vel strictabillare

Varro li. 6. de  
ling. Lat.

ut à conscribere, conscribillare: vnde strictabillæ sunt appellatæ, ut Varro ait. Nec verò scriptura quam hic tueor mea est, sed eorum librorum, quibus hodie solis testimonij, ut placet quibusdam, dictio est. Lego autem in-

ling. Lat.

fitelli tergo, *mulier es uxor, cui nam te ego noui, scio axiciosam: & paulo antè, axiciofa annonam è vili caram concinnant uiris*. Reperio mox, *Quasi Claudius* 30 *scribit axiciosas demonstrari consupplicatrices, ab agendo axiciosas*. Mulieres rebus diuinis deditæ simpulatrices dicebantur, ut ait Festus. Idem scribit anti-

Festus lib. 17.

quos axit pro egerit dixisse: ut apud Plautum addaxint, pro adegerint in Aulularia reperitur: axiesque refert esse mulieres in ædibus vna agentes, & axiciosos factiosos: ut axes fortasse Pompeio mulieres sint, quas axiciosas

Festus lib. 1.  
Plautus Aul.  
sc. Exi in qua.

Fest. Pomp. li.

Varro

Varro vocat, quæ vna agunt cum alijs. Axitas etiam reperio in antiquo lexico exponi *ἄπο τελευμα πικρῆς*. Alij hîc actiosas vbiq; legunt, & suspicatrices, non supplicatrices. Nos istam varietatem lectori potius proponimus, quàm nostram sententiam interponimus, quam tamen si quis requirat, putem Plautum axiciosam scripsisse. Varro autem Claudij non sequitur interpretationem, sed eam affert, quam retulit Festus. Mox autem legendû, *de stribula ut delumbos cænabis Chærea. Stribula, ut Opilius scribit, circûcoxendices sunt nobis.* Strebula Pompeius ait Vmbrorum lingua appellari partes carniû sacrificatarum. Arnobius lib.7. ferè vt Varro interpretatur sic scribens, *Non enim placet carnem strebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur.* Etymologiam ei Græcam reddit Varro à verbo *τρέφειν*, quod est vertere. Legendû quoque mox existimo, *Scobinam ego lima acturum abrazi.* Nam Varro limam interpretatur, quod non faceret, nisi eius poëta mentionem fecisset, quam materiam & instrumentum & rem fabricilem dicit. Cæterùm cum scribit actium dixisse personas distortas, oribus deformes, miriones, de personis histrionum monstrosis & deformibus intelligo, quod & de similibus figmentis ridiculis accipi etiam velim.

Varro li. 6. de ling. Lat.  
Festus lib. 17.

Varro li. 6. de ling. Lat.

*Synthesis, synthesis septenaria, prela vestium, pædagogia.*

CAPVT XIX.

20

NON dubito, quin hîc me virum imi subsellij homines dicturi sint post probatissimos in omni genere elegantis doctrinæ viros tacere debuisse, & eis pedaria assentiri sententia: id quod sanè fecissem, si mihi potius mea, quàm veterum sensa essent proferenda. De synthesisi quis non & hac & superiori ætate scripsit? non tamen assentior ijs, qui viliores vestem dicunt, quibus oppono Tertullianum in libro de pallio, *utique sicut vestigia castuum viria occupavit* (sic enim illic legendum censeo) *ita endromedis colorem aliqua mulieria synthesisi extrusit.* de Cleomacho loquitur, qui vestitum Athlericum molli delicatòque cultu mutarat. Existimo autem synthesisin elegantiore & lautiore fuisse vestem, qua pop. Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, vti licebat, cum Romæ quo quis vestitu vellet, vti non liceret, togasque ferre cogentur. sic audio Venetos fenatores certo quodam togæ genere perpurò vti in publico, domi eosdem sericatos esse: qua veste domestica si foris vterentur, capitis dimicationem subituros esse, & nobilitatem amissuros. eam vestem synthesisin appellabant, quod cum ea rarò vterentur, domi compositam habebant in arcis aut prelis. Martialis,

Martialis lib. 11.  
Epigr. 9.

*De palatinis domina quod serica prelis.*

eorum

eorum est prelorum mentio apud Marcellinum, vocatque nisi fallor, preforia: ea tamen veste domestica vtebantur, vt cum conuiuio dabant. Martialis,

Li. 5. epig. 120.

*Vndecies una surrexti Zoile cœna:*

*Et mutata tibi synthesis vndecies.*

5 Rursus,

*Frigus enim magnum synthesis vna facit.*

ibid.

Zoilus vestes ostentabat, eas in conuiuio subinde mutans: quod & alio epigrammate Martialis planum facit,

Li. 2. epig. 16.

*Zoilus agrotat, faciunt hanc stragula febrem:*

*Si fuerit sanus, cocchina quid facient?*

10 Nam morbum simulabat, vt vestem stragulam pretiosam ostenderet. Septenas aut octonas vestes in singulis arcis aut prelis habebant, quæ septenaræ aut octonaræ vestes, synthesises propriè dicebantur: sed &, vt Scæuola scribit, vniuersa etiam vestis, quod, vt opinor, composita in vestiario esset. Per translationem septenaria synthesis Sagunti à Martiale dicitur, cum

L. Titia §. s. pronia ff. de aur. & arg. leg.

15 septem vasa saguntina fictilia intelligat: & à Papinio:

*Aut unam dare synthesis, quid horres?*

*Alborum calicum atque caccaborum.*

Martialis. li. 1. epig. 126.  
Papin. lib. 4. fluar. in risu Saturnalicio.

pro aliquot calicibus atque cacabis dixit: & cum finxit illum horrere synthesiseos nomine audito, indicauit synthesisin caram pretiosamque fuisse.

20 Aliud etiam atexam, quos hodie vernacula voce pagios nuncupamus, qui ferè ingenui & nobiles pueri sunt in nobilium familia, eos, quod & doctis placet intellexi, nomen habere censeo à veterum pædagogijs, non à pagis, vt vulgo existimari video. Nos autem, qui breuitate vocum delectamur, verbum ita imminuimus, vt tamen vetustatis notæ appareat. Plinius,

Lib. 7. Epist.

25 *puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat: venerunt per fenestram (vt narrat) in tunicis albis, cubantemque detunderunt.* Eo vocabulo turpius interdum etiam vtebantur, cum eo cœtum puerorum, qui in delicijs habebantur, significarent. Tranquillus in Nerone, *super ingenuorum pædagogia, & nuptiarum concubinatus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit.* quo in loco corruptè

Et mihi discedi.

30 perperamq; scribitur proagogia, vt & in superiore Plinij loco pædagium. Plinius lib. 33. nat. hist. *Iam verò pædagogia in transitu virilitatis custodiantur.*

Cap. 28.

Cap. 12.

significat enim puerorum, qui in delicijs habentur, cum eorum forma exolescere incipit annis, & in virilitatem transire, tamen pulchritudinem custodiri & prorogari ornamentis argenteis. Inscitè autem illic scribitur,

35 *Iam verò à pædagogis.*

*Declauare, pinus succincta, claua.*

CAPVT XX.

Oo

EXPONI

EXPONI video in Pandectarum titulo Arborum furtim cæsarum cingere, delibrare vel deglubere, quod tamen non est temere credendum: sed Græcorum interpretatio ista est, ζωνύειν esse ἀελεῖν τὸ φλοιόν: Græcis autem hîc fidem derogare non est nefas. nec enim crediderim verba Latina præsertim obscuriora eis admodum intellecta fuisse. plus apud me ponderis habet & veterum exemplarium maiestas, in quibus deglabare scribitur, & linguæ proprietas. Nam, etsi qui detrahit vndique corticem, tanquam cinctura amplecti arborem videtur, tamen cingere potius videtur, qui vndique amputat ramos & clauas, solúmque relinquit truncum & stirpem. mouet me Ouidius, qui pinus succinctas dixit, quod est fursum & altè cinctas, quòd nullis à stirpe ramis ad summum cacumen obsideantur, sed simplici stipite & caudice assurgant substrictæ. Lego igitur declauare, quod est clauas amputare. Nam clauas & clauulas in hac significatione posuerunt. Palladius, *Claua seri commodius est, quæ sit manubry crassitudine, longitudine cubitali.* Varro, *ut sit de tenero ramo ex vtraque parte equaliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant.* Iam nemo nescit, quam sæpe in veteribus monumentis librorum g pro c, b pro u commutetur. quod cum animaduertentem, & existimarem potius ramalium & clauarum prætori in mentem, quàm libri venisse, declauare substituere malui, quam vel deglubere vel delibrare.

*Mala mansio, robur, codex, numella.*

CAPVT XXI.

AMBIGI video quæ sit apud Iuriconsultum mala mansio, quæ quidem exprimi ad verbum Græcè possit ἀρκὸς σαγμὸς. Ego eo nomine suspicer, sed suspicor tantum, arcas in quas conijciebantur serui, de quibus quæstio erat habenda, sed & alij malefici interdum. Cicero pro Milone, *subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à cæteris, & in arcas conijciuntur, ne quis cum his colloqui possit.* Arcæ autem illæ olim robustæ erant: vnde & robur prisca appellabant. Festus, robur, inquit, in carcere dicitur locus is, quo præcipitatur maleficorum genus, quòd ante robusteis arcis includebatur: quem locum etiam robustum carcerem Plautus vocauit. Ex illis etiam arcis fontes interdum præcipitabantur & interficiebantur: Valerius, *quinetiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt: nisi quis de alto stipite intelligat.* Apuleius roboris meminit in apologia secunda scribès, *ὁ subtilitas digna carcere & robore erat & πέντε σέλιτρον ἔβλον*, robur vel codex, vel cippus, cui manus & pedes inferebantur caputq;. Codicè à robore diuersum esse censeo, cū sit

lignus

lignus stipes, quem alligati serui, qui deliquerant trahebant, cuique infidebant vinciti, qui hodie apud nos appendi solet simijs. Propertius,

*Eleg. 7. lib. 4.*

*Codicis immundi vincula sentit anus.*

Iuuenalis, *Horrida quale facit residens in codice pellex.*

*2. sat.*

significat à matrefamilias seruam pellicem malè tractari, & in vinculis habitam lanificio perpetuo fatigari: quanquam non deest, qui in codice residens, interpretetur, vt Lacedæmonios in robore accumbere Cicero dicit, pro in robusta quernave sede. vidi qui codicem in priuatis edibus aduersus improbos & nequâ seruos id esse diceret, quod in carcere publico robur: quas omnes sententias etiam volui referre, vt inter eas lectores iudicent. In vinculis etiam numerari solitam numellâ scimus, quam putamus, vinculum fuisse ligneum, quo collum insertum comprehenderetur. Nomen habere videtur inde, quòd qui eo vinculo constructi erant, nuere demissòq; capite esse cogebantur: quale Græcis vinculi genus κόπων fuisse videtur. numellam enim, quasi nuellam, abundante litera m intelligo à nuò, vt luelam à luo. Ea qualis esset satis ex Columellæ verbis perspicietur, qui ita scribit, *vbi possunt etiam numellæ fabricari, vt inserto capite descendentibus per foramina regulis cernix teneatur.* Sed vt eo, vnde primum profectus sum, reuertar, arcas illas robustas existimo ioculari vulgi vocabulo malas mansiones esse dictitatas, sumpta translatione à mansionibus, in quibus viatores consistere solent, aut milites aut magistratum comitatus.

*Luere, Cluacina, myrtus hexastica, lutea.*

CAPVT XXII.

LVERE inter cætera purgare est: vnde & mater Lua dea erat quæ luebat, id est purgabat, cui interdum ad lustrandam hostium cædem arma & spolia incendebant. Sed & vt Luacina, Venus à purgatione dicta est Cluacina, quasi colluacina. Cluere enim veteribus tanquam colluere & purgare erat. Plinius, *depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacina habet. cluere enim antiqui purgare dicebant.* Tertullianus tamen à cloaca Cloacinam dictam cauillatur & Arnobius: sic Murcia Venus tanquã Murcia dicebatur: sed & Murcia murcidorū & ignauorum dea erat. Sed quoniam in mentionem Plinij incidimus, eum ipsum si possumus, etiam in sua myrto velut verbenis quibusdam purgemus. scribit myrtum esse quandam nostratem patulo folio, Tarentinam minuto, exoticam densissimo senis foliorum versibus. quis hîc non videt esse legendum hexasticam, non exoticam, à sex versibus foliorum interpretare ipso Plinio, & archiois antiquis approbantibus? Nam exoticam malè legi apparet eo, quòd Tarentina

O O 2 tina



tina etiam exotica est, cum ipsa nostras non sit. Addit eodem loco, *quin & virgei annuli expertes ferri inguinum tumori medentur.* in antiquis sanctuarijs reperio, *quin & virga iaculi*, fortasse quod è myrto iacula interdum fiebant, quorum hastile virgam vocat: virgæ autem illæ, quæ nondum spiculatæ ferro fuerant, tumentibus mederi censebantur inguinibus.

— *crebris hastilibus horrida myrtus,*

3. AEN.

à Marone docitur: &

— *Iaculis increvit acutis*, de eadem myrtea silva per translationem vtrunque dicitur: vt & virgæ iuculi dici possint tam grandes, vt ferro pro iaculis asperari possint: & alio loco. *Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.*

7. AEN.

Caesar lib. 5.  
de bell. Gall.

annulli tamē virgei perplacent. Altercantur eruditi sitne in Cæsare de Britannis loquente, luteo an glasto legendum? vtrūvis sine vlllo sensus & latinitatis dispendio legeris. Apuleius enim Isatin ab Italis luteam aut glastum vocari dicit. Ita cum vtrunque vocabulum Latinum sit, fraudi non debet esse hoc vel illud Cæsari intexere, disceptatore & arbitro velut à prætore dato Apuleio: quanquam satius omnino sit vetera sequi exemplaria, in quibus vitrum scribitur.

*Vitrea bilis, nacta, detonsa iuventus, & quadam in Persio explicata.*

CAPVT XXIII.

20

NON est oscitanter prætereundum, cur à Persio vitrea bilis dicatur 3. Satyra, cum scribit, — *turgescit vitrea bilis,*

*Finditur.* ea est bilis splendida & clara, id est quæ se clarissimè è splendore prodit, quæ & splendida bilis à Flacco dicitur: quidam tamen putant, quæ statim euanescit & frangitur, etsi emicat & splendet, vt in versu illo Publano,

*Fortuna vitrea est cum splendet frangitur.*

verum, vt exposui, eodem modo Græci *ὕαλον* clarum & pellucens appellant. scio & apud medicos esse putuitā vitream, quam quis hîc bilem vocari à poëta supicaretur: sed id nimis longè repetitum esset. non sunt tam ex alto ducendi sensus, de quibus poëta nihil cogitarit. Liber autem mox sumitur, vnde aliquid describatur in charta: bicolor membrana chartæ est inuolucrum & regumentum, & manuale exemptile. in charta autem scribebatur à discipulo. hoc ego obiter monui, vt Persij sententia pateret magis, quæ hîc obscurior occurrit.

— *An deceat pulmones rumpere ventis?*

sententiam hanc habet: tene adeo tumidum inflatumque & superbi animi esse oportet, vel quod longa serie sis nobilis, vel patricia sis ortus familia, vel

vel senatoria, vel quod ex equestri sis ordine, & in translatione trabeatus spectantem salutes censorem tuorum equorum faleris & ornamentis populum fallito, mihi nihil impones.

*Non pudet in morem discincti viuere nactæ.*

5 in antiquis libris nactæ scribitur, nec ab ratione. Nam fullones, qui nactæ vocantur, vestimenta pedibus calcata salu suo fullonio premunt, & denfant: sed & vestis à fullone dum cogitur, cōsiliari dicitur. id enim est *νέσσειν* Græcè, & *νακιδά* vocantur coactilia. nacta igitur velut *νέσσειν* erit: eodem verbo coactiliarius & pilearius accipi etiam poterit. Quod si à *νέσσειν*, vt apud Festum est, deducitur, vnico c scribi debet: sed cum ea litera duplicata reperiat, suspicio est posteriorem esse: nec officiet veriloquium, cum etiam notatio *νέσσειν* à *νέσσειν* accersi possit. vox hæc integra hodie est in Apuleio Asini aurei lib. 9. *Maritus foris apud nactam proximum cœnitabat.* in secunda quoque apologia, *quid illi existiment nactæ, non putabo,* legendum censeo, non nacti, vt editur: non desunt tamen, qui nauci legant. in Horatio quoque scribendum,

*Non quo fraudatis immundus nacta lucernis.*

saty. 6. lib. 1.

sed sordidus, inquit Persius, & nequam fullo, qui non est nauci, ignorantia & inscitia peccat: tu prudens sciensque virtutem deseris, quæ terribissima est animi labe & ægritudo: ac nolim alia ratione ab Ioue importuni & scelerati tyranni puniantur: tantum videant virtutem, & ea intabescant relicta. Equidem, inquit, ipse à studijs aliquando abhorruï, sed pueritiæ inscitia & lasciuia ætatis ludo deditæ delinquebam: tu neque inscitiam excusare potes, cum philosophiam didiceris: nec pueritiam prætereundum, qui tantus es natu.

*Grandia si nollem morituri.*

— hoc genus exercitationis est quod apud Rhetores ethopœia dicitur.

— *insomnis, inquit, quibus indetonsa iuventus.*

scribendum est, quibus & detonsa iuventus. Erant enim Stoici tonsi ad cutem. itaque Stoicus *ἐν γυμνασίοις* à Luciano per irrisionem dicitur: & de illis à Iuuenale scribitur,

Lucianus in vitæ actione.

Persius Satyr.  
3.

— *Atque supercilio breuior coma,* ait Persius, & in quo dirigis arcum.

Iuuenalis saty.

quis non videt additamento literæ quod legendum ratione sermonis id exigente, & assentientibus libris veteribus?

35

— *meta quam mollis flexus & vnde.*

Pers. saty. 3.

in circo ad metam, qua inflectebatur curriculum, flexus dicebatur: à Græcis *καμπή*, vt & in stadio: & ipsa quoque flexio & lustratio meræ flexus dicebatur. in lustranda autem curru meta, in ipsoque flexu maxima aurigandi industria erat, maximumque periculum imperitiæ. Ac certus

per. sat. 3.

erat locus unde cursum flectere oportebat, qui secus fecerat, rotam plerunque frangebatur metæ impactam. Cùm autem curriculum vitæ humanæ simile sit curriculo circensi, per flexum metæ artem intelligit vitæ regendæ atque moderandæ. mox dicit Persius hircosos cæturiones non adeo istam audire philosophiam, quæ vitæ præcepta tradit, ut eam ultro derideant. deinceps Persius, ut & initio Satyræ, in potiores inuehitur, quos plerunque dicit intemperantia immaturam sibi accelerare mortem. Non est autem dubium quin, *faucibus exuperat*, legendum sit, non exuberat, lege versus id cogente. &

— *crassisque rutatus amomis.*

In portam, autem, est versus portam. Nam extra urbem in pedes efferebantur, vrebantur, & sepeliebantur. Vbi de intemperantia vini locutus est, quæ lethales plerunque gignit corporis morbos, ad morbos animi transitionem facit, atque inspicere nos ait & explorare diligenter debere, num in animo nostro aliquis resideat morbus, & venas veluti tangere debere nostras. Alter id ceu de febre corporis accipiens, sibi nec pectus calere, nec extrema frigere, seque sanum esse refert. contra reddit, an cùm amore pecuniæ ferues, aut amore puellæ formosæ captus es, cor & venæ tuæ rectè saliant, & micant? id est an sanus es? immo verò à vitio animi morboque laboras. itaque, *cor tibi rite salit*, per interrogationem legi debere censeo. es etiam, inquit, cuppes & ligurritor: ac si tibi plebeia ac paribiles apponantur epulæ, fauces tuæ vlcerosæ sunt: timidus præterea & pavidus es adeo, ut tibi inhorrescant stantes capilli: & per iram de potestate insanus exis, qui quidem sunt animi certissimi morbi.

*Alij, parasiti scorta vocabantur, catena singularia, ballista centenaria & talentaria.*

CAPVT XXIII.

ARGUMENTVM fabulæ M. Aetij Plauti, quam Captiuos inscripsit, bellum continet inter Aetolos & Aulidas: sed qui (malum) sunt isti Aulidæ? Est Aulis vrbs Bœotia coniuuratione Græcorum in Troianos nobilis: sed eius municipes Aulidenses dicuntur: nec vnquam tantum ea vrbs potuit, ut bello Aetolos laceffere auderet. In argumento autem Comædiarum res esse oportet, si non veras, at certè verisimiles. ego & fide librorum veterum, & auctoritate rerum adductus, legendum censeo, Alij, sic enim populos Elienses vel Eleos vocat. quos gessisse bellum cum Aetolis ex Polybio cognoscimus. Itaque in argumento,

*Pater captiuos commercatur Alios,*

Id est Eleos mercatur. eodem modo in prologo,

Capit

*Capit captiuos commercari hic Alios. & paulò post,*

*Summòque genere captum esse equitem Alium,*

aut, ut in quodam libro legi, Aleum, id est Eleum. sic Alis est Elis, ut in illo versu,

*Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.*

Alidæ in eodem argumento sunt Elei, quia bellum Aetolis dixi cum Alidis nisi quis Alijs legat. In ea Comœdia iocatur parasitus se scortum dici à scurris & hominibus vrbis cuius rei ea est causa, quam reddidit, quia in conuiujs cum more Græco solerent talis fortiri vices bibendi, talos mittentes scorta inuocabant sua, suasque amicas fausti omnis causa: ab illa inuocatione parasiti scorta appellari cœpère, ut scurratur: sed aliorum, quia inuocati, id est non vocati venire in conuiuium solebant, cùm essent patrinarum affectatores. Itaque apud Plautum in Truculento, cùm dixisset Truculentus adolescens,

*Vel amare possum, vel etiam scortum ducere:*

15 Respondet Astaphium,

*Lepidè mecastor nuntias: sed dic mihi,*

*Ain' parasitum te potesse ducere?*

qui versus satis indicat parasitos scorta vocatos fuisse. Quæ sunt catenæ singularia in eadem fabula? nempe quæ sunt singularum librarum. Sic ballistæ centenaria, quæ saxa centum pondo iaciebant: Talentaria, quæ talenti pondo: Lucilius, *Quid sic ballistas iactas centenarias?* Sifenna, *ballistas quatuor talentarias.* In eadem fabula mox legendum est, *avis fera consimilis est.* Avis enim fera è cauea libenter euolat, neque postea redit. Hæc ex ea fabula stricim attingere visum est, si cui fortè probari possunt, in quam fortasse plura aliquando annotabimus: sed hæc in præsentia satis esse confidimus, cùm iustam operam commentarij non suscipiamus, sed tantum hinc & inde aliquid leuiter delibemus.

*Lenis, bardaicus, saccare. Martialis explicatur.* CAPVT XXV.

30 EXTAT Martialis epigramma luculentum & egregium ad Licianum, *Li. 1. epig. 17.* ut editiones loquuntur, ut libri suggerunt antiquæ fidei, quibus plurimum credo, meisque in tribunalibus ferè eorum testimonio res multæ secantur, & lites deciduntur, ad Licinianum: in quo multa reperio partim corrupta partim aliter edita, quàm scripta: in quis & illud initio statim,

*Videbis altam Liciniane Bibilin,*

inuenio & agnosco, cùm edatur semper Liciane, syllaba, ut ne quid aliud dicam, velut in eculo distensa. Rursum pro *sterilemque canum niuibus, effractis sacrum Vadauerone montibus,* in pergamenis exaratum inueni,

004 Senemque

Senemque Catum niuibus,  
vt Carus nomen mōtis sit canicie niuium albicantis & senis, audacia & lasciuia poētis vsitata & frequenti: magis tamen mihi placer,

Senemque canum niuibus,  
vt Vadauero intelligatur.

Et delicati dulce boleti nemus,  
vbi hodie semper Botrodi excuditur, cūm literatē scitēque scriptum reperiam, ignauiaē fuisset omissioris & supinioris nimiumque delicatæ parcere operæ, & annotare nolle. Mihi quidem nemus significare videtur quoddam, vbi delicati expetiri que hominibus Romanis boleti nascebantur ad instruenda mensarum fercula: verius tamen sit, siue boleti siue Botrodi legas, proprium nomen loci, non communem appellationem cibi esse. Botrodi etiam libro XII. mentio est. Scribit Martialis,

Tepida natabis lene congedi vada.  
vbi legendum censebam, Tepida natabis luce Congedi vada.  
non enim diebus frigidis, sed calidis naratione vrendum. mouebat coniecturam antiquus liber in quo scribitur, Tepida natabis lene, quod quidem interpretabar luce. Verūm iurisperitorum flos Cuiacius aduertit me vt propius scripturam veterem ruminarem, & lene legerem, soliumque significari crederem. Idem nomen in Nonio extat, sed per secundam scriptum vocalem, à quo & hoc è Laberio affertur, Cum prouincias despoliauit, columnas monolithas, labella lenis. Ita fit vt editiones culpandæ non sint, quæ lene ostentant. Sed & vbi edititij libri exhibent,

Nonius in Lenis.

Martialis lib. 1. epigr. 17.

Voberca prandenti feras, in manualibus patet,  
Voberca prandenti feras,  
nec illepido sensu, vt dicat, tantam ibi copiam venationis esse, vt prope à prandentibus iaculo feræ in viuarijs configantur ad coenationem accedentes. Etiam pro,

Auidam rigens Dirccenna placabit sitim, reperio,  
Auidam recens Dercelta:

Recens autem eleganter erit, rigens, frigans, quo significato dicit Trallianus recentatum vinum à Latinis dici, quod nos Gallicè frigeras vel frigeratum appellamus, vt & frigerans Aganippe dicitur à Catullo. Inquit Martialis,

Catullus in Epithalamio Iulie & Marlij.

Maclabis & vernos apros.  
vbi lego vernas apros, id est indigenas natosque in tuis viuarijs: sed & in epigrammate non longè distante monebo legendum esse,

Lib. 1. Epigr. 2. 1.

Sic interpositus vitio contaminat vncto,  
aliquanto melius, vt mihi videtur, quàm quomodo per exemplaria profeminatum est. In epigrammate quoque, vt suspicor, in Tongilium, quanto venustius

Li. 2. epig. 40.

venustius est? Cecuba saccentur: quam vt publicatum est, siccentur. Nam sacco transmissa vina liquari solebant vt biberentur. In alio epigrammate libro 4. Lassi bardaici os quod euocati,

Martialis li. 4. epig. 4. Iuuenal. Satyr. 16.

non vt vulgo bardiaci scribo. sic & in Iuuenale lego, Bardaicus index datur, id est militaris, Gallicus. Nam bardi apud Gallos sunt cantores, & bardæa vel bardala alauda, vnde & Alaudarum legionariorum nomen. Bardaicus igitur est Galligus, & militaris, barbarusque. est qui à Bardæis Illyrici populis deducatur, qui & Vardæi vocantur.

10 Coclites, pici, septem stella, reciproca, Thelis, peruulgare, Varro emendatur. CAPVT XXVI.

GESTIT animus in Varrone vbi scribitur, hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur nomina barbarica, scribere contra librorum retentionem omnium, quod amētiaē fortasse videbitur multis nimium effrenata: veruntamen, vt dixi, gestit animus scribere, ῥόμιμα βαρβαρικῆ. Nam vt opinor, Aristoteles de legibus & institutis barbarorum scripserat, non de eorum lingua: & Varronis verba nescio quid tale demonstrant. At quod ex Ennio affertur, decem coclites, quos montibus scimus riphæis fodere, de Arimaspiis intelligo vnoculis, qui Riphæos montes incolebant, & auraria metallata fodiebant, quæ rumor erat à gryphis custodiri, quos Latini picos appellant. Ergo cūm in Aulularia scribitur,

Varro li. 6. de ling. Lat.

ibid.

Pici diuitijs, qui aureos montes colunt:  
Gryphi intelligendi sunt, de quibus ita Mela scribit, Cryphi sauum & peritax genus ferarum, aurum terra penitus egestum, mirè amant, mirèque custodiunt & sunt infesti attingentibus. Quocirca cūm in Curgulione scribitur, De Coclitem prosapia ted esse arbitror.

Sc. Pici diuitijs.

Lib. 2.

Sc. Beatus vidcor.

Non de Romanorum Coclitem familia, sed Arimaspiis dictum intelligo, qui erant, vt historici scripserunt, etsi, vt existimo, falsò, vnoculi. Lego mox in Varrone, Quod est apud C. Actium, Nocte intempesta nostram deuenit domum. Locus enim est sumptus è Bruto Actij. Versus porrò qui de intempesta nocte anapæstici proferuntur, à duabus personis dicuntur: vna interrogat, Quid noctis videtur? altera responder, In altifono cæli clypeo temo superat stellas sublimis, agens etiam atque etiam noctis iter. Atque hos versus, vt scripsi, ita legendos arbitror, modulo nobis fauente, editiones condemnante.

Varro li. 6. de ling. Lat.

ibid.

35 Scribo mox, ad tempus designandum. Septentriones autem ait, à Latinis vocari septem stellas, sic à Cicerone appellantur. I. Tuscul. ita scribente, Quorum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad septem stellas. Lego autem in Varrone, nostri eas septem stellas, boues & temonem, & prope eas axem. Nam mox ostent-

Cic. Tuscul.

Varro li. 6. de ling. Lat.

ibid.

mox ostēdit triones esse boues, quasi terriones sed et de tritū esse cēser: ex quo legēdum arbitror, unde triones ut dicerent, et detritum. Lego paulò post, ad postremum peruenieris. & redito huc conticinio Reciproca tendens neruo equino concita tela, quod ait, ita accipiendū auguròr, cum arcus tenditur, sagitta ad nos versus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partē, unde trahebatur redit, idque est quod reciprocum appellat. Ceterum ubi Varro in Terētio legit, scortatur, potat, omnes vno consensu & cōiuratione editiones hodie, obsonat exhibent. At in Plautino versu lego.

*Si unum epityrum esuriens apud illum in sane edam.*

quam scripturam, ut nihil aliud dicam, certè versus ipse flagitat, qui alio- qui conturbatior erit. Non longè, flexanima tanquam lymphata, è libro Ciceronis de Diuinatione emendandum est. Mox etiam scribo, ea Thelis illi mater. Nam quæ Thetis à Græcis appellatur, eam Ennius Thelin vocabat Varro de re rustica, nec continuo his quas melicas appellant falso, quod antiqui ut Thetin, Thelin dicebant, sic medicam melicam vocabant. Mox interpretatur Varro quod Pacuuius dixerat, ut Bacchi sacris commota. Nam Baccha in Cicerone pro Bacchi male legitur. In versu poëte, quem Varro profert, littus peruolgans, est littus pererrans, obiens, lustrans, ut apud Lucretium,

*Multiplēxque loci spatium transcurrere eodem*

*Tempore, quo celi peruulgant fulgura calum.*

Quid si legamus: rite perfectis sacris, rectè vult accipi: nos tamen alijs id iudicandum relinquimus.

*Alij menses, communis amicus, fistula siluestris, colare amnes*

CAPVT XVII.

LVCVLETVM sanè poëma est Manilij, et si eius argumentum & materia inanis est, & in eo artificio consumitur, quando mendax falsumque quotidie experimur, & ut non experiamur, ex ipsis tamen artis primordijs intelligēti doctoque facilè vanitas patere possit, cum omnia ad libidinem fingantur, ponanturque pro suo tanquam iure. Sed de eius artis vanitate alias fortasse differemus: nunc ad partes vocemus loca quædam libri quinti, eaque excutiamus. Victor Ponti pereleganter ab eo vocatur aries, quod mare tranauerit, superaueritque. Vir gregis, inquit, & ponti victor. Alios menses appellat aliam cæli temperiem & constitutionem. Nam locis calidis & frigidis non ijdem videntur esse menses, sed diuersi. Inquit enim,

*— totūque volet tranare profundum*

*Classibus, atque alios menses aliumque videre Phasin.*

Communem vocat amicum sanè perquam suauiter eum hominem, qui solet

solet obire multa ciuium potentium limina, quotidianoque officio eos salutare: sed cum poëma illud nobile passim erroribus flagitiosis contaminatum sit, opem ei ferre hoc cerè loco conabor. sic enim in eo legendum est,

*Indelassato properantia corda vigore,*

*Instar erit populi, totaque habitabit in urbe*

*Limina peruolitans, unumque per omnia verbum*

*Mane salutandi portans communis amicus.*

Hodie nullo, ut mihi quidem videtur: sensu lagitur,

*Inde relaxato properantia corde videre,*

— totaque habitabit in orbe. Fingit autem non illepide

nec incitè alaram esse noctem, cum ait,

*Ementita diem nigras nox contrahit alas.*

At Tibullus eam imponit curru vehique dicit sequente stellarum choro,

*— iam nox iungit equos, currumque sequuntur*

*Marris lasciuo sidera fulua choro.*

Pastoritia fistula, quæ & rustica & siluestris est, coagmentatis cera multis constabat cicutis: eam significat Manilius, cum ait,

*Pastorēque suum generant, cui fistula collo*

*Hæreat, & voces alterna pes oscula ducat.*

Nam quot cicutæ erant, totidem erant oscula, & vocum discrimina: fistulam siluestrem vocat Firmicus Manilij verba æmulans & tanquam explanans. Nascuntur, inquit, hoc sidere ouium pastores, sed qui siluestri fistula modulantes, rustici carminis dulcissimos modos edant. Iugulas appellare videtur stellas, quæ sunt in humeris & ceruice Orionis: quanquam propriè Varro iugulam dicit esse in Orione, qua iugulus est: totus tamen sic vocatur Orion, Manilius,

*Nunc cancro vicina canam, cui parte sinistra*

*Consurgunt iugula,*

In Firmico puto vitiosè scribi, In prima parte cancri Oriuntur a felli. Sidus autem Orionis, ut illius artis vanitas tradit, venatores facit. Ita scribendum puto in Manilio,

*— quibus aspirantibus ortum*

*Te Meleagre canunt flammis latitantibus vstum.*

Venustè porrò eos, qui in amnibus piscantur, retiæque tendunt piscibus, ait colare retibus amnes, quod per raras retium maculas & plagas, tanquam colarus fluuius transmittatur, & transfluat: nouitiæ tamen editiones exhibent colare: ego colare tueor:

*Et colare vagos inductis retibus amnes.*

cola etiam in instrumento sunt piscatorio. Ausonius,

Manilius li. 5.  
c. 1.

Manil. lib. 5.  
c. 1.

ibid.

Auson. Epist.  
21.

Et



*Et iacula, & fundas, & vilica nomina lini,  
Colaque, & insutos terrenis vermibus hamos.*

Manil. lib. 5. Sed & quedam breuiter emendabo. Ille cito motu non vt editur, monitus, &

— morbum virtutis nomine velant, non vt editur, vitant. &

— tortosque in flexum ponere crines: &, Pontibus impositis, non motibus. 5

Rurfus, Et leget in longo per cursus premia circo: &, Andromedaque vocat geni-

tor. non Andromedaque necat. &, hic alius finisset opus, non sic. Rurfus, & bi-

Manil. lib. 6. ferus cetus. Rurfum, Et quid de bis sex signis pars quaeque reducat. Lego etiam,

Manil. lib. 5. Engonasi ingenicli viuens sub origine constat.

hodie & coma signicula vocibus inanibus excluditur. Lego etiam,

*Hauriet & mistris, sed frugibus ipse fruatur.* 10

succus nemorum suauissimè ab eo sanguis viridis appellatur,

*Et viridis nemori sanguis decedit.*

Sed enim multo plures in eius poetæ versibus errores hærent, quàm vt à me possit tam leui opera curari: quanquam interim etiam vereor, ne quid 15 in eo vlcerem.

*Sigillaria, Ausonius emendatus, runcina, liquor, cestus  
Iunonis. CAPVT XXVIII.*

Arnob. lib. 6. I N F E R I A S ab inferendo dictas constare potest ex Arnobio, qui  
lib. 6. ita scribit, *Non denique vinum liquens patetarum effusionibus inferamus:*  
3. AEN. & Marone,

*Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.*

Sed ex eodem Arnobij libro quedam obseruabimus. Mineruium appel- 25  
lat Mineruæ templum, vt & Dianium Dianæ templum etiam est, *In nono  
Arnob. lib. 6. historiarum Antiochus memorat Athenis in Mineruio cecropem esse mandatum  
ibid. terra.* Sigillaria pro signis vsurpat & sigillis, *Quinimo deos esse sigillaria ipsa  
censetis.* Erat & hoc nomine locus Romæ vbi libri resque aliæ promerca-

Auson. pau- les vænibāt & auctiones fiebāt. Ausonius, *pro quo si per sigillaria in auctione* 30  
lino Edyl. 16. *væniret, neque Afranius Nauci daret, nec Stichum suum Plautus offerret.* Sed

& quia in Ausonium incidi, non omitam monere locum esse elegantissi-  
mum & facetissimum in eo deprauatum, quem Ludouicus Rufardus Iurif-  
consultus vir ingenij magni & iudicij egregiè emendauit. cum enim ho-

Auson. sym- die legatur, *super mensam facta est inuitatio, non illa de ludibrii conuiuio,* 35  
macho Edyl. *vt Græco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, corrigi ex oratione in Ver-*  
14. *rem, de Rubrii conuiuio, quæ quidem emendatio ita vera certa que est, vt si*

quis aliter sentiat, nihil sentiat. Runcina apud eundem Arnobium videtur  
esse instrumentum ad læuiganda & polièda ligna, vocatur à Græcis *ῥυνκίνη*,  
vt in

vt in epigrammate, *ἢ πέλκων ῥυκίνων τ' ἐργία.* verba proferam Arnobij, *Do-* Arnob. lib. 6.  
*lata, effossa, terebrarum excauata vertigine, runcinarum læuigata deplanis.* Quod  
in Horatio explicauit seuerum vncum & liquidum plumbum de pœnis in- Lib. 1. od. 3. 5.  
telligendum non esse, sed de rerum coagmentis & vinculis, confirmatur  
5 auctoritate Arnobij verba ipsa Horatij vsurpantis, & eius sententiam expli-  
cantis. *Quid miserius his esse aut quid infelicius poterit, quàm si eos in basibus ita* Arnob. lib. 6.  
*vnci retinent & plumbea vinctiones?* Est autem attendendum eum liquorem  
non pro humore, latice, aqua posuisse, sed pro mollitudine quadam & re-  
neritate: *Liber, inquit, membris cum mollibus, & liquoris feminei dissolutissi-*  
10 *mus laxitate.* sic & Martialis locutus est, vt in antiquis duobus reperi exem- Li. 6. epig. 13.  
plaribus, sed huius significationis & notionis insolentes emendatores in  
eo decor scripserunt:

*Et placido fulget viuus in ore liquor:*

de statua Iuliæ loquitur. Quam porrò fabulam de Pygmalione signū ebur-  
15 num perditè amante scribit Ouidius Metamorpho. libro x. eam è Philo- Ouid. Metam.  
stephano veram historiam esse cōmemorat Arnobius, qui Pygmalionem lib. 10.  
ait Veneris Cypriæ simulachrum impotentissimè amasse, & in suo cubili Lib. 6.  
sæpenumero collocasse. Cestus non tantum Veneri, sed etiam Iunoni tri-  
buebatur, vt ad amorem Iuppiter inuitaretur allicereturque. Sic enim Ar-  
20 nobius, *Iunonius ille cestus.* Et Martialis,

*A te Iuno petat ceston & ipsa Venus.*

Caliendrum, nisi mentitur editio, in eo est pallium, quod ante recinium  
vocarat. Nam de Ioue dixerat. *reciniatus Iuppiter atque barbatus, dextera fo-*  
*mitem sustinens pardolatum in fulminis morem:* Et non ita longè ea quæ antè Arnob. lib. 6.  
25 posuerat recolligens ait, *caliendra, fomites, talaria.*

*Quædam lib. 16. ad Atticum emendata.*

CAPVT XXIX.

30 H I S C E diebus primum mihi videre licuit exemplaria duo manu  
scripta epistolarum ad Atticum, vnum summo beneficio Memmij viri cla-  
rissimi & literarum patroni, alterum Lambini viri in literis primarij, & fa-  
miliam, vt ita dicam, gregemque ducentis. Igitur lib. 16. quædam ani- Epist. 1. li. 16.  
maduerti, quæ & hîc adscripsi: vt, *Postridie iens ad Brutum in Nesidem hæc*  
35 *scripsi* quod quidem hodie aliter excudi scio. hoc quoque reperi, *Redeo*  
*ad meum igitur ἐπι εὐρωδῶ:* hodie *ἑλωρωδῶ* celebratur: & ego ex eo coniecturam  
secutus & vestigia *θῆλωρωδῶ* aliquando faciendum interpollandumque credidi,  
neque coniecturæ piget: attamen illud *ἐπι εὐρωδῶ*, adhuc sinamus significabit,  
non malo abhorrentique sensu. Reperio etiam, *quam à Bruto Iulij.* Cùm

P p

autem

autem in antiquis libris scribatur, *Ouius enim recessis multa quæ vellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis abunde HS LXX satis esse: vnus elementi appositione lego, Ouius enim recens: is multa quæ vellem: vt dicat eum è Græcia paulò antè à filio venisse, & multa de filio narrare quæ velit. Illud elegantissimè scribitur in optimis libris, vbi omnes & emendatores & interpretes, vt in lutosâ voragine hæsere, sed quoniam furcilla extrudimur, quod loquendi genus antè obseruauimus. Dionysius Lambinus vir intelligentissimus & disertissimus, sic etiam emendandum mihi facilè persuaserat. Reperi etiam, sed notentur eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus: in conuiuio duntaxat legant. scio aliter edi, & quidem bono atiam sensu: sed nunquam fraudi fuit in lucem reuocare sepultam antiquitatem. Aliquando etiam, sed vocentur eclogarij, legendū putauit. Illud verò supplemento vnus literæ elegantissimum erit: *Quod verò scribis te magis delectari O Tite, si quid, ages mihi scribendi alacritatem.* Hic auges legèdum intelliget, qui quid velit perspiciet. *Lege arcano conuiujs tuis,* lego auctore Charisio, qui & hîc arcano aduerbium esse obseruat, cùm esse loci nomen multi putent. At vbi eodem libro scribitur, *eique eo ipso die, quo oppidum Boream cepisset, vix abstinere manus nocentes possum ab iniuria.* Etenim cùm urbem huius nominis in Hispania nullam reperiam, traiecta literula Eboram libentissimè legirim, quæ vrbs est Lusitaniæ: sed tamen istud à me potius addubitatū, quam decretum velim omnes existiment. At quod sequitur non longè, affirmare propè mihi liquet ita legendū esse, *O dies in auspicijs lepidè descriptos, & aptè ad consilium reditus nostri.* Nam etsi lepidi in exemplaribus omnibus reperimus, tamen orationis consequentia lepidè postulat, cùm aptè mox sequatur. Quod subiiciam, testor in antiquis libris me inuenisse nullo apice mutato. *Quid fugientem? periculumne? at id nunc quidem, nisi fallor nullum est.* Sed & illud, *Nam si à Phædro nostro esses, expedita excusatio esset.* Iterum, *Si cui quid debetur.* Rursum, *nisi vt præsens me ipse defenderè.* Rursum, *ἀσφάλειαν habet is locus fuga: an Romam? & ast agrè me tenui.* Itaque perstringã sine ulla contumelia *Siccæ aut Septimiæ.* Cæterum vallum Lucillianum, carmen satyricum intelligo, quo ceu vallo & fuste homines verberabat Lucillius: veteribus tamen in exemplaribus, *sine vallo Luculiano* scriptum patet. Lego etiam, *ex quo ἀνθ' ipsa posuisti.* ante quidem in libris omnibus extat, sed cùm ipsa scribatur, & florentia mox sequatur, ἀνθ' legendum esse suspicatus sum. Illud quoque sic scribo, *Attamen est ista loco bella, vt mihi videtur εἰρωνεία quòd eum percontor, ciues in acie? Illud etiam malo indignius esse hunc viuere, quàm quid indignius.* & isto loco, vt in editionibus, percontra scribitur in veteribus libris: ego ex eo percontor feci non in scitè, vt existimo. fortasse etiam scribendum, *mèque Torquati negotio lusum iturum* puto:*

puto: quanquam hîc audacior paulò sum. Reperio etiam negotium. Torquati videlicet negotium erat, ludere.

*Min apud Ausonium quid, Tau, & quadam emendata.*

CAPVT XXX.

LVDOVICVS Rufardus summorum huius ætatis iurisconsultorum gloriam vel superat vel æquat: idèmq; non tantum ius & æquitatem curat, verum etiam dicendi elegantiam & orationis ornatum in amoribus & delicijs habet, & quantum ei superest subseciui temporis, libenter in legendis & emendandis optimis scriptoribus ponit, atque consumit. Is nuper certiore me fecit in monosyllabis Ausonij versum desiderari vnum, quem se reperisse in antiquissimo ait, cœcisque & lippientibus literis vix legendo lib. post.

*Estne peregrini vox nominis an latij sil?*

*Et quod germano mixtum malè lætiferum Min?*

Auson. Edyl.

quem versum deminio intelligo letali pharmaco & homines necate, quod in argentarijs metallis reperitur. Versus autem isti titulum habent Grammaticomastix, eorūque primus est. *In logodædalia.* Legendum autem ferè crediderim,

*Friola condemnas? nequam quoque cum precio est merx.*

hac distinctione in expedito & facili sensus erit, quem assequi arduum ante videbatur. Lego etiam, *replet te lætificum gau,* id est gaudium: distinctio quoque tenebras ex his versibus discutiet.

*Dic quid significant catalecta Maronis? in his al*

*Celtarum posuit, sequitur non lucidius Tau.*

Cùm ætate Ausonij al & Tau in Maronis catalectis vix intelligerentur, hodie curiosi nimirum fortasse censeatur, quid illa valeant exquirere. Ego al, vt Germanorū lingua, ferè crediderim Celtarum sermone totum significasse: Tau autè crucem. hodie quoq; Tau gallicū in Maronis catalectis legimus. Literarū nomina declinat Ausonius. Nam & betam dicit, & iotā, *diuiduum beta monosyllabon italicū b.* Iterum, *Non formā aut vocē delta gero.* & *-gamma vice functa prius C.* Rursum, *Litera sum iota similis.* Lego autè, *Hæc quod Eolidū, quodque e valet, hoc latiare e.* & *legit attrica gens o.* Lego etiam, *Atque alium pro se titulo replicata dedit Q.* Ansis, autem, *cineta duabus erit cum iota,* sine dubitatione Ausonium scripsisse affirmandum, & si necesse est, conceptis verbis iurandum est. Legendum etiam,

*Meandrum flexusque vagos imitata vocor ξ*

Admonuit me & Rufardus versui,

continuò subijci,

Vellera depectit nemoralia vestifluus ser.

At, Iam pelago volitat mercator vestifluus ser, versus pro adulterino est veruto confodiendus. Scio non defuturos qui hæc illudant, & vitiligent, vt ingenia hominum promptiora sint ad culpandum quàm ignoscendum. Non enim ad laudandum dicam, ne nimium me & mea amare videar: sed hominibus illis hæc non scribuntur, nec eorum vel reprehensione offendimur, vel laude delectamur.

10

Vitruuij locus comparatus cum Græco scriptore, arrectaria, varas, stratum, fucula. CAPVT XXXI.

OMNES Vitruuij percriptiones ex auctoribus Græcis sumptas esse confido: eis autem ipse verba Latina velut aliam vestem induit. id cum ex alijs multis intelligi potest, tum verò ex ariete cognosci. Nam quæ Athenæus ex antiquioribus scriptoribus tradit, ea Latine conuertit. sic autem Græcus scribit, κριόν μὲν ἔφασκεν εὐρεθῆναι παρώπῃον ὑποκαρχηδονίων ἐν τῇ πεδίῳ γὰρ δειρα πολιορκία. χρωίδιον γὰρ παρωκαταλαμβανομένων αὐτῶν καὶ χαμαιρουῶτων εἰς ἔδαφος πατέριχην, νεανίσκους πινὰς ἔδει ἔχοντας ἀρμυρον εἰς τὴν κρητὰν ἔσειν, δοκὸν λαβόντας ἀφ' χειρῶν εἰσεῖεν εἰς τὸ τεῖχος, καὶ ῥαδίως ἔπει πολὺν τόπον κατελείν. ὅθεν σσιωιδῶν τὸ γινόμενον τύειος πινῶν πηγῶν, ὡνομαλίω πεφασμύρος, ἐν τῇ πολιορκίᾳ, ἡ ἐποιοῦτο μετὰ ταῦτα παρὰ τὴν γὰρ δειρῶν πόλιν, ἴσον ἐπίστασιν καὶ ἄλλον ἀπ' αὐτῶν πλάγιον ἀρτήσας παρωκαταλαμβανόντων τῶν φάλαγγιν, ἔτυπτε τὸ τεῖχος ἔλκων ἐξ ἀπασάσας τὸ πλάγιον. ἀπὸ ρωσ δὲ τὸ ἐνδον ἀφ' αὐτῶν ἀφ' ἡ τὸ ξείον τῶ μηχανήματος σσιωέβαινε αὐτὰ πῆπεν ταχέως. Γῆρας δὲ μετ' αὐτὸν ὁ καρχηδόνιος ὑποβόρον ποιήσας σχεδίαν, ἐπέτυχε πλάγιον τὸν κριόν, καὶ ὅτε ἐξ ἀπασάσας εἴληκεν, ἀλλ' ὑποπλήθους ἀνθρώπων παρωκαταλαμβανόντων. ἐπὶ ἴση δὲ ὑποβόρον σκέπασμα Γῆρας παρώπῃον εὐρών, ὁ ἀφ' ἡ τὴν βραδυτῆτα χελώνων παρωκαταλαμβανόντων μετὰ ταῦτα δὲ ἐπὶ ἴση τινὲς ἔπει κελύδρον παρωκαταλαμβανόντων τὸν κριόν. καὶ οὕτως ἐχρῶντο. ἔπει δὲ ἔλαβον ἢ τοιαύτη μηχανοποιία ἀπασα καὶ τὴν Διονυσίαν τῶ σικελιώτη τυραννίδα, καὶ τὴν τὴν φιλίππου τῶ ἀμύντα βασιλείαν, ὅτε ἐπολιόρκει βυζαντίαν φιλίππου. εὐήμεροι δὲ τῇ τοιαύτῃ τέχνῃ πολυέειδος ὁ θεσσαλός, οὗ οἱ μαθηταὶ σσιωεραλίοντο ἀλεξάνδρῳ ἀφ' ἡ δὲ καὶ χαιρέας, διάδης μὲν οὖν αὐτὸς φησὶν ἐν τῶ μηχανικῶ αὐτῶν ζωγράμματι εὐρηκῆσαι τοῖς τε φορητῶν πύργων, καὶ τὸ ληρὸν μύρον τρύπανον, καὶ τὸν κόρακα, καὶ τὴν ἔπιβάραν, ἐχρῶντο δὲ καὶ τῶ ὑποκαταλαμβανόντων κριῶν, γράφειρου τὴν κατασκευῆν αὐτῶν οὕτως, τὸν μὲν οὖν πύργον τὸν ἐλάχιον φῶν φησὶ δεῖν γενέσθαι τὸ ὑψος πηχῶν ἑξήκοντα πηχῶν ἑξήκοντα πηχῶν ἑξήκοντα πηχῶν, σσιωαγωγίω δὲ τῶ πλάτους εἰς τὸ ἄνω τὸ πέμψον μέρος, τῶν δὲ σικελῶν τῶ πύργου παρὰ χεῖρας καὶ παθεν μὲν τριπάλαια, ἄνωθεν δὲ ἐπὶ ἀδάκτυλα, ἐγένετο δὲ αὐτῶν ὁ τηλικῶτος δειχῆς παρωκαταλαμβανόντων ὑψὺς ἑξήκοντα χῶρας, ὁ δὲ μέγιστος αὐτῶν πύργος τὸ μήκος εἶχε πηχῶν ἑξήκοντα πηχῶν.

πηχῶν

πήχεις καὶ τὴν δὲ σσιωαγωγίω καὶ οὕτως τὸ πέμψον ἐλάμβανεν εἰς τὰ ἄνω μέρη, τὸ δὲ σικελῶν παρὰ χεῖρας καὶ παθεν τετραγῶνα, εἰς ἑξήκοντα πηχῶν τὸ πᾶν σσιωαγωγίω ἔπει τὰ ἄνω. ὁ δὲ τηλικῶτος αὐτῶν πύργος ἐγένετο εἰκοσάστας, παρωκαταλαμβανόντων ἑξήκοντα πηχῶν καὶ κλάω πλάτους γ, πηχῶν ἔχοντων εἰς τὴν ἐκβοήθησιν τῶν ἐμπυροσίων. ἡ δὲ παρώπῃον ἔπει τὸ ὑψος πηχῶν ἑξήκοντα πηχῶν, καὶ εἰς ἑξήκοντα πηχῶν τὸ ὑψος ἐγένετο. ὁμοίως δὲ καὶ ἔπει τῶ ἐλάττωνος πύργου ἢ διαίρεσις τῶ πηχῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἐλάμβανεν. ἐβύρρω δὲ αὐτῶν ἀργαῖς βύρραις, τὸ δὲ χελώνης τὸ κριόν φέρσας ἢ ἔργασία ἡ αὐτῆ, μικρὰς τε καὶ μεγάλας. ἡ δὲ μέγιστη ἐλάμβανε τὸ διάστημα τῶ πλάτους πηχῶν λ. τὸ δὲ μήκος πηχῶν μ. τὸ δὲ ὑψὺς χῶρας τῶ ἀετώσας τῶ ἐφισταμένης ὑπερον πηχῶν ιγ. τὸ δὲ ἀετώσας αὐτῆς τὸ ὑψὺς ἀπὸ καταστώματος ἔπει τὸ ὄξυτάλιον πηχῶν εστὶ ὑπερβαλλεῖ δὲ τὴν μέσσην γῆν ὁ ἀετὸς ἑξήκοντα πηχῶν β. παρωκαταλαμβανόντων ἔπει τὴν γῆν ἑως τῶ ἐπ' αὐτῆς δοκῶν, ὅπως ἢ παρωκαταλαμβανόντων ἑξήκοντα πηχῶν, εἰς ἑξήκοντα πηχῶν πύργον ἑξήκοντα πηχῶν εἰς μὲν τὰς ἄνω γῆρας ἐπὶ τῆ κατὰ πῆλας εἰς δὲ τὴν κατὰ ὑδάτος παρωκαταλαμβανόντων ἐπὶ εἰσοπῶντο δὲ αὐτῆ τῆ χελώνη ὀρθοστάται κύκλω παρωκαταλαμβανόντων ἑξήκοντα πηχῶν. ἴσα δὲ καὶ κριὸς δόχλιω ἐπὶ αὐτῶν, ἐφ' ἡ καὶ τὸν κελύδρον ἐπέπειθει, δι' οὗ παρωκαταλαμβανόντων κριὸς δι' ἀντιστάσας ἀνήργει τὴν χελώναν. ἐβύρρω δὲ καὶ ταῦτα ὁμοίως τοῖς πύργων, τὸ δὲ τρύπανον χελώνων μὲν τὴν αὐτῶν τῶ κριῶ λαμβάνει, καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ σικελίω ὁμοίως ἐχρῶσαν. ἡ ἴση δὲ ἔπει τῶ κρητῶδος σύριχα παρωκαταλαμβανόντων τῆ ἐν τοῖς εὐθυτόνοις γινομένη κατὰ πῆλας, καὶ πλάγιον ὀπίσκει ὁμοίως ἐκείνας ἐχρῶσαν. ἡ δὲ τῶ ἄλλῃ μέρη αὐτῆς ἀπὸ τῶ ἀκρῶ βροχίας ἐμβάλλει δύο, δι' ὧν παρωκαταλαμβανόντων τὴν ἔπιθεμένην ἐν αὐτῇ κερατῶν, καὶ ἔπει τῶ κατὰ στώματος δὲ τῶ ἐν τῶ σιελυγγίω πυκνὸς πῆψι κελύδρον, ἵνα εὐκίνητος ὑπάρχη, καὶ οὕτως ἐμβάλλει τὴν κερατῶν ἐν τῇ κριόκοπῆ ἐφελέκω μύρος αὐτῶν. ἡ δὲ καὶ τὸ ὀπίσκει κελύδρον. βυρσῶται δὲ κύκλω σσιω τῶν ἀψῶσι τὴν σύριχα, ἵνα σιέπηται εἰς αὐτῶν ἢ κερατῶ ἀετώσας. τῶ γὰρ ἔργου καλῶς ἀφ' αὐτῶν μύρος τῶν τῶ ἀρχιτέκτονος εὐρισκεται εὐδοξία, καὶ δὲ λόγον ἐκπιθεμένην τὰ σσιωτάγματα μέγιστη ἑξήκοντα πηχῶν ἐν τοῖς ὑποκαταλαμβανόντων τὸν δὲ κόρακα φησὶ εἶναι ἀξίον κατὰ σικελίω. τὴν δὲ ἔπει βάραν ὅν βότον δὲ ἐν γενέσθαι παρωκαταλαμβανόντων ἐν ἀρχῇ δηλώσας, ἐδὲν διεσαφῶν ἴσην, ἐδὲ ὑπερτῶ καὶ γάλασσαν δὲ αὐτῶ παρωκαταλαμβανόντων ἔργων δεδῆλωται, ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρῆται. Hæc sic Vitruuius interpretatus est. Carthaginenses ad Gades oppugnandas castra posuerunt: cum autem castellum antè cepissent, id demoliri sunt conati: posteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, sumpserunt tignum, idque manibus sustinentes, capiteque eius summum murum continenter pulsantes, summos ordinum lapides deieciabant, & ita gradatim ex ordine totam communitationem dissipauerunt. Postea quidam faber Tyrius nomine Pephasthenos hac ratione, & inuentione inductus, malo statuto ex eo altissimum transfuersum vti trutinā suspendit, & in reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit Gaditanorum murum. Cetras autem Chalcedonius de materia primum basim subiectis rotis fecit, supraque compegit arrectarijs & iugis varas, & in his suspendit arietem, coriisque bubulis texit, vti tutiores essent, qui in ea machinatione ad pulsandum murum essent

cap. 16. li. 10.

collocati. Id autem, quod tardos conatus habuerat, testudinem arietariam appellare cœpit. His tunc primis gradibus positis ad id genus machinationis, postea cum Philippus Amyntæ filius Byzantium oppugnaret, Polydus Thessalus pluribus generibus & facilioribus explicauit, à quo receperunt doctrinam Diades & Chæreas, qui cum Alexandro militauerunt. Itaque Diades scriptis suis ostendit se inuenisse turres ambulatorias, quas etiam dissolutas in exercitu circumferre solebat: præterea terebram, & ascendentem machinam, qua ad murum plano pede transitus esse posset: & etiam coruum demolitorem, quem nonnulli gruem appellat. Non minus utebatur ariete subrotato, cuius rationes scriptas reliquit. Turrem autem minimam ait oportere fieri ne minus altam cubitorum LX. latam XVII. Contracturam autem summam imæ partis quintam. Arrectaria in turris imo dodrantalia, in summo semipedalia. fieri autem ait oportere eam turrem tabulatorum decem singulis partibus in ea fenestratis. Maiorem verò turre altam cubitorum CXX. latam cubitorum XXI. contracturam item summam quinta parte: arrectaria pedalia in imo, in summo semipedalia. Hanc magnitudinem turris faciebat tabulatorum XX. cum haberent singula tabulata circuitionem cubitorum ternum: tegebatur autem corijs crudis, ut ab omni plaga essent tutæ. Testudinis arietariæ comparatio eadem ratione perficiebatur. Habuerat autem interuallum cubitorum XXX. altitudinem præter fastigium XVI. fastigij autem altitudo ab strato ad summum cubita VII. Exhibat autem in altum, & supra medij tecti fastigium turracula lata non minus cubita XI. & supra extollebatur altitudine quatuor tabulatorum, in qua tabulato summo statuebantur scorpiones & catapultæ, in inferioribus congregabatur magna aquæ multitudo ad extinguendum si qua vis ignis mitteretur. Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κριοδόκη dicitur, in qua collocabatur torus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries, trudentium ductionibus, & reductionibus efficiebat magnos operis effectus: tegebatur autem is corijs crudis quemadmodum turris. De terebra has explicuit scriptis rationes. Ipsam machinam uti testudinem in medio habentem collocatum in orthostatis canalem faciebat, quemadmodum in catapultis aut balistis fieri solet, longitudine cubitorum L. altitudine cubiti, in quo constituebatur transversa sricula. In capite autem dextra ac sinistra trocleæ duæ, per quas mouebatur quod inerat in eo canali capite ferrato tignum. sub eo autem ipso canali inclusi ruti celeriter celeriores & vehementiores efficiebant eius motus. Supra autem id tignum quod inibi erat, arcus agebantur ad tegendum canalem, uti sustinerent corium crudum, quo ea machina erat inuoluta. De corace nihil putauit scribendum, quod animaduerneret eam machinam nullam habere

habere virtutem. De accessu, qui ἑπιβάθρα dicitur, & de marinis machinationibus, quæ per nauim aditus habere possent, scribere tantum pollicitum esse vehementer animaduerti, neque rationes earum eum explicuisse. Eleganter sanè & luculentè ista Vitruuius interpretatus est: quædam tamen & in exemplari Græco & Vitruuio deprauata cuiuspiam esse videantur, quæ aliorum coniecturæ & iudicio permittimus, ipsi iudicare non audemus: tantum admonebimus eleganter σκέλη ab eo arrectaria Latinè dici, quæ tanquam crura sursum eriguntur. ἀντίπασσον ductiones, & reductiones: σκεδία varas: ἑπιβάθρα, ascendentem machinam, sed & accessum: ἀέτωσιν fastigium, κετάρωμα stratum: κριοδόκη arietariam machinam. Non enim eis est assentiendum, qui machinamentū putant ex ariete & trabe. Dicitur enim ut ἰσοδόκη, ὀνίσκον, id est asellum, sriculum. Iam qui ab eo Cetras Chalcedonius vocatur, ab illo auctore Græco Geras Carthaginensis appellatur. Non est autem dubium, quin in vitruuio Polydus scribi debeat, non Polydus

*M. Tullius non videtur satis fideliter locum Arati reddidisse.* CAPVT XXXII.

M. TULLIVS multos suis patrocinijs magnis criminibus liberauit, & in ciuitate retinuit: nunc verò, qui tam multos defendit, sibi adsit, cum à multis accusetur inscitie in Arati interpretatione. Quod enim Aratus interfatur se absoluisse omnia sidera hemisphærij septentrionalis, seque deinceps esse transiturum ad australem plagam profitetur, id ille de delphino accepit, cuius esse quasdam partes in citeriori regione, quasdam in vltiori refert. sed ne calumniam tanto virò inferre videamur, & eius versus & Arati proferamus, ut videamus ecquam fideli interpretatione eos reddiderit:

*Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco,  
Sunt inter partes gelidas Aquilone locatæ,  
Atque inter spatium & lati vestigia solis:  
At pars inferio delphini fusca videtur,  
Inter solis itum, simul inter flamina venti,  
Viribus erumpit summi quæ spiritus austri.*

Aratus autem sic scribit,

*Καὶ τὰ μὲν οὐρανῷ βορέω καὶ ἀλῆσιος ἡελίοιο  
Μεσσηγῆς κέχυται· τὰ δὲ νεώθι τέλλεται ἄλλα  
Πολλὰ μὲν ἔξ ὀνόσιος καὶ ἡελίοιο κελεύθου.*

vix habet alium quenquam fortasse M. Tullius, quàm me eruditionis suæ studiosiorem fautorem: nihil hîc tamen video, quod pro eo dici possit,





milites tutò stantes prospicere possent, & renunciare, quas res aduersarij conarentur. Aries autem eius habuerat longitudinem pedum c i x. latitudine in imo palmopedali, crassitudine pedali contractum à capite in latitudine pes i. crassitudine s: Is autem aries habuerat de ferro duro rostrum ita uti naues longæ solent habere, & ex ipso rostro laminæ ferreæ quatuor circiter pedum x v. fixæ fuerant in materia. A capite autem ad imam calcæ rigni contenti fuerunt funes quatuor, crassitudine digitorum octo ita religati, quemadmodum naus malus à puppi ad proram continetur, eique funes præcinctorijs transuersis erant religati, habentes inter se palmipedalia spatia. Insuper corijs crudis totus aries erat inuolutus. Ex quibus autem funibus pendebant, eorum capita fuerant ex ferro factæ quadruplices catenæ & ipse corijs crudis erant inuolutæ. Itē habuerat proiectura eius ex tabulis arcam compactam & confixam rudentibus maioribus extentis, per quarum asperitates non labentibus pedibus faciliter ad murum perueniebatur: atque ea machina sex modis mouebatur, progressu: item latere dextra ac sinistra, arrectione non minus in altitudinem extollebatur: & in imū inclinatione demittebatur. Erigebatur autem machina in altitudinem ad disiciendum murum circiter pedes. c. Item à latere dextra ac sinistra procurrendo perstringebat non minus pedes c. Gubernabant eam homines c. habentem pondus talentū quatuor millium, quod sit c c c c l x x x. 20 pondo. Hic nos quoque tātum admonebimus, egregiè vertisse Vitruuium εσχάριον basin, sed & compactationem, & transtrorum planitiē: & ἀμφαλλὰς δισμυέσθαι λεπτοίσι φυχρηλάτοις, alternis inter se subscudibus coagmentari, & laminis à frigido ductis alligari: ἀμαξίποδας, arbusculas: ἄπυλια traves: συγκύπια, capreolos: ὄρεσιον pluteum, quod solent & Latini etiam loriculam ad verbum appellare. Multo plura animaduertent & obseruabunt alij qui & numeros etiam ad verum exigent: nos satis habuimus vtriusq; scriptoris dictionem proponere, cuius explicationem maioribus ingenijs relinquimus.

*Causa cadere, magistri carmen apud Ciceronem, magister. CAPVT XXXIIII.*

30

EST Iurisconsultis causa cadere causam amittere, vel interprete ipso imperatore, qui ita scribit, *Si quis agens intentione sua plus complexus fuerat, quam ad eum pertinebat, causa cadebat, id est rem amittebat, nec facile in integrū restituebatur à prætore.* apud veteres tamen ut obseruauimus, causa cadere, plus petere erat: ut qui apud Ciceronem plus petit, quam lex in duod. tab. permittebat. Cicero, cum Hipseus maxima voce pluribus verbis à M. Crasso prætore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, id est ut plus ei liceret pe-

*§. Si quis agens instit. de action.*

*1. de orat.*

ret petere, quam in duod. tab. lege permissum erat. Rursum, *Cn. autem Octauius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa cadaret, id est ne aduersario plus petere liceret, quam quod esse in actione.* illi patroni verba Latina optimè tenebant & vsurpabāt, sed ignorantia iuris labebantur, cum alter plus quam lex permitteret, peteret, quod non licet. Itaque id si obtinuisset, litem perdidisset: alter nollet plus secum agi, quam lege liceret, id est nollet aduersarium causam amittere. Itaque ex eo factum est, ut causa cadere sit causam perdere. Nam & sine causæ amissione interdum simpliciter plus petere est. Cicero pro Muræna, *Nam si tibi necesse putas etiam aduersarijs amicorum tuorum de iure consulentibus respondere, & si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contra veneris, causa cadere, id est plus petere, idque obtinere.* Subiungam eiusdem libri primi de Oratore locum alium, quem & emendare & explicare conabor. *Vel si causam ageres militis patrem eius, ut soles, dicendo à mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esset filium, flensque eum centum viris commendasset: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgisses: ut totum illud, uti lingua nuncupasset, non in 12. tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videretur.* Non dubito, quin cum in omnibus libris veteribus magistri scriptum reperiat, ea sit sincera germanaque scriptura, quæ non intellecta in magum degenerauerit. eam arbitror probatum iri bonis & intelligentibus, vbi explicata fuerit. Agit lege in hæreditatem testamento patris exhæres filius, non tamen nominatim exhæredatus, sed alio hærede scripto, cum ipse militiæ mortuus existimatus esset. Eam igitur causam si Crassus egisset, carmen illud 12. tab.

*Uti lingua nuncupasset, ita ius esto,* quo nexa, mancipia, testamenta, confirmantur: iniquum iniustumque increpasset, neque tam legum carmen, quam magistrorum bona debitorum proscribentium, & à liberis debitorum ad alienos tranferentium clamasset, præsertim cum eo testamento, veluti auctione, ad extraneū bona transitura essent. Carmen autem magistri interpretor, tabellam, quam magister proponebat, & qua proscribebat se alicuius bona venditum. Eius enim olim, qui multis debebat latitabatque, neque defendebatur, creditores prætorem adibant, apud quem querebantur, bonorumque possessionē petebant: quam & prætor dabat, atque in diem certam ea possidebant: quæ cum venerat, prætorem rursus adibant, petebantque sibi ut liceret vnum è suo numero deligere, qui bonorum venditioni præset, qui magister dicebatur: is in compitis celebribus, & frequentibus vrbis locis tab. proponebat. se debitoris bona venditum his verbis: Titius debitor noster incidit in causam venditionis bonorum, nos creditores eius bona vendemus

*Cic. pro Muræna.*

*1. de Orat.*

demus: qui volet emptor accedat. hanc, ut opinor, proscriptionem Cicero hic appellat magistri carmen.



ADRIANI TVRNEBI AD-  
VERSARIORVM LIBER  
VIGESIMVS QVARTVS.

*Strigare in actu spiritus, apud Plinium, ralla.*

CAPVT I.



Vt clausus purpuræ solet vestem ornare etiam pannosam & vilem: ita hos meos operæ tumultuariæ & leioris commentarios ceu quidam purpurei panni ornare, & illustrare solent munera tua Gulielme Pelisseri, quæ velut per interualla collocanda essent, ut ceu stellæ notarent opus & distinguerent. De disciplina arandi hoc scribit oraculum Plinius, *in arando versum peragi, nec striare in actu sapius*: striare istud odiosum & molestum tibi cum occurreret, ei diffusus libros veteres consuluisti, quod perlibenter perque studiose facere soles, idque pari felicitate & ingenio. in ijs, *strigare in actu spiritus*, reperisti, & amplexus es, audaciâmq; eorum admiratus es, qui omnia, quæ in auctoribus non assequuntur, expungunt, nouasque scripturas veteribus damnatis instituunt. Ac sanè strigare vetustæ editiones, cum religiosius adhuc scriptores publicarentur, habebant: postea nouæ quæ prodierunt, striare summutarunt, sic omnia fati in peius ruere, & retro sublapsa referri. Quid est autem strigare in actu spiritus? id interpretor esse in agendo sulco interquiescere. Nam striga Higino auctore in libello de castrorum metatione, ordo est & series equorum incastris redentium: vel, ut Sospater ait, striga castrense est vocabulum interuallum turmarum significans, in quo equi stringuntur. Ut autem in striga quiescunt equi, & ut in strigam dum collocantur, strigare dicuntur: ita quoque cum in versu, qui vno spiritu agendus est, ad interspirandum requiescunt, strigare dicuntur. Interpretationem tuam confirmas Senecæ emendatione & testimonio, cuius hæc verba sunt lib. 4. epistolarum, eadem, qua Pliniana, iniuria affecta, atque violata. *Itaque in vanum operosos culpaue-*

cap. 19. li. 18.

Sospater l. 1. gram. insit.

Seneca lib. 4. epist. 31.

culpaue- *rursus ad honesta nitentes quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci & strigare permiserint, admirabor & clamabo, tanto melior, surge & inspira, & cliuum istum, vno, si potes, spiritu exupera.* Eodem in Plinij capite, *cap. 19. li. 18.* ubi scribitur, *purget vomerem subinde stimulus cuspidatus ralla*: scribendum est, *rallo*, id est, *rallo præfixus*. Rallum autem ferramentum est, quo raditur vomer, & inhærente terra liberatur atque purgatur: nomen habet à radendo. posset & melius *ralla legi*, cum præsertim reperiam in antiqui critici lexico *rallam esse*  $\xi\upsilon\tau\eta\epsilon\varsigma$ , quod & interpretationem nostram confirmat.

*Ero, pusula, pustula.*

CAPVT II.

Hic me assertorem veterum librorum auctoritatis & vindicem contra primarios homines ipsaque literarum columina præstare non verebor, à quibus video in Vitruuio, Plinio, Iuriconsultis, berones vel perones legi. At ego in Vitruuio lego, *vti arca duplices latis tabulis & catenis colligatae in eo loco, qui finitus erit, constituantur, & inter destinas creta eronibus ex volua palustri factis calcetur*: in iuriconsulto, *quod si separatim tabulis aut eronibus aut in alia cuppa clausum vniuscuiusque triticum fuisset*: in Plinio, *id consecutus est ille eronibus harena plenis molli cliuo super capita columnarum* *exaggerato*. Qui berones his locis legunt faccos interpretantur. Erones autem accipio texta quædam storiarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebantur: sed & vasa sic viminea vocabantur tegetibus similia & cophinis:  $\phi\omicron\rho\mu\omicron\iota$  à Græcis dicuntur. hæc ob signabimus testimonio interpretis Terentiani, cuius hæc verba sunt, Phormio non à formula, sed phormione dicitur sparteo, quem nos eronem dicimus triualiter & pro consuetudine. Vetus criticus eronem interpretatur  $\kappa\omicron\iota\tau\alpha$  defendo & aduersus eorum sententiam rectè legi in iuriconsultis, *veluti cum argentum pusulatum fabro daretur ut vasa fierent*. quas enim pustulas vocamus, pusulas etiam ab antiquis vocatas inuenio: quod Pliniani codices vetustissimi locis infinitis ostendunt, sed fastidio occurrens vno contentus ero. *Est enim, inquit, tam feruentis natura, ut per se extra corpori impositum pusulas ignium modo faciat, & pro caustico in usu sit.* Pusula Columellæ ignis est sacer, vnde pusulosa vel pusilosa ovis: u, autè & i, sæpe inter se summutantur, ut optimus oprumus. pusula igitur pustula est, & pusula dicitur ignis sacer, qui pustulas passim qua depascitur attolit: nomenque ex eo habet pusula quia pus continet. Pustulatum igitur argentum & pusulatum vel pusilatum nihil differre existimo, rectèque sic appellari suspicor: quin & postulatum, præsertim cum u in o non raro migret. Itaque in Tranquillo reperi scriptum, *exegitque ingenti fastidio* *Qq* & acer-

cap. 12. lib. 5.

L. in naue ff. locati. Plin. lib. 36. ca. 14.

In prologo Phormionis.

L. in naue ff. locati.

cap. 8. li. 26.

cap. 5. lib. 7.

In Nerone ca. 44.

acerbitate nummum asperum argentum postulatam, aurum ad obrusam: & in  
Lib. 7. epigr. veteribus libris Martial.

85.

Argenti tibi libra postulati.

nec illis assentior, qui à postulando deducunt freti auctoritate Iuuenalis,

saty. 7.

Accipe victori populus quod postulat aurum.

sed postulatam & pusulatam interpretor, quod purum putum est, & pu-  
sula ac igne excoctum, quodque pustulas & tumores habet. Nos quoque  
in vernaculo sermone, perinde quasi posula pro pusula interdum dicere-  
tur, mutato p in b tumorem bosulam appellare solemus. verius tamen pu-  
to pustulatam argentum & pusulatam dici, quam postulatam.

10

Scordiscus, scordiscarius, tractator, Iouis lances, oesus sit,  
loedi. CAPVT III.

MULTA cuiusquemodi velut in chaos quoddam, hoc in caput  
confundemus. Coriarium apud. D. Hieronymum & scordiscarium legi-  
mus: atque alterum intelligimus, alterum ignoramus. ego scordiscarium  
aliquando legi, ut eo nomine censeatur qui è pellibus vestes farcinat. Nam  
pelles κωδία dicuntur à Græcis, & κωδίσκια & κωδιονδερα. Nisi si quis scorte-  
arium legere mallet. Nam quod alij comminiscuntur ad stomachum non  
facit. Nunc scordiscarium lego, præsertim cum reperiam in antiquo lexi-  
co scordiscum esse ephippium, qui igitur talia strata vel coactilia facit &  
tegumenta, is scordiscarius est. Quis est apud Tacitum librator? is nimi-  
rum qui machinas aprat, & ex eis missilia iaculatur, quod earum libret  
ictum, ac mediusfidius hodie tales sunt tormentarij bombardarum. est &  
librator apud Plinium in epistolis, qui aquam ducendam librat, quique  
quo fastigio, aut in planicie, aut deuexitate, commodissime deduci possit,  
præscribit. apud Martialem scribitur,

Tacit. li. 2. 13.

Plin. lib. 10. Epist. inuenti mibi.

Li. 5. epigr. 109.

Res petricosa est pontice bellus homo,

hic & sensus nutare videtur, & versus vacillare. nam non conuenit bellum  
hominem dici petricosum, & secunda syllaba extendi se vetat: sed cum  
Martialis dicat, quam res sit intricata & implicata multis negotijs & of-  
ficijs bellus homo, accedo ut suspicer, res petricosa est legendum esse: ut id  
multis dicat tricis impeditum: quod quidem tam accommodatum ad sen-  
tentiam est, ut si non scripserit Martialis, tamē scribere debuisset videatur.

12. Aeneid.

Iuppiter ipse duas equato examine lances,

Scripsit Maro Homerum secutus, quod & ab omnibus ferè Grammati-  
cis obseruatum est: quod videtur dictum ex ea cogitatione & sententia,  
qua prisca censebant res mortalium ab Ioue velut libra quadam pensari,  
vnde

vnde & ἰσοζυγος à poetis dicitur, velut ex alto cælo omnia librans & pō-  
derans. aliam tamen eius quoque adiectionis nouerunt expositionem an-  
tiqui Grammatici. Itaque Theognis Ioui tribuit libram hoc versu,

Ζεὺς γὰρ τοι τὸ πάλαιον ἔπιρρέπει ἀλλοσεῖ δ' ἄλλω.

5 Tractatores videntur fuisse, qui manu membra tractabant, & leniter fri-  
cabant: Martialis,

Li. 3. Epigr. 402

Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Seneca lib. epistolarum nono, Quidni ego feliciorē pūtem mutium, qui sic  
tentauit ignem, quam si manum illam tractatori præstitisset? Apud M. Tullium  
de legibus scribitur, idem ad populum, quod cesus erit, ferunto. Illud, cesus  
erit, eiusmodi est, ut balbutiat aliquid, nihil tamen planè disertè que elo-  
quatur. ego, quod oesus erit, legendum suspicor, pro vsus erit. sic enim ve-  
teres loquebantur. sic paulò antè, Ast quid erit, quod extra magistratus coe-  
ratione oesus sit, id est curatione sit opus. sed & in vetustis codicillis, Lædis  
quod sine certatione corporum, pro ludis reperisse me recordor in eodem Ci-  
cerone de legibus: in quibus etiam erat non ineleganter scriptum, disce  
rem, & tabellam videbo dari. vbi hodie editum est, iubebo: quasi suffragio-  
rum sit custos, aut diribitor futurus, quorum est videre, ut tabellæ dentur  
populo legem iussuro & verituro.

20

Tamus, Epona, alucoli, Remora. CAPVT IIII.

MERA non erit hæc potio, sed mixta & è multis temperata concin-  
natæque, ut circæum poculum, aut cinnus. in Columellæ hortulo poli-  
tissimis descripto versibus extat hemistichium,

Columel. lib. 10.

— iam thani sponte virescunt.

& libro naturalis historię 21. excusum reperio, In Italia paucissimas noui-  
mus, fraga, tanum, ruscum. Pomponius tamē in Columella tamum agnoscit,  
cuius ego sententiæ cur calculum addam meum, hæc causa est, quod &  
eum ita in bonis reperisse libris suspicor, & ita me apud Plinium inuenisse  
profiteor lib. 19. acuti tami, cunila. vbi hodie excuditur tani. In Iuuenale  
sunt qui iusto propè sacramento contendunt esse legendum,

Plin. lib. 19. cap. 12.

saty. 8.

Solam Hippo & facies olida ad præsepia pictas.

sed eis prætextentibus & modulum syllabæ, & græculam vocabuli origi-  
nem assentiri tamen nullo modo possum, quod iutelligam Latinos ita que  
Græca sunt interdum efferre, ut ortum eiurent suum. deinde etiam libro-  
rum antiquitate confirmo, nec Hippo nec Hipponam scribi oportere,  
sed Eponam, ut & in puluerulentis bibliothecarum Iuuenalibus inuenio:  
& in Prudentio,

Prudent. in A. poetico.



Nemo Cloacinæ, aut Epona super astra deabus.

Plutarchus in parallelis, ἢ δὲ καὶ Ζεῖον ἔτακε κόρην εὐμορφον, καὶ ὠνόμασεν ἑπὸναι. ἔστι δὲ θεὸς τοῦ νοῦ ποιεῖν ἰσχυρῶν. Quod idem & in Apuleio reperite licet. nunc igitur minimè controuersum esse puto, quin legi debeat Epona. Versus est Ennianus apud M. Ciceronem.

Apuleius lib. 3. de as. aur.

Cic. de Diuinitat.

Curabant urbem Romamne Remamne vocarent. sed enim in illis fugientibus & lucifugis libris legi, — Romam Remoramne vocarent.

Quam mediufidius verissimam & sincerissimam scripturam reor. argumento locus erit, qui in Auentino monte à Remo Remora, ut scribit Pompeius, vocabatur, & Remorinus vel Remurinus ager, qui Remi fuerat. lib. 2. epistolarum ad Atticum scribitur, ut nunc τὰς τῶν κεραιῶν. ubi versus iste ab eo significatur è Phœnissis Euripidis,

restus lib. 16.

Cic. lib. 2. ad Atticum epist. ult.

Euripid. Phœnissis.

Iuuenal. Saty. 1.

Illud autem Iuuenalis, Cuius & alueolos & lænam pignerat Atreus,

De poëta intelligitur, qui dum Atreum tragœdiam scribit, oppressus paupertate cogitur alueolos, id est lances suas & paropsides, ut Satyra quinta, Illud enim vestris datur alueolis, quod

Canna Mycipsarum proa subuexit acuta.

& lænam pignerare. i. pignori opponere & opignerare. Scrupulum affert non paucis, ut aliò transeam, quæ sit eorum verborum sententia in Helio- gabalo. Cum collatū inisset, in populum non nūmos. Ego, si fas esset pio, Iouem lapidem iurare auderem vocem esse corruptam, legendūque cō- sulatum, ut & paulò ante, cecidit & humanas hostias. Sed mihi propositum non est multa, persequi præsertim quæ minuta sunt. Illud, eo tempore quo Macrinus huius Antonini, multos suboffendit in eruendo sensu meritò laborantes, ego ausim scribendum esse cōtendere, eo tēpore consobrinus huius Antonini. Erat enim Alexander Mameæ filius, ut omnibus notum esse spero, consobrinus Antonini. & mox, atque stultitia, non ut in excusis, & qui item & pronubam, & non longo interuallo Claudium tonsorem non censorem, mox ad honores reliquos promouit commendatos sibi pudibiliū enormitate membrorū; ac vicesimam hæreditatum mulionem curare iussit. non multo post, sollicita de filio, multa de industria prætermittito, quæ non est operæ persequi. Infra, remoti sunt deniq; ab eo Hierocles & Cordus impurissimi duo & improbi familiares. Hieroclem autē & hīc & paulò infra Dionis auctoritate corrigimus, & tuemur. Et mox, ne paterentur illū ita deinceps viuere, non ut passim, diutius. Paulò post, primum consularūt de genere mortis, cū alij vitalibus exēptis necarēt, alij ab ima parte

Lamprid. in Helio gab.

parte perfoderent, ut mors esset consentiens: post hoc infra, affectato retinuerat. Item, amphitheatri instaurationē. præterea, & lauacrū quidem Antoninus Caracallus mox, ob hoc sub vario Antonino. Lecti autē veteribus duorum erant generum, cubiculares in quibus dormiebant, & cubabant: & discubitorij, qui & triclinares dicebantur, in quibus discumbebant cœnantes & prandentes. Proinde scripsit Lampridius, hic solido argento habuit lectos & tricliniarios & cubiculares. Non longo deinceps spatio verba sequuntur corruptissima, quæ sic mihi videntur integritati suæ restitui posse, ut pro nascentis apiastri fasce Laribus & fano Græco exhiberet plenis fabatarijs & discis. fabataria intelligo vasa, aut patellas, in quibus puls fabata ponebatur, & Laribus offerebatur. suspicatus aliquando sum gabatarijs à gabatis vasis legendum esse: sed id nimix audaciæ iure tribueretur. Conditum eo in libro interpretatur Egnatius vnguentum diu asseruatum, ego putem vinum esse aromaticis speciebus imbutum, cuius mentio est apud scriptores Græcos, Latini vocabuli vsurpatione. Pro griles, grilos lego. scribitur mox, deo Enanthino, fudisse: ego reponendum censeo, balnea oleo cœnanthino, qua de re qui mihi fidem non habet, Plinium consulat, apud quem oleum & vnguentum cœnanthinum reperiet. Zetæ quæ sint in eodem libro quæstionis est? ego diætæ interpretor: ut enim pro Ζεῦ πλάστος Ζάπλωτος, dicitur: sic pro diætæ zeta. reperio in Antonini itinerario Hipponem Zarthyum pro Diarrhyto, & apud Cyprianum zabolium pro Diabolo. Est autem zeta vel diætæ, ædificium vel membrum domus, cœnationem & cubiculum habens. Plinius, contra mediam ferè porticum zeta paulum recedit. Sequitur mox, est in hac zeta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit: iunctaque ei quotidiana amicorumque cœnatio. supra lego, fertur & promississe phœnicem conuiuijs, vel pro eo libras auri mille, ut in prætorio eas diuideret. mox subiicit, marinæ aquæ columbos diuisit. nam diuisit lego non dimisit. Scio multa esse alia in ea vita, quæ explanationis indigeant: sed nos modū adhibebimus & reliqua aliorū industriæ relinquemus, aut in aliud tempus differemus.

Lamprid. in Helio gabalo.

cap. i. li. 13.

Plin. lib. 5. Epist. Anianæ curam.

Lamprid. in Helio gabalo.

Lympha Mallia in Catullo, homines ad lecticam, Latine loqui, verba Latina. CAPVT V.

35 NODYS est in versibus Catulli vindice dignus & enodatore: eos versus proponam, deinde quid sentiam eloquar,

Cum tantum arderem, quantum Trinactia rupes, Lymphæque in Oetæis Mallia Thermopylis.

Catull. in Malliam.

Ac satis quidem apertū est quæ sit Trinactia rupes. Ætiam enim ardentem

significari nemini ferè ignotum est: aqua Mallia quæ sit, non perinde constat. Fuisse autem natiua aquarum calidarum in Thermopylis lauacra, vel ipso nomine Græco satis indicatur: tantum cur Malliam aquam vocet obscurum est: ego censeam ex eo sic appellatam esse, quòd L. Manlius cum Catone Censorio bello Antiochi per inuia & abrupta ad iugum Thermopylarū euaserit, quæ res victoriae causa Romanis fuit. Plutarchus, ἀπὸς Catone Cen- δὲ λευκίον πινε μάλλιον ἀνδρα δεινὸν ὄρειβατεῖν ὡς λαβὼν ἐχάρει πολυπότως ἡ ἀδελφώ- λως ἐν ἀσελήνῃ νυκτὶ βραθεία. Cùm igitur ad Mallium scriberet Catullus, quid mirum est aquam in Thermopylis nomine eius gentilis esse ab eo signatam, & hoc blandimento & assentatione quæsitam eius esse gratiam? 10 Scribit idem Catullus,

Plutarchus in  
Catone Cen-  
sorio.  
Epig. 12.

*At certè tamen inquit, quod illic  
Natum dicitur, ære comparasti,  
Ad lecticam homines:*

quem ego de lectarijs locum interpretor, quos habere soliti erant Bithy-  
niæ reges, & inuenerant. Cicero in Verrem, Nam (ut mos fuit Bithynia re-  
gibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus melitensi rosa  
farctus. Latine loqui, ut aliud addam, quo sensu dici vulgo soleat, & ab au-  
ctoribus vsurpari, nemini puto ignotum: sed tamen interdum est verè &  
simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra verum rem efferre. Cicero  
in Verrem, non enim verbi neque criminis causa augendi complector omnia, cum  
dico nihil istum eiusmodi rerū in tota prouincia reliquisse. Latine me scitote, non ac-  
cusatorie loqui. Bene scilicet Latini de Latinis existimabāt, eos simplices &  
ingenuos, minimèq; simulatos & fallaces mendacèsq; existimabant: vnde  
illa loquendi ratio, ut existimo, manauit. Sed & Martialis Latine loqui di-  
xit, pro simpliciter & apertè & ingenuè, & sine dissimulatione, & integu-  
mento verborū loqui. Nam se Latine dicit loqui, cùm obscœna & lasciuia  
obscœnis & lasciuis petulantibusque verbis apertè proloquitur. Eius ver-  
ba sunt in epistola, Si quis tamen tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla  
pagina Latine loqui fas sit, potest epistola, vel potiùs titulo contentus esse. Nam  
epigrammata sine circuitu vllò apertè lasciuunt, & petulanter loquuntur.

cic. 7. in Ver-  
rem.  
cic. 6. in Ver-  
rem.  
Lib. 1.  
Lib. 11. epigr.  
21.

*Cæsaris Augusti lasciuos liuide versus  
Sex lege, qui tristis verba Latina legis.*

vbi verba Latina appellat, quæ apertè & ingenuè lasciuam & flagitia  
enunciant, qualis est epigrammatum lingua. Simplicitatis enim Romanæ  
& Latinæ ducebant esse suis res vocabulis afficere. proinde clausulam epi-  
grammati Martialis hanc adscribit, quæ interpretationem meam confir-  
mat:

*Absoluis lepidos nimirum Auguste libellos,*

ibid.

Qui

*Qui scis Romana simplicitate loqui.*

*Vox fusca, infortorium, mitellita, Mazaces, cirrus, ascoma, synthesina,  
& quedam in Tranquillo emendata. CAPVT VI.*

NON solum optimorum virorum vita ad imitandum nobis propo-  
nenda est, verumeriam sceleratissimorum & nefandorum ad fugiendum.  
Nam vt ex illorum laude dignitas virtutis splendidius elucet, sic ex horum  
dedecore turpitudine vitiorum clarius apparet. Nuper itaque legebam Ne-  
ronis vitam: ex ea, quæ ad horum commentariorum supellectilem instruē-  
dam pertinerent, pauca quædam in instrumentum retuli. Natus esse Ne-  
ro scribitur antè nouem menses quàm Tiberius excessit: hîc ego in priscis  
libris reperio, ante post nouem menses: vt mihi dubium non sit, quin legen-  
dum sit, Natus est Antij post nouem menses. itaque, quòd Antium eius esset  
natale solum, sic dilexit, vt eo imperij sedem transferre cogitavit. scribunt  
& libri melioris cui, quoties autem ad consultandum secederet: non vt editur,  
sederet. fusca autem vox est ea, quæ à Græcis, vt è Dione patet, μέλαρα vo-  
catur, cuius tam sæpe apud Aristotelem mentio est. In eodem antiquo co-  
dice, quod dissimulandum non arbitror, aliquid se sufferi tinniturum dixit,  
reperio: erit autem sufferum ὑπάγειον, quod non delicatum & molle, sed  
subagreste & subrusticum, & propè ferum, quod in cantu nos interdum  
magis delectat, quam blandus & eneruatiior modulus. scio ego hîc legi à  
multis sufferi, quod & improbare non est meum: imo verò ante appro-  
bavi, & ὑποπιπυρον esse dixi, vt & subbibere, est quod Græci ὑποπιπυρον di-  
cunt. hanc tamen tanquam testificationem veteris lectionis prætermittere  
non debui. Pro præeunte pompa caterorum cum titulis, lego eiusdem asser-  
tione libri, pompa caterarum, vt ad coronas, de quibus perspicuè agit, re-  
feratur, non ad homines, & hanc scripturam facile sensus approbat. nec  
non & illud sic lego, quintana domi constituta, vbi parta & ad licitationem  
diuidendæ prædæ pretium absumeretur: non vt nunc circumfertur, assumeretur.  
mox nihilo secius lego, Matronarum infortorio copas imitantium. sunt au-  
tem copæ mulieres quæ coponam exercent vt in illo versu,

10  
15  
20  
25  
30

*Copa syrisca caput graia redimita mitella.*

Scribitur & in bibliothecis antiquis, quorum vni mitellita quadragies  
constitit. genus videtur esse placentarum tanquam mitellatarum: est & me-  
dicis micleta, tanquam fortasse miculata, antidotus. edunt publici libri  
mellita, nec damno, sed ea quam proposui mystica, vt ita dicam, scriptura  
est. Scribendum non longè, phalerata Mazacum turba atque cursorum. Sunt  
Mazaces equites, qui in comitatu nobilium erant olim ferè ex Africa:

Sueton. in Ne-  
rone c. 6.  
Dion in Nero-  
ne  
cap. 15.  
cap. 20.  
cap. 25.  
cap. 26.  
cap. 27.  
Virgil. in Cō-  
sta.

Q 9 4 Martia-

Martial. li. 10.  
epig. 13.  
Lib. cyngetic.

Marrialis,

Et Libys in multo pulvere sudet eques.

Cap. 45.

ibid.

Dio in Nero.  
ne.

cap. 49.

cap. 28.

cap. 31.

cap. 32.

Sueto. cap. 34.

Tacitus li. 4.

Suet. cap. 40.

cap. 54.

ibid.

cap. 51.

Nemesianus equos Mazacas laudat, qui ex interiore Africa erant: quem-  
que coloratus Mazax deserta per arua perauit. Ex fidelissimis libris etiã lego,  
statuæ eius à vertice cirrus appositus est cum inscriptione Græca, nunc demum a-  
gona esse, & raderet: quod scilicet in tanto discrimine non deberet cirrus,  
aut cincinnatus esse, sed cirros radere. Mox cum reperiam, alterius collo asco-  
pa deligata, non dubitanter ascoma legam, vt sit velut culleus, quod nomen  
est neutrum Græcis, sed Latinis etiam fœmininum. Dio emendationem  
adiuuat, qui *μολγόν* id est culleum dicit eius statuæ appensum fuisse. Lego  
infra, permisit hoc *Hicelus Galbae libertus*: nam ita vocabatur. Cum autem  
supra scribitur, cum dote & flammeo per solenni nuptiarum celeberrimo officio,  
iniurius in Tranquillum non fuerit, qui per solenne, legerit: etsi ab omnibus  
libris recedet, quorum fidem non semper sequi oportet. vt flores fistulatis  
& vnguenta desuper spargerentur, in duobus optimis codicibus legi, hoc  
sensu: fistulatas fuisse cœnationum tabulas ad flores spargendos & vnguē-  
ta fundenda: ex fistulis tamen, quod peruulgatum est, non moueo: sed il-  
lud alterum etiam accommodatum ad sententiam ostendo iuratorum  
propè dixerim codicum fide & testimonio probatum. ibidem reperi,  
*νεόνηφρον νέρων ἰδίου μητέρα ἀπέκλειθεν*, non vt in omnibus *νεόννηφρον*. & illud multo  
falsius est & acrioris aceti, quod nauis solutilis sententia matrem interfe-  
cerit Nero: de cuius machinatione & Tranquillus & Tacitus scribunt, sed  
& illud illic sic legi, *τὸ πικρὸν ἡμᾶς ἀφ' ἑρέφει*: quod haud paulò melius est,  
quàm quod in peruagatis codicibus legimus. ferè Græca à librarijs Lati-  
nis malè effingebantur literis, inde coniecturæ legentium secutæ qualia-  
cunque eruerunt verba, vestigia ductusque literarum rimantes, & vicinita-  
tem vocum & similitudinem captantes. quod repono literatè satis & pla-  
nè scriptum erat, vt præstare ausim ita scripsisse Tranquillum. Quod sequi-  
tur, etsi primo statim coniectu oculi animaduerti potest, quia tamen in li-  
bris tandiu hæret, non tam mihi expectanda est aliorum opera, qui corri-  
gant, quam mea declaranda & profitenda: *proditurum se parta victoria ludis*.  
hic facilè omnes agnoscunt esse legendum, *parta victoria ludis*. & mox,  
*saltaturumque Virgilij Turnum*. quod vtrūque in optimo codice reperi. tam  
enim securus certusque victoriæ sibi videbatur, vt iam de victoriæ ludis  
sibi cogitandum putaret ac loqueretur disponeretque quæ ludis illis factu-  
rus esset. hoc autem aptius est quàm quod in literas mittitur. lego etiam in  
antiquis libris, ac plerumque *synthesinam indutus*. Nam etsi *synthesin* probo,  
tamen *synthesinam* dissimulare non possum, cum vestem subaudire perfa-  
cilè sit. Hæc oscitantes & propè aliud agentes colligebamus, nauseam  
grauiorum studiorum hoc veluti sapore detergentes amœniorum aucto-  
rum. vti-

rum. vtinam, vt à nausea hæc nos liberarunt, sic & à fastidio hominum vin-  
decent.

Chara, catlafter, catlitio, subare, surire. CAPVT VII.

5 ID quod hîc scribam tui beneficij est, Gulielme Pelifferi, Montis Pef-  
fuli episcopo, sed interprete me ad alios manabit, & qui vnum obligarum  
censes, populum habebit tuo merito tibi deuinctum. Scribit Cæsar lib. 3.  
de bello ciuili, est etiam genus radicis inuentum ab ijs, qui fuerant cum Valerio  
quod appellatur Chara, quod admistum lacte multum inopiam leuat: id similitu-  
10 dinem panis efficiebat: eius erat magna copia. Quæsit hæc verba quæsitum est  
Plinius lapsanam interpretari videtur cum scribit, necnon olus quoque silue-  
stre, & triumphorum Diui Iulij carminibus præcipuè iocis que militaribus celebra-  
tum: alternis quippe versibus exprobanere lapsana se vixisse apud Dyrrachium,  
præmiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id cyma siluestris. Alio loco Pli-  
15 nius lapsanam inter brassicas siluestres numerat, pedalis altitudinis, hirsu-  
tis folijs, napi simillimis, nisi candidior esset flore: sed & de generibus bra-  
sicæ differens ita tradit, Etiamnum vnum siluestre Græci cheram vocant, ponti-  
fici armon, alij leucen, nostri armoraciã fronde copiosius quam corpore. hæc testatur  
scripturam veteres omnes libri, sed cheræ nomine offensi correctores ne  
20 dicam an deprauatores agrium supposuere. Isidorus armoracea, inquit, hæc  
est lapsana: vetus lexicon armoraceam *ραφανίδα* interpretatur. sed Plinius  
duas herbas in vnam confudit lapsanam & armoraciam, quæ caulibus &  
folijs tam indiscretis sunt, vt ne à peritis quidem vix distingui possint nisi  
flore: quo factum esse reor, vt quod de chera dixit Cæsar, de lapsana Plini-  
25 us retulerit, cum armoracea, vt dixi, indistinctæ & geminæ cuiusdam sit,  
cum lapsana similitudinis, & vtraque species sit brassicæ siluestris. Dicit Cæ-  
sar radicem illam inuentam fuisse ab ijs, qui cum Valerio fuerat milites eos  
intelligens, qui duce Valerio, in Asia fuerant Mithridatico bello: Valerium  
autem eorum ducem insidiosè interficiendū curarat Fimbria. Erit & istud  
30 quod subscribã muneris tui, quod homines non minus à te ingeniosè excogi-  
tari quàm verè, qui quidè alicuius iudicij & intelligentiæ sunt, vt existimo,  
prædicabunt. Scribit Vitruuius: Ideoq; semper trās marinos catastos emere formo-  
sos. & puellas maturas eosq; coniungere, vt qui nasceretur ex ijs, non solū egregia vo-  
ce, sed etiam forma essent non inuenusta. Calastros Hermolaus legit, iucundus  
35 notat callastos esse veterè scripturam: tu germanã restituis vocem, catla-  
stros: sententiæ propugnatores tuæ producis Charisium, qui ita scribit,  
puer pueri, catlafter catlastru. addis interpretationem (quam verissimam reor)  
catlastrum esse tāquam catulastrum, vt Græci dicunt *κατλον* pro Catullo,  
*κατλον* pro Proculo. Catulastrum autem explicas grandiore catullum  
& gran-

cap. 25. li. 16. & grandiore puerum. Sic pro Catullione in antiquis Plinij exēplaribus sincera fide reperitur catilio, vt in illo loco, *Catullionem rustici vocant, gesticulante natura semina accipere, eoque animam inferete omnibus satis.* In vetere critico tamen integro vocabulo catulaster reperitur, & exponitur, βέβαιος: vt catulire est ad venerem incitari, quod σκυζάν dicitur, vt subare interpretare veteres grammatico ὀργάν. surire καπρῶν. Hæc duo verba vsurpauit in priore apologia Apuleius, priusque fæminis, posterius maribus attribuit, *fæmine subent, maribus suriant.*

*Fragilis, culices pati rotundos, vasa, bene vasati, equus sagmarius, columbus.* CAPVT VIII.

10

NON me latet quantum pudori tribuendum sit, eiúsque omni in re potissimum habendam esse rationem, ac optimorum interdum auctorum ob turpitudinem & obscœnitatem scripta meritò improbari, quòd cum animi sit interpres oratio, nequiter cogitasse & sensisse, qui flagitiosè scripserunt, videantur. Ac me iudice scriptores saluo semper pudore suas cogitationes literis mandare debent. hoc ego capite eidem culpæ obnoxius forem, si potius animi mei sensa explicarem, quàm verba aliorum, enodarem, quæ etsi obscœna sunt, tamen quia eorum volutamur libros, & angimur, cum quæ vis verbo subiecta sit, non intelligimus, explicanda existimaui. Scribit Flaccus,

saty. 8. lib. 1.

*Iulius, & fragilis Pedacia, furque Voranus.*

quo sensu obscuro fragilem dixit? frangere turpe verbum veteribus fuit, vt & diuidere. Fragilis igitur est mollis, qui muliebria patitur, qui pathicus est. Aliud quiddam æquè obscœnum est explicandum. Adrianus imperator Floro culices rotundos obijcit lepidis his versiculis,

spartianus in Adriano.

*Ego nolo Florus esse,  
Amblare per tabernas,  
Latitare per popinas,  
Culices pati rotundos.*

30

In quam tandem sententiam? ego ad caprificationem allusum puto, in qua culices è caprificis euolantes, in ficos penetrantes maturitatem afferunt: id Græcè ἐπειζέω dicitur. Culices autem vocantur κλέες vnde ὑπεκλεισμένη, id est caprificata mulier, quæ propè exactis mensibus vicina est partui & inciens: & ἐκλεισμένοι, id est culices passi & caprificati à Græcis appellantur, pathici, vt è notissimo constat versu.

*Οὐδεις κομήτης ὄπας ἐκλεισέω,*

id est, nullus comatus, qui non caprificatur. Lampridius in Heliogabalo scribit

scribit, *Roma deniq; nihil aliud egit, nisi vt emissarios haberet, qui ei bene nasatos perquirerent.* Huic adstipulatur scripturæ Egnatius: cuius pace, contendo legendum vasatos. à naso enim non dicitur nasatus, sed nasutus. Nam partem eam, quæ honestè nominari non potest, vasa etiam vocabant. Plautus,

Plautus pænulo sc. satis spectatum.

*—facio quod mæchi non solent, salua vasa domum refero.*

Plerunque enim accidebat, vt mæchis virilia amputarentur: in quo Plautus ludit facetè. Illud autem perspicuè sententiam Egnatij confutat, quòd lauacrum publicum in ædibus aulicis Heliogabalus fecerat, vt ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret. Nam si nasati à naso dicendi sunt, quid balneis, in quibus hominum corpora nudantur, est opus? an homines operto capite incedebant, nasumque nunquam, nisi in balneis, aperiebant? Non licebat è plateis, è vijs, conditiones legere, hominumque nasum inspicere? Quæritur qui sit in Imperatoris illius vita equus saginarius? ego mendum infedisse arbitror, & saginarium legendum esse censeo. Suidas σαγμάριον τὸ παρῆμιν λεγόμενον τῆλδον τὸ βασιλεῖος τῶν Ἰπποκλεῶν, ἢ τῶν μετὰ τὸν Ἰπποκλέην τῶν ἐπιτηδείων. ex quibus intelligimus sic vocari dossuaria iumenta & sarcinaria, quæ impedimenta ferunt resque necessarias. nomen habent à sagmate, id est strato, cui onera aptantur. Isidorus, *sagma*, inquit, *quod corruptè vulgo selma dicitur, stratum sagorum vocatur, unde caballus sagmarius.* videtur tamè in ea vita esse simpliciter equus stratus. iam cum in ea scribitur, *Marina aquæ columbos exhibuit:* eo nomine intelligo, *κολυμβήθρας*, id est piscinas & natationes, vt apud Prudentium, *Donec virenti fluctuet colymbo.*

Lamprid. in Heliogabalo. Hym. 12. ὅθεν τεφάνων.

25 *Neptuninus, Catullus emendatus, relinquere celebranda choreis, verpus, semirafus, hera Tritonis.*

CAPVT IX.

TENE Thetis tenuit pulcherrima Neptunine, Versus est Catulli in epithalamio Pelei & Thetidis, quod carmen imitatione Hesiodi, vt reor, scripsit. Nam Hesiodus epithalamium in eos ediderat, cuius erat principium vt Tsetses refert τῆς μάκαρος ἀκίδης. Veruntamen in versu Catulli, ab omnibus, quos quidem vel legerim vel audiverim, Neptune patronymica deriuatione fictum intelligitur, vt Oceanine, Nerine, à quibus dissentio, cum linguæ Latinæ retineri consuetudo potius debeat, quàm in eam Græca introduci peregrinitas. quid enim verat hîc Neptuninum vocari eum, qui ex elemento Neptuni & neptibus uxorem petat, & Neptunum genere contingat? Itaque vocandi sensu de Peleo audiendum arbitror, aut neptunina legendum minimè autem dubitandum est, quin germana lectio sit,

Crano-



Cranonisque domos ac mœnia Larissæa,  
cuius satis aperta in vetere scriptura extant monumenta & indicia.

Necdum etiam seseque sui tum credidit esse,  
cùm ait, seseque hîc dici crediderim, vt iam iamque dici solet. Non enim plus est quàm sese & iamiam, vel se & se, iam & iam, vt iteratio particulæ sit.

Sæua quòd horrebas prisca præcepta parentis.  
Explicandum hîc reor priscum pro se uero & antiquo, quòd tales veteres & antiquos fuisse opinio sit, vt feuerioris & cæforij iudicij & acerbitalis. si verebaris, inquit, sine consensu feueri tui patris Ægei vxorem me ducere, quod eius iussa & monita pertimesceres, qui tibi districtè edixerat, ne se infcio & ignaro vllam duceres. sed & supra, O bona mater, de Theide dici crediderim: vel potius de heroum matre.

Confestim Peneos adest, vitidantia Tempe,  
Tempe quæ siluæ cingunt super impendentes,  
Minosium linquens claris celebranda choreis,  
Non acrios: namque ille tulit radicibus altas fagos.

Fateor hac in salebra diu me impeditum hæsisse, retentumque consilij inopem plusculum restitisse: veruntamen tandem aliquando sensum rimanti, & vestigia scripturæ scrutanti venit in mentè emendare, Æmonidū, & Non agros: hoc sensu Peneus relinquēs Tempe adfuit, non relinquēs agros. agri enim aperti sunt & frumētarij, nec nemorosi: at is multis arboribus onustus frondosa & siluosa Tempe populatus est, de uexiq; inde fagos, lauros, platanos, populos, cupressos, vt umbraculum texeretur in vestibulo: tantumq; arborum attulit, vt Tēpe purgato spatio choreis ducendis latè patentia Æmonidibus puellis & Thessalis reliquerit. Nam non est eruditus hominibus incomperitū & ignotum, locum à poëtis Græcis latè patentè appellari elegantissimè ἐν πύργοις, in quo scilicet choreæ institui facillimè & cōmodissimè possunt: quod epithetum Catullum voluisse reddere suspicor. Itaque pro claris choreis, fortasse quispiā non inuita Minerua latis choreis scriberet: quanquā id non ausim temerè mutare, cū claris videam retineri posse.

Quæ est in eo carmine? Rapidî Tritonis heræ? ego Mineruam reor, quæ apud Tritoniam paludem & Tritonem amnem nata fuisse dicitur & culta, vnde & Tritonia vocatur. Versus autem istos eiusdem poëmatis sic legendos cenfeo,  
Quod tibi si sancta concesserit incola Itonis,  
Quod nostrum genuse sedes defendere sueta  
Annuat, vt tauri respergas sanguine dextram.

Quiddam & è Catullo præterea attextam,  
— Verpeus praposuit Priapus ille:  
vt in re fœdissima dicitur, ob renudatam glandem. qua de causa, & à Plauto de-

epig. 44.

15

25

35

to deglupta mœnas probrosissimè dicitur: & Iudæi ob eam partem nuda- tam & resectam, appellæ recutiti verpi per summam contumeliam vocabantur. Sic & Ἰωλὸς à Græcis etiam vsurpatur. Ait Catullus,

A semiraso tonderetur vstore.

Hîc eum interpretos, qui est extremæ vltimæque conditionis atque fortis. Nam seruitia, præsertim quæ in machinis habebantur, ergastulis, pistrinis, semirasa erant. Apuleius, frontes literati, & capillum semirasi, & pedes annulati. At myrrus Asia, ante à me explicata, ad Asiam paludem cre-scens, quæ in Lydia erat, etiam commodè intelligetur. Eius autem prima syllaba apud Homerum & Maronem producta est.

Cyclopes non Sicilia, sed continentis habitatores fuisse,  
Clypeus Argolicus. CAPVT X.

VETVS opinio est, non solum Latinorum, sed etiam monumentis Græcorum literisque testata atque celebrata, immanes illos Cyclopes eam partem Siciliæ incoluisse, vbi Ætna & Leontinus ager est. Certè Maro Cyclopes vocat Ætnæos fratres cælo capita alta ferentes. In quo tamen ab Homero, ad cuius speculum se totum fingit atque componit, recessit. Nam Cyclopes in eo insulæ non sunt, sed continentis habitatores. si quis tamen me roget, quam eis sedem regionemque assignandam putem, alium sibi decemuirum aut metatorem vt quærat dicerem. mihi enim hîc aqua hæret, Homeri narratio non minus mihi errare & vagari, quàm Vlisses Homericus videretur. Itaque si rediuius ab inferis Homerus exci-tatus rogaretur, quas oras continentis tenuerint Cyclopes, se nihil pro testimonio iuratumque scripsisse, vt opinor, responderet: narrationemq; se potius iucundam ad homines delectandos, quàm historiam & incorruptam veri memoriam contexuisse diceret. sed doceamus eos insulanos non fuisse, sed continentis incolas. Primum insulam non appellat Homerus, sed terram:

Κυκλάπων δ' ἐς γαίαν Ἰσθμίου ἀφ' Ἰθάκης ἀφ' Ἰθάκης.

Sed & continentem appellat,

Τὴν δ' αἰψὸν ἠπειρὸν δεπαλιρρόθιον φέρε κύμα.

Siciliam autem multo post in Solis bubus insulam appellat: ne quis cùm id compertum non haberet, terræ nomine generali aut continentis contentum fuisse suspicetur. sic enim scribit, Ὀδυσσεύς.

Θενακίτω δ' ἐς νῆσον ἀφ' Ἰθάκης.

Id cùm aliquando disputantem audissem omnium huius ætatis hominum, de quibus vel audierim, vel legerim, Petrum Castellanū Aureliarum Episcopus,

Plaut. P. anul. Sc. Si ego minam. Epig. 55.

Apuleius lib. 1. de As. aur. Lib. 15. c. 22.

3. A. En.

Homerus 9. Odys.

scopum, qui Francisco rege & Ferrico literis in Gallia nostra velut Apollo alter præfuit, magnòque earum detrimento ex hac mortali statione in æterna cæli templa beatumq; bonorum domicilium subuolauit: etsi tanti viri auctoritas satis momenti ponderisq; habebat, vt quod eum sentire vidissem, nefas propè existimare deberem non verum esse suspicari: tamen vt locum Homeri diligentius excussi & expendi, vt clariss. virum differuisse audieram, gratulatus sum ita me reperisse. Cyclopius tamen video sedem à sequentibus poëtis & scriptoribus attributam in Sicilia fuisse: in quo, vt docui, ab Homero recedunt. Quod autem Maro scribit de Cyclopiis oculo,

*Argolici clypei & Phœbea lampadis instar,*

de magnis & rotundis clypeis Argiuorum ad amplificationem superlatiōemque poëticam accipiendum est, qui totum tegebant corpus, vnde Homerus 2. *ἄσπιδος ἀμφιβρότης*, ab Homero dictum est: & ex acie exanimes in clypeo propter magnitudinē velut feretro referebantur. de Argolico clypeo sic scribit *Ælianus*, *λέγεται δὲ ὁ τῆς ἁργολικῆς ἀσπίδος ἡ ἀργολικὴ ἔχειν.* Dionysius

Homerus 2. Iliad.

Dionys. Halic. lib. 4.

*Halicarnassicus* τὰ τὰς δὲ σιωπάζας εἰς ὁδοήκων & λόχους, ὅπλα φέρειν ἐπέταξεν ἀσπίδας ἀργολικὰς, καὶ δόξα καὶ κράνη χαλκεὰ.

*Integumentum, veruina, tenuis, soricina nenia, dare ludum,*

*Thymiana oues.*

CAPVT XI.

In *Bacchid.* Plauti iocus est frigidus, imò verò ne iocus quidem ob vnus vocis prætermissionem, quæ desiderata facetias poëtæ lepidissimi corrumpit: *Nequam esse oportet, cui tu integumentum improbus es*, emendo, *Nequam esse oportet scutum, integumentum improbum est.* Nam integumenta vocabantur, & tegmenta, operimenta scutorū & sagmata. Cæsar libro 2. *temporis tanta fuit exiguitas, hostiūque tam paratus ad dimicandum animus, vt non modo ad insignia accommodanda, sed etiam ad galeas induendas, scutisque tegmenta detrahenda tempus defuerit.* In eadem comœdia quod scribitur,

*Quia patri omne cum ramento reddidi,*

facit, vt cum in *Truculentō* lego,

*Quo citius ab eo rem auferat cum puluisculo,*

puluisculum ramentum esse interpreter, & omnem scobem & puluerem.

*Nunc ab transfenna, inquit, hic turdus lumbricum petit,*

*Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenuis.*

Tendicula hîc ad capiendos turdos significatur, cuius funiculus trāsenna, & ex eo fortasse instrumentum ipsum: paxillus tenuis vocatur. sic *Pollux* in *muscipula* funiculum, quò teneretur tenuis, *σπαρτίον* & *μηλευθον* vocat: *paxillum* *σπαρτίον* *ληθρον*. In eadem fabula,

*Si tibi*

*Si tibi machæra est, nobis veruina est domi*

*Qua quidem te faceam, si tu me irritaueris,*

*Confossiorem soricina nenia.*

veruina quatuor syllabarum esse crediderim, & obeliscum significare, id est paruum veru, & tanquam vericulum. se enim eum minatur veru confossum. nec enim cæsim ferit veru, sed punctim, nec obtruncat sed confodit. Soricina nenia non aliud quicquam videtur esse, quàm cantiuacula quædam celebris de confosso sorice, qui dum rodit, suo iudicio plerunque confoditur. proinde canebatur sorix suo iudicio confossum perijt, aut aliud quiddam simile.

*Illa in arcem abiit adem visere Minervæ,*

vt in palliata, eaque attica dictum est. Nam Athenis in acropoli Minervæ ædes erat. sed nimis nolo desidia ei dare ludum. Eodem modo Horatius est locutus, *miseratum est nec amori dare ludum.* Ait Plautus, *Vetula sunt thymiana.* Thymianæ à thymo dici videntur. Nam in Narbonensi Gallia Lapidei campi thymo abundabant, eoque infinita pecudum millia conueiebant. thymianæ tamen hîc malæ erunt, credo propter longinquitatem viæ macrescentes. Thymianæ se in veteribus libris reperisse scribit *Ioachimus*, vtriusque linguæ hodie princeps, quæ vox quid significet confulendum Apollinis oraculum, nisi thymum amantes explices: ac vidi qui thymiana defenderent, vt rei diuinæ aptas, quales emebantur à parrioribus viliores & macriores. aliquando & minæ legendum existimaui, sed quin thymianæ tueamur & defendamus, nihil esse videtur causæ.

*Martiobarbuli, stipendiarij, barbulus, stigmata militum,*

*exculcatores.*

CAPVT XII.

LASCIVIA quadam militari Martiobarbuli videntur appellati esse milites, qui plumbatas gerebant, id est glandes plumbeas, quæ & ipsæ etiam nomine Martiobarbuli vocatæ per ludum & iocum videntur esse, quòd cum pisces in delicijs essent, in quibus numerantur barbi & barbuli, plumbatæ, quasi non conuiuij sed Martis barbi essent & cibi, ioculari ter Martiobarbuli dici potuerint. *Vegetius*, *plumbatarū quoque exercitatio, quas Martiobarbulos vocant, est tradenda iunioribus*, vetus Grammaticus barbulum exponit *φάρμακον*. is etiam scriptor stipendiarios milites appellat, qui aliquot iam stipendia habent, tironiq; opponit, qui nouellus est: alioqui stipendiarij sunt vectigales, qui pendunt stipendia. *Non tantum*, inquit, *à tironibus: sed à stipendiarijs militibus salitio equorum districtè est semper exacta.* qui militiæ erant adscripti, in eorum manibus stigmata notabantur,

R 1 2

vt scribit

Ibid.

Bacchid. Sc.

Quis sonitu.

Od. 12. lib. 3.

Plaut. Bacchi.

Sc. Quis sonitu.

Plaut. Bacchi. sc. Quid istuc.

Cæsar lib. 2. de bello Gall.

Plaut. Bacchi. sc. hunc hominem.

Plaut. Trucul. in prologo.

Bacchid. Sc. Nimio illuc.

Bacchid. Sc. Meamne hic.

Veget. lib. 1.

cap. 17. de re milit.

Veget. lib. 1.

cap. 18.

vt scribit Ætius his verbis, *ἡ γματα*, inquit, *καλοῦσι τὰ ἑρὰ τῶν ποροσώπων ἢ ἀλλυ-  
τινὸς μέρους τῆς σώματος ἑπιγραφόμενα, οἷα τῶν γρατευμένων ἐν ταῖς χερσίν.* Vegetius li-

lib. 1. cap. 8.

lib. 1. cap. 5.

I. stigmata lib.

11. Cod. de

fabricensib.

cap. 11. lib. 2.

cap. 15. lib. 2.

cap. 17. lib. 2.

cap. 21. lib. 2.

bro primo, *sed non statim punctis signorum scribendus est tiro delectus.* Et lib. 2. *Nam victuris in cute punctis milites scripti & matriculis inserti iurare solent.* idē & fabricensibus fiebat. Imp. Arcadius & Honorius: *stigmata, hoc est nota* 5 *publicæ fabricensium brachijs ad imitationem tironum infligantur, vt hoc saltem modo possint latitantes agnosci.* Apud eundem porrò Vegetium, pro, fabris lignarijs & instructoribus, fabros tignarios legi melius promiserim & structores, antiquis adpromissoribus libris. nihilo fecius & illud apud e-  
um insincerum corruptumque est, *post hos erant ferentarij & leuis armatura,* 10 *quos nunc auxiliares & armaturas dicimus.* Est & aliquantillum hoc quidem fœdaturum in antiquis libris, in quibus exculcatores scribitur, sed verò proximum. legendum enim exculcatores, qui scilicet missilia & lapides & glandes exculant & eijciunt. In imperij Romani commentario exculcatores seniores nominantur. locus item vlserosus & saniosus est apud Ve-  
getium eiusdem vocis contaminatione, cum ita scribitur: *ferentarij autem,* 15 *armaturæ, scutatores:* antiquis in libris scultatores inuenio: tu exculcatores scribē, & sensus conueniet. Sed & vbi legitur, *sicut primicerius in officio præfectorum prætorio:* reperi, sicut primicerius, cuius, vt verum ingenuè fatear, non me pœniter: & scindulas pro scandulis reperi, quæ assertorem 20 & vindicem habent Isidorum.

*Concinnitas, porriciæ, fellitate, fellebris, frutis.*

## CAPVT XIII.

Huius muneris est atque operæ sagaciter odorari, si quid vsquam 25 lateat, quod supra captum sit hominum mediocriter eruditorum. idque è lustris in quibus delitescit, extrahere in lucem. Igitur obseruasse videor, quod nec triuiale, nec diobolare est, concinnitatem in breuitate & compendio poni, quod infrequentius est, quàm vt obseruatu & annotatu indignum esse videatur. *egrediemur,* inquit Solinus, *propositæ concinnitatis mo-* 30 *dum.* & in epistola, *vt nec in eo prodiga sit copia, nec damnosa concinnitas.* Ex eodem scriptore & alia inuestigata eruam, & bonæ iuuentuti huc relata transmittam. Porricere verbum sacrificale peruetustum est, in reddendis extis & porrigendis vsurpatum: inde porricias exta, quæ in aræ foco ponuntur, quod dijs porriguntur, à Solino vocata reperi: *nec ignis,* 35 *inquit, in hanc congeriē adponitur, cum porricias intulerint,* id est, cum intulerint exta aræ, quod sponte illa lignorū strues flammā concipiat diuino quodā miraculo. Verbū quoddam est & obscenū & præfandū fellare, quod apud eundē pro mammā sugere, honesta significatione & memoranda reperi:

vt suspi-

vt suspicio inde sit honestum initio verbū fuisse, sed postea infandæ libidinis significatione, redditum esse infame, cum eius essent natales primigeniæque notio non illiberalis. sic enim de pullis equinis scribit, *nequaquam mater pullo vbera præbet fellitanda:* quod censoria quadam inscitia, in velli- 5 *solutus cap. 47.* *tanda adulteratum est: alij fellicanda etiam legunt, neque fortassis ineptè, & ex autographis, vt auguror, priscis. Fellebre ab eodem verbo, non inconcinnè, nec inuita Minerua confinxit, in cuius tamen locum irrepsit funebre: vt fata videantur eadem verborum quæ nationum multarum, quæ suis expulse sedibus solum vertere coactæ sunt. Sic autē scribit de boa,* 10 *lon-* *solutus cap. 8.* *10 go seculo ita fellebri satietate ultimo extuberatur, vt obsistere magnitudini eius nulla vis queat.* Nam anguis ille sugendis boum mammis in immensam distenditur amplitudinem: vnde & boa vocatur à bubus. Eam igitur appellat fellebrem facietatem, fellando, id est vbera ebibendo emulgendō-  
que, quæ sitam saginam & molem. Frutis ab eo etiam Venus appellatur, 15 *sive corrupta eius nomenclatura (nam vt Græci Latina: sic & Latini vicissim Græca corrumpebant malè pronuntiando) sive hoc etiam originis Latinæ est & vernaculæ, à fruendo. Nam frutinal templum Veneris Frutæ, à fruendo veteres appellarunt. Verba Solini sunt, vbi dum simulachrum, ibid.* *quod ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, à Diomede* 20 *palladium suscipit.* hîc ego nihil moror editiones, quæ ἀποδιδῶν euulgant: quod in chartis vermiculatis reperi, piaculare facinus putarem, nisi lectori indicarem: à quo nomine cum Latium antiquum non abhorruerit, cur ego sepultum esse potius sinam, quàm rediuium suscitem? in eadem obsoleta & verminante charta reperi, quod huic paginæ commendandum 25 est & prodendum, *cum omni fœtu ver sacrum missus:* cum publicatum sit, *vel* *sacro missus,* flagitiosè & turpiter sugillato loco. Ver autē sacrum quid sit, è Festo Pompeio promptum cuius est cognoscere.

*Multa in Tranquillo emendata, minor Codetta & maior.*

30

CAPVT

XIIII.

AN Iulius Cæsar Suetonij integer sit, addubitatum video: sed cum in 35 *suetonius in* *antiquissimis exemplaribus, annum agens sextum decimum,* sine Cæsaris nomine reperiā, nihilque de eius natalibus & gente loquatur, sine con- *1410 cap. 15.* *35 trouersia puto mutilum & absque capite principium esse. sed ex eo libro libet quædam velut decerpere. auctores,* inquit, *tribunitiæ potestatis restituen-* *cap. 5.* *da:* lego actores, vt & scriptum habet antiquissimus & optimus liber: nec dubium quin hæc actio cum fuerit, actores vocandi sint potius, quàm auctores: quanquam si quis auctores tueatur, non magnopere

R r 3

dissen-

cap. 9. dissentiam. pro, & Cicero in quadam ad Atticum epistola, lego ad Axium, as-  
 fertioribus bonis & fidelibus antiquitatis monumētis, hīc est Axius, cuius  
 Varro lib. 3. mentio est in epistolis ad Atticum, & apud Varronem de re rustica: ad  
 de re rust. eum quod refert Tranquillus in quadam epistola Cicero scripserat. Item  
 cap. 10. infra gladiatorium munus lego, non gladiatorum. in pignoribus capiēdis, 5  
 interdum supellex concidebatur, vt lib. 3. de Oratore: interdum diripieba-  
 tur, vt apud Tranquillum, *Veetium pignoribus captis & direpta supellectile*. pi-  
 cap. 17. gnora autem capiebantur multæ causa. prouinciæ ordinari dicebantur,  
 non cū magistratibus decernebantur, sed cū st atuebat senatus quo  
 militum numero, & quibuscum hostibus, bellum gereretur: Tranquillus, 10  
 cap. 18. ac neque more neque iure, antequam prouinciæ ordinarentur. sic etiam distinguo,  
 cap. 23. quando ne plebiscito, Pompeius postea abrogasset: hoc sensu, abrogauerat Pom-  
 peius lege sua & antequauerat plebiscitum, quo Cæsari ius erat absentis  
 consulatum petendi. Igitur ne plebiscito ratio absentis comitijs habere-  
 tur, Pompeius abrogauerat lege sua imprudens. Lego, *semper Cæsarem in* 15  
 cap. 30. *ore habuisse istos*. quod enim sequitur, in *Phœnijsis*, addititium est. Lego etiam,  
 cap. 32. *sessum in xiiij. è scena per orchestram*. Nam *solum* irreptitium est & insitium.  
 è scena autem dicit, quòd in ea mimum egerat Laberius. *Nauali*, inquit,  
 1bid. *prælio in morem cocleæ defosso lacu*. Hic locus mihi semper dubiæ & sublextæ  
 fidei, vt verbo comici vtar, fuit: nec per perinde congruit. Dèniq; scriptu- 20  
 ræ verustas aliud quiddam multò & verius & accommodatius reponit, de  
 quo aliquid aliquando me audisse recordor de Ranconetto. *In minore Co-*  
 festus lib. 3. *deta defosso lacu*. *Codeta*, inquit Festus, *ager in quo frutices existunt in modum*  
*codarum equinarum*. Ex hoc autem Tranquilli loco conijcimus & maiorem  
 cap. 38. & minorē codetam fuisse. Lego etiam, *trecentos nummos*, non tricenos, quod 25  
 è Dione intelligi potest. pro deducta summa æris alieni, nonne ad senten-  
 tiam longè aptius erit, quod antiquæ memoriæ libri hodiè que incolume  
 & saluum retinent? *Deducto summa æris alieni, si quid usuræ nomine*. Exige  
 cap. 42. hanc scripturam ad sensum & grammaticorum normam, & eam probabi-  
 liorem emendatiorē que reperies. *In senatu defendenti enixè causam filia* 30  
 cap. 49. *Nicomedis*. aduerbium hīc in proprij nominis locum velut per oppressio-  
 nem inuasit, cū in antiquis libris *Nisæ* causam planè perspiciuē que scri-  
 prum reperiamus. *Nysa* enim, vt opinor, *Nicomedis* filia vocabatur, vel  
 potius filius, si Sallustio fidem habemus ita scribenti in epistola *Mithri-*  
 datis, *Postremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere, cum filius Nysa,* 35  
 quem regem appellauerat genitus haud dubiè esset. *Quæ scire C. Martium*: scri-  
 bo, *C. Matium*. Is familiaris Cæsaris fuit, & quædam Ciceronis ad eum  
 extant epistolæ. pro, *per angustias Hellepontis victor nauicula traiceret*. Repe-  
 rio, *victoria nauicula*, quod qui aliquid in pectore aceti habet, aut aliquid  
 nasi,

nasi, haud paulò melius intelliget, quàm quod peruulgatum est. pro, *sub cap. 72*  
*dino accubuerit, è vereribus libris cubuerit*, legendum censeo. Et, *Rufini li-* cap. 76.  
*berti sui filio, exoleto suo*, non, vt inualuit, *Rufioni*. & fore vt illo prognatus: quã- cap. 81.  
 quam, *Iulo*, etiam quod excusum est, damnare non possum. Et, *quos in tra-* 1bid.  
 5 *ijciendo Rubiconi flumini consecrarat*. sic enim flumini dicatos fuisse intel-  
 ligemus, si dandi casu legamus, at hodie auferendi, vsitatum est: quod, qui  
 volet, per me sequatur. cū milites exauctorat & dimittit appellat Cæ-  
 sar *Quirites*: eo verbo ciues vrbanos, nec iam milites intelligimus. Nam *Plutarch. in*  
 sic Romæ in concionibus vocabantur ab oratoribus. *Plutarchus, πολίτας Cæsarea*  
 10 *vertit. pro, alter Casca, alter è Cassijs scriptum in antiquis membranis est.* cap. 82.  
 & mox, *Cæsar Cassij*. Ista scrutantes & rimantes è vetere libro, tanquam  
 è quodam rudere, eruebamus.

Quadam in Augusto Traquilli emendata.

CAPVT XV.

15 VITAM Augusti relegens minutas quasdam obseruatiunculas,  
 quæ inter legendum sese ostenderunt, huc congestas descripsi. *Ea*, in-  
 quit Tranquil. *gens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta*, quod *suetonius in*  
 20 *mendosum est scribendum enim est, inter minores gentes allecta*. quis enim *Augusto ca. 2.*  
 nescit patres fuisse maiorum & minorum gentium? videtur autem Tran-  
 quil. memoria lapsus, qui *Q. Ciceronem* *Asiam prætorio Imperio* obti-  
 nentem proconsulem nominet ita scribens. *Q. Fratrem eodem tempore pa-* cap. 3.  
*rum secunda fama proconsulatum Asia administrantem*. Sed & ibidem ex An- cap. 4.  
 25 *charia lego. Et, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo*. mater enim Au-  
 gusti *Atia* appellata est, quòd *Atij Balbi* filia esset. Et infra, *iam istam volu-* cap. 13.  
*crum potestatem fore*: vt dicat in alitum potestate id fore. *conspetto eum ad ar-* cap. 15.  
*ma iuisse*, habent disertè & planè scriptum antiqua exempla, quod ideo  
 adscribendum putauī, non supprimendū. quidni enim, vt consulto & com-  
 30 posito, sic & conspecto dici possit? *Gratiam fecit coniurandi Bononiensibus*, cap. 16.  
 dixit, pro eis permisit, ne cum tota Italia pro partibus suis coniurarēt, quòd  
 in Antoniorū essent clientela. *Scribo, M. Genutij, ex in Plantij*. Et mox, *L.* cap. 19.  
*Audasij*, & item *Asinij Epicadi ex gente Parthyna hybrida*. hæc autem quàm  
 immutata sint in excusis libris, facilè cognitu est comparando. *gentes in al-*  
 35 *pinas* lego, vt & *Plinius* aliique loquuntur. & *pace parta ter clausit*, libri cap. 21.  
 veteres magno consensu habent, tertio tamen mallem: vt & *muliebre sexus* cap. 22.  
*omne*, in neutro genere, antiquis, vt *Plauto*, quorum interdum sectator est, cap. 24.  
 vt antiquarius *Tranquillus*, vsitato. & *de eadem re sedulo lentius*. *Violentius* cap. 51.  
 excusum est, sed veterem testor scripturam. Lego, *Cosmum seruum*, non cap. 67.

Rr 4 Cosinium



cap. 69. Cofinium. & mox, *Idem Polum: & ut Saluam Titisceniam. & an refert ubi &*  
 cap. 87. *in qua arrigas? Contenti sumus, vt veteres libri, vel vt excusi, simus hoc Catone,*  
 valet hæc feramus modicè & equo animo, nec nobis mortè consciscamus  
 fitque satis vnum fuisse Catonem, qui sibi manus Vticæ attulerit. *Pro stulto*  
*baceolum*, vt sit tanquam diminutiuum à bacelo, qui stultum & amentem  
 1bid. significat. nè pullus equi iutelligeretur, quodocunque pullum gallinæ si-  
 gnificare volebat, pullum puleiaceū appellabat. proinde in veteribus li-  
 1bid. bris legitur, *ad pullum puleiaceum*, quod est, in mensa ad pulli ferculum &  
 paraptidem. Postriduani dies idcirco malè ominosi erant, quòd sequeban-  
 tur ferias Cal. Nonarum & Iduum, & quod postriduani dicerentur. In eo  
 enim vocabulo malum omen inest, quòd postridie omnia sera & intem-  
 pestiua sunt. Itaque cum dixisset Tranquillus nunquam Augustum postri-  
 dienundinas quoquam profectum, addit in eo vitasse eum *δυσφημίαν* nomi-  
 nis, vt & in Nonis. vnde quodam diximus loco, Idus & Calendas ante no-  
 15 nas nominari solitas ex A sconio. Ante *δότε κρότον*, hæc verba exolescentia &  
 fugientia è veteri libro eruimus, & tanquam fugitiuarij retraximus, *mimū*  
*uita commode transegiſſe.* & mox, *εὶ δὲ πᾶν ἐχέχλωσ, τῷ παγγίῳ δότε κρότον, ἢ*  
*πᾶντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς πομπύσωτε.* *Præcedente*, inquit, *Victoria, quæ est in curia:*  
 cap. 99. ea est cuius aram de senatu sublarā dolenter tulere gentes Christianismo  
 cap. 100. conualescente: de qua Symmachus sic quæritur, *qui est ita familiaris Barba-*  
 20 *ris, vt aram victoria non requirat?* de qua re elegantissima ei respondit epi-  
 stola D. Ambrosius, in qua & hoc scribit: *huius aram (de victoria loquitur)*  
*strui in urbis Roma Curia petunt, hoc est, quo plures conueniunt Christiani.*

cap. 92.  
 Lib. aduers. 15.  
 c. 14.  
 A scon. in 3.  
 Verr.  
 cap. 99.  
 cap. 100.  
 Symmach. in  
 relatione ad  
 Valent.

*Buccellarius, zabæ comes, cursores, defensores, men-  
 fores. CAPVT XVI. 25*

IN historijs, non illis quidem antiquissimis, quas nonnulli solas in de-  
 litijs habent, aliàsque vt inelegantes aspernantur, veteribus tamē, legimus  
 ab Aetij buccellario Valentianum interfectum fuisse. id cū legissem, buc-  
 30 cellarij vox me diu anxium & sollicitum habuit, neque quid ea significa-  
 ret reperire poteram: & tamen semper suspicabar nomen esse aliquod mi-  
 litare. Tandem in macrocola incidi Mauricij nescio cuius, qui de militia  
 Romana Græcè quidem scripsit, multis tamen & Latinis & barbaris vo-  
 cabulis aspersis. Ibi buccellarios equites esse scribit armatos zabis (sic ille  
 35 armaturam loricarum prope talarium appellat) & manicis ferreis, conta-  
 tos quosdam & sagittarios. in magno autem honore hos equites fuisse ex  
 eo apparet, quod in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant,  
 & post sequebantur: sed quid vetat adscribere Mauricij bilinguem ora-  
 tionem

tionē: *ἢ ἀειπατόματος τοῦ στρατοῦ ἠγεῖσθαι τὸν τοῦ πάντος στρατηγὸν, παρεμπορευομένων*  
*αὐτοῦ τιμῆς ἐνεχῆ τῶν ὀπιτιμίων ἢ ἰδιωτῶν αὐτῆ ἀνθρώπων μετὰ τῶν ἀδερφάτων ἢ βουκελ-*  
*λαεικῶν βάνδων. ὅπισθεν δὲ αὐτῆ εὐθύς τῆς ἀνθρώπους, ἢ μετὰ αὐτῆς τῆς βουκελλαρίης.*  
 Erant autē, vt opinor, equites illi Gallogræci. Nam à Suida scribitur, *βουκελ-*  
 5 *λάειοι οἱ ἑλληνογαλάται ὀνομάζονται, ἢ ἦτων βουκελλαρίων χάρα γαλλογραικία.* Non  
 inutile autem fortasse fuerit quædam nomina carptim ex eo libro hîc  
 perstringer, quæ fortasse iuriscōsultis aliquid in codice aperient ignotum,  
 & historicis intelligendis proderunt. Mœrarchen vocat qui mœræ impe-  
 rat, id est ducem, qui Græcè dicitur *μοιράρχης*. Nam mœra ex legionibus  
 10 & numeris pluribus constat, vt ex pluribus mœris meros. hi autem infe-  
 riores sunt imperatore, qui *στρατηγός* dicitur: & eius legato, qui *ὑποστράτηγος*.  
 Comes est, qui legioni aut numero præfectus est, idemq; tribunus militū.  
 idem equitum quosdam cursores vocat, qui ante agmen & acie excurrunt,  
 hostesque versos in fugam persequuntur: quosdam defensores, qui ex acie  
 15 nec exeunt nec excurrūt, sed ordines semper seruāt. Item deputatos vocat,  
 qui vulneratos è prælio exportant. Antecessores, qui ante agmē eunt, loca-  
 que castris metandis idonea deligunt, & vias, qua duci exercitus cōmodè  
 possit, vident. Mensores, qui loca castris metādis meriuntur. Cantatorem,  
 qui exercitum hortatur & animat oratione milites ad fortiter dimicādum  
 20 ante pugnā, velut ad eorum aures canens. Poteram & alia inde decerpere,  
 sed ista satis esse iudicau: & vereor ne etiam nimium multa sint, nauscām-  
 que pariant eis, qui nomina tantum audire possunt secundis auribus bonis  
 temporibus vsitata.

25 *Solea, nicere, tympanotriba, nummus, purpurisum, redimi-  
 culum, cera. CAPVT XVII.*

ROMANI non solebant in publico vti soleis, sed vel in triclinio, vel  
 in cubiculo: verū foris calceis, atq; ea de causā crimini vertit Cicero Ver-  
 30 ri quòd soleatus fuerit: *stetit*, inquit, *soleatus prætor Pop. Rom. cum pallio pur-*  
*pureo tunicâque talari.* & tribulis conuiuia apud Horatium gerit sub ala sole-  
 as: & conuiuator Nasidienus apud eundem soleas poscit: meretricula a-  
 35 pud Plautum in Truculento puerperā mentiens, & decipere militem cu-  
 piens, soleas poscit. *soleas*, inquit, *mibi date.* Iterum,  
*Date soleas, atque me intro actutum ducite.*  
 omninóque foris solea muliebre potius, quàm virile calceamentum ha-  
 bebatur: Catullus de Lesbia, *arguta constitit in solea.* In eadem etiam Plauti  
 fabula verbum est nicere, à quo deductum est nictare, quod nusquam alibi,  
 quod sciam, reperitur: significat autem signum facere, vt manum mouere,  
 aut ea

7. in Verem.  
 Epist. 13. lib. 1.  
 saty. 8. lib. 2.  
 sc. Num tibi.  
 sc. Date soleas.  
 Catull. ad  
 Mallium.

aut ea minari:

Truculento sc.  
Ite hac.

*Emoriere, inquit, ocyus si manus niceris.*

*Quid si manus nicerim?*

vbi icerim sæpe legendum credidi: sed cum aliquam esse nictandi originem augurer, nec aliam quisquam comminisci possit, ne incerto patre natorum verbum videatur, retinendum putavi. Cæterum vmbriticola dicitur in ea fabula mollis, qui in vmbrosis locis degat, nec solem pulueremque vt homines militares, ferre solet. Typanotriba etiam eneruatus & effœminatus est, quales erant Cybelæ sacerdotes, & exœcti Matris deum, manibus tympana gerentes atque pulsantes. In ea comœdia,

*Num obsecro nam ariolus est, qui ipse se verberat?*

Ariolus quasi fariolus à fando dicitur: proinde aspirari debet, vt horda pro forda hic absolutè pro furioso ponitur. Nam furiosi sæpe solent sese malè mulctare atque verberare. In eadem fabula, quod ad rem nummariam pecuniariamque pertinet & cognitionem monetæ antiquæ, nummus valet duas drachmas. cum enim ita scribatur, *de mina vna deminui modo quinque nummos, mihi detraxi partem herculanam.* & Grammatici Græci tradant minam centum esse drachmarum, partem autem herculanam constet decimam fuisse, nummus erit quinquagesima pars minæ, vt drachma centesima, sic innummo inerunt duæ drachmæ. Denarius tamen drachmam valet cuius estimatione & pretio inferior multo est nummus igitur hic nummus est didrachmum, aliter quam vulgo loquentibus solet vsurpari. Nam vulgo festertius est. Purpurissimum, quo buccas inficiebant suas meretriculæ, rubricam dixit Plautus latinè. Nam cum scripsisset,

*Istas buccas tam bellè purpurissimas habes.*

subiecit non multo post,

*Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.*

Illud etiam eleganti & amœna inflexione sermonis dictum est.

*Vt esset aliquis laqueus & redimiculum.*

Cum enim redimiculo innexi implexique teneantur crines mulierum, redimiculum pro quodam vinculo & nodo, quo velut alligatus teneretur Babylonienſis miles, id est miles Græcus, qui Babylone stipendia meruerat, iucunda suauisque translatione dixit. facile porrò *facunditatem virtus argutam inuenit*, non arguta, legendum esse vel eo adducor, quod facile disertam eloquentiam dicat virtute inueniri. Nam hic argutus est disertus & eloquens: neque hoc admonuissem, nisi sententia corrumperetur vnus elementi inopia, cuius supplemento & subsidio sibi restituitur & redintegratur. seruus autem malus & ioculator munera, quæ ad meretricem ferebat, statim intro ferri non vult, quasi que madeant, soli oppâsa & exposita, quo siccentur

siccentur, ante fores aliquandiu habenda caullatur, atque ait,

*Nolo auferant, desiccari labet.*

sc. Ite hac.

quod est ante ostium sub diò esse, non statim intro rapi. Non sunt istæ Indiæ merces, aut è maris Rubri litore collectæ gemmæ, sed scrupi & lapilli è vernaculo mari lecti, vel potius muscus aliquis & eictamenta, quibus se maria purgant: sed non solum raris, verumetiam parabilibus abundant pharmacopolarum & copiariorum tabernæ. Cera autem fucus est & pictura, propterea quod ceris pingere antiqui solebant. Seneca, *Pictor colores, quos ad reddendum similitudinem multos variòsque ante se posuit, celerimè denotat, & inter ceram opusque facili vultu ac manu comœat.* Varro, *Nam vt Varro li. 3. de Pausias & ceteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi discolors sunt ceræ.*

*Emendatus Catullus & explicatus, tactus, tangere, salapit-  
ta, mæchidij. CAPVT XVIIII.*

EPIGRAMMA est Catulli ad Cinnam sanè obscurum,

*Consule Pompeio primum duo Cinna sedebant*

*Mæchilia, factò consule nunc iterum,*

*Manferunt duo: sed creuerunt millia in vnum*

*Singula, facundum semen adulterio.*

id nos explicare posse non confidimus, sed nec tantum nobis arrogamus: verum operam damus, vt viam aliquam aperiamus, qua ad sententiam ingressus tandem aliquando esse possit: ac vt audacia solita vtamur (cur enim nobis parcamus?) loco mouendum censemus, quod per exemplaria propagatum omnia videmus mæchilia. quid enim hæc vox hominibus vel Græcis vel Latinis significat? in eius locum repono *μοιχιδιοι*. Perstringit enim homines duos adulterio natos, qui primo consulatu Pompeij vel honores gesserant. (Nam sedere de magistratibus dicitur: Cicero in Vatiniũ, *De quibus duos prætextatos sedentes vides*) vel iudices fuerant: Cicero pro Rabirio, *modo vos in Gabiniũ Iudices sedistis.* altero Pompeij cõsulatu eorundem illos superstites fuisse dicit, eorumque vtrique singula spuriorum & adulterinorum accreuisse millia, vt pro duobus, qui primo consulatu fuerint, iam secundo consulatu duo millia multiplicata sint. ferè suspicor talem quandam esse huius epigrammatis sententiam: si quid ingeniosius in eo delitescit, quod non videmus, illis, qui maiore musarum afflatu correpti sunt, relinquimus. Epigrammatium antecedit duorum versiculorum, maioribus etiam obscuratum tenebris & inuolutum,

*Multus homo es Naso, nec tecum multus homo, sed*

Epig. in Naso-  
nem.

Descen-

*Descendis Naso: multus es & pathicus.*

hic non later, sed apparet obscenus & infandus sensus. obijciunt enim Nasoni muliebria. multus autem dicitur, qui aliqua in re frequens est & assiduus. ut dicitur aliquis multus esse in literis & studijs. At iste multus erat in corruptelis & stupris quæ patiebatur: sed & multus est, qui non est solus, sed cum alijs: quem in sensum negat se accipere, cum subijciat, nec tecum multus homo. multis enim testibus & arbitris nefandæ tuæ libidines non egent. Iraque dicit eum descendere, qui se initori & ascensori subijciat & subternat. Sed dicere malim eum multum esse & frequentem in negotijs agendis, descenderéque in forum & comitium per sæpe, multum tamé  
10 hominem non esse cum eo, cum propter obscenitatem, eius consuetudinem omnes fugitarent: ut denique multus sit in foro & assiduus, sed idem tamen pathicus. Quod autem in alio epigrammate scribitur, *Mirifice est actu nactus utrunque malum, deprauatum suspicor, emendandumque reor, est tactu:* quo sensu ab Horatio dicitur,  
15

Horat. Saty. 2.  
lib. 1.

— matronam nullam ego tango.

Epig. 50.

sed & in epigrammate, in quo scribitur, *Dij magni salaputium disertum, non deest ut hoc non omittam, qui salaputium legat, præsertim cum in antiqui critici expositione reperiat* *πάμπουα.*

*Vestes forriculata, phrixiana, pruriga, Plinius emendatur.* CAPVT XIX.

cap. 48. li. 8. **Q**UÆ sint in Plinio vestes forriculatae, diu multumque quaesitum est: ac plerique in liberarioribus disciplinis primæ classis viri forriculatas & legunt & edunt: ego consensum archetyporum librorum plurimi faciendum arbitror, in quibus scribitur forriculatae: sed & in peruetusto notarum antiquarum libro fororeclatae, quod idem est, legitur. Forriculatas autem interpretantur lino ac sparto condensatas & confertas, à conferendo orta voce quasi sericulatae sint: cui interpretationi non assentior, cum præsertim Plinius non de materia vestis, sed de texturæ genere loquatur. Nam ut undulate vestes sunt apud eum, quarum textura vndas imitatur, scutulatae scutulas: itidem rasæ & phrixianæ, sed & recte de textura dicuntur: sic & forriculate quæ quidem perpetuis quibusdam furis & latoribus virgis, regulate erant, & eo toto texendi genere confectæ, ut sint tanquam furorigulate, à furo, cuius diminutio est furculus: nisi si quis à fura deducere malit. quod si à regula deriuari non placet, certè à rica & rricula deducatur. Eodem in capite à Plinio etiam scribitur, *vidimus iam & viuentium vellera purpura, cocco conchilio, sesquilibris infecta, velut ea sic cogente nasci luxuria.* hic in autographis omnibus, quod & ab eruditis scio annotatum, legitur sesquipedalibus libris

bris: huius tamen scripturæ nullus cuiquam respectus est. At ego me ei libenter vindicem præstiterim, cum putem Plinium dicere vellera viuentium ouium sic tingi purpura & cocco, ut corticibus & libris sesquipedalibus medicamento eo forrasse imbutis inficiantur, & conseruantibus inhaerentem vellera infecturam. qui sensus cum ineptus non sit, nec inscitus, nec commentitiam scripturam inuehat, sed veterem custodiat, improbandus non est. eodem in libro lego etiam, *roga rasas phryxianasque* non phryxianas, cuius scripturæ auctorem laudare meritissimo possum Gulielmum Pelisserium Montis Pessuli Episcopum, & approbatores libros veteres proferre: sed & Senecam testem producere, qui in libro de Beneficijs ita scribit, *inueniam alium poetam apud quem præcingantur, & spissis aut phryxianis prodeant.* sunt autem phryxianæ vestes, quæ phryxæi velleris crispas & eminentes villos imitantur. eodem libro lego, *laceratumque prurigam inuenimus.* est autem pruriga qui admissarios ad veneris prurimum excitat. Sic & apud Varronem libro 2. de re Rustica duobus locis lego, *admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis die mane & vespere prurigam. is sic appellatur.* Iterum, eodem tempore, quo equos adducentes, *idémque ut ineant equas, per prurigas curamus.* in libris antiquis pruriga scribitur. Cui emendatum illud videtur, quod *derelictus senecta cadentia iumenta comitatu nifuque exhortatur,* vellem mihi sensum exponeret, scriptore dignum. mihi quidem scædencia iumenta Plinium scripsisse vel eo verisimile fit, quod in peruetustis paginis reperi scandentia iumenta, cui literaturæ & Aristoteles, vnde id exscripsit, astipulatur. Budæus ornamentum nostræ Galliæ vitium loci senserat, & cedentia in commetarijs lingue Græcæ emendarat. etiam supplemento vnius verbi explebitur sensus cuiusdam loci inchoatus, *Incedit summoto licitorum:* lego ex vno perueteri libro, *summoto strepitu licitorum.* Hæc tota fere est censoria opera in castigandis vitijs occupata. Virgula igitur censoria alio in loco eiusdem libri vtamur. Scribitur enim, *conduntur & alpini, quibus magnitudo media est.* Hoc verbum media eradendum est substituentiumque melis est: mouet coniecturam librorum antiquitas, in quibus scribitur, *melis est,* quæ corrumpendi occasionem præbuit è vicino, ut & nunc quoque emendandi. Sic interdum maximas utilitates affert veteres scrutari codices, qui & causas vitiorum indicant, & emendationum materiam præbent.

*Nemus, nemorense, Cicero emendatur.* CAPVT XX.

35 ROMANI nemus appellabant in Aricino agro locum Dianæ sacrum, quod quidem ita esse facile grauissimi & locupletissimi scriptoris auctoritate, qui vnus pro sexcentis est, obtinebimus. sic igitur Strabo scribit: eius enim consilium est subscribere verba, quo res testator sit: τὸ δὲ ἀρτεμίσιον, Geogr.

S f

ὄνηλ'σσι

ὁ γὰρ ἄλλοσι νέμος, ὅτι τὸ ἐν ἀειπερᾷ μέρες τῆς ὁδοῦ τῆς ἀεικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ ἀρεκίλιον τὸ ἱερὸν. Sed quorsum à me hoc testimoniū profertur? videor enim velle ali-

quid à iudicibus obtinere, & tantæ fidei teste magnum quiddam & graue probare velle. Longum non faciam, hæc Strabonis verba mihi persuadent, & vt puto, omnibus æquissimis & doctis persuadebunt, vbi lib. 6. epist. ad

Attic. epist. 2. Attic. scribitur, putat enim suos nummos vos comedisse, Cæsarem in merito re-  
dificando diligentiore fore scribendum esse, in nemore edificando, vel in Ne-  
morensi edificando. Ipsi quidem literarum ductus diuulsi si iungantur, è tri-  
bus literulis r, i, t vnum elementū in facile integrabunt, & Cæsarem con-  
stat illic sumptuosissimè villam ædificasse, quā etiam, quia ad animū non

respondebat, totā demolitus sit, qua de re ita scribit Tranquillus, villam in  
Nemorensi à fundamento inchoatam magnōque sumptu absolutam, quia non tota  
ad animum ei respondebat, totā diruisse, quanquā tenuem adhuc & obæratam.  
Ibi quoque fugitiuus regnū obtinebat, qui Nemorensis rex dicebatur, vt  
ferè omnibus, qui literarum studio tenentur, est notissimū. Nihilō secius  
& illud ibidem pro vlcere aut vomica curandum est: sed heus tu genuarios à

Cæsare per Herodem talenta attica L. extorsistis. Hic quædam cuditur noua &  
inaudita sæculis moneta genuariorum, Ego legendum suspicer, sed heus tu,  
Genua, vel Genua vos à Cæsare per Herodem, talenta attica L. extorsistis. quod  
enim in vnam literam v coalescere debuit, distractum in duas est ma-  
gno elegantiaē damno. sed vt omnes meas adscribam suspiciones, equi-  
dem aliquando legendum credidi, sed heus tu ingenui oris: vt hoc factum  
impudentiaē maximæ & animi non ingenui significaret. nunc quod lite-  
raturæ receptæ proximum est, & mihi quoque versimilimum videtur, vt  
Genua vos perscribatur. Nam nummos Genuarios planè pro plumbeis  
habuerim, & illis interdixerim omni hominum commercio.

Luna caua, Iuno couella, pes, frangere, rumpere, tantumquod oleum  
medicum. CAPVT XXI.

ELEPHANTOS Solinus ait delectari noua luna, tristes esse cornuto  
& cauo sidere. Inde inter cathedras grammaticorum in iudicium venit,  
quodnam sit cauum sidus. ego vero lunam accipio corniculatam & con-  
trariam rectæ, quæ diuidua est, & vtrinque gibbosæ, quæ ἀμφικυρτος, voca-  
tur. nam hæc vtrinque tumida & extuberans est, etsi nondum plena: ista re-  
cto segmento diuidua, illa in sinū falcata. sit & ab Aristotele lib. 2. de cælo  
vocat, ἡ γὰρ ἐν θεῖα γίνεσθαι ἀμφικυρτος ἡ κόιλη. Hæc verba mihi persuadent,  
vt aduersus musteas editiones tuear antiquitatē editionum & vetulorum,  
vt ira dicam, librorū Varronis, in quibus Iuno couella legitur constantissi-  
mè,

Varro lib. 5. de  
ling. Lat.

mè, quod palato hominum delicatorum non est placitum, scribentium  
Iuno nouella. atqui cum veteres ad lunæ cursum menses suos exigent,  
& prima lunæ visitatio primūque eius lumem diem calendarum effice-  
ret, & calendæ essent, ipsum nouiluniū, dubium non est, quin tum & nonis

5 esset luna caua. prisci autem Varrone ipso auctore, cauum couum dice-  
bant, vnde couelli diminutio. ergo Iuno couella, est Iuno lucina & luna  
caua. Idem scriptor pedem pro tractu, ora, & limite vsurpat non sanè po-  
pulari significatione, vt cum ait, quoniam Melibœa in hoc pede computatur.

10 Dalmatia in sinē Illyricum. hæc quæ propter nouitatē admirationi primū  
legentibus Solinum essent, admonitionis cuiusdam & explicationis indi-  
gent, quæ me causa adduxit vt leuiter attingerem. nec enim diu immora-  
ri talibus æquum sit, aut quod tam paruum est, magno verborum ambi-  
tu augere, & sinuosa ambage lectorem fatigando, non tam commendare

15 studijs iuuenum, quàm inuisum reddere. Frangere etiam pro interimere  
eleganti sensu vsurpat de canibus Albanis, Apud hos, inquit, populos nati  
canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt. sic & rum-  
pere vsurpauit Ouidius,

Quique lyeurgidem lethauit & arbore natum,  
Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper.  
Sapius est equitem rumpere quàm leporem.

20 Ne illud quidem inconditum impolitūque est, quod tantum quod pro  
tantummodo vel duntaxat vsurpat, vt de tragelapho, tantumquod illi vil-  
losos habent armos, & menta promissis hirta barbīs. & Cicero in Verrem, tan-  
tumquod hominem non nominat. Oleum etiam medicum oleum incendia-  
rium nominat, quod, vt ait, quadam inficitur herba: etsi etiam naturale  
quoddam est, non tantum artificiosum & factitium. hoc genere olei pel-  
licem suam est vlta Medea. talis erat circa Babyloniam naphtha, & in Co-  
magenes vrbe Samosata maltha. erat etiam, vt reor, vel arte parabatur, in

30 Media, vnde & medicum vocabatur oleum. apparet, inquit Solinus, herba  
qua inficitur oleum quod vocant medicum: huius olei incendium aqua restingui  
non potest, sed pulueris iactu.

Farsura, assura, factores. CAPVT XXII.

35 INAVDITA Latinis auribus, vt omnes censent, verba, & ipsa specie  
prodigiosa caput Varronis de Gallinis occupauere: ea tamen vel integra  
vel integritati poxima ostendam, sed ea antè subijciamus, Axius, ego quæ  
requiro, farsura, assura membra de palumbis, de gallinis, dic sodes Merula. quo-

rum



rum verborum hunc sensum esse iudico, dic fodes Merula de palumbis & gallinis membra illa & partes, quas requiro, farsuræ, assuræ. hæc verborum forma veteribus Latinis vsitatissima est: vt vsura pro vsu, cursura apud Plautum pro cursu, curatura pro curatione apud Terentium, quo sanè modo hîc farsura à fardiendo dicitur. Nam veteres farsum & fartum dicebant. Peto igitur, inquit, vt farcias & expleas membra omnia, quæ ad hanc nutritionem pertinent. Assura autem assiduitas est & diligentia in nutriendo, curando, habendo. Nam assæ nutrices dicuntur, quod ferè semper assunt ijs quos nutriunt. sic assa vox humana est, non organica, quod ea nobis semper assit, non vt organica, quæ non est nobis semper prestò. quibusdam in libris pro farsura farsura legitur à fardiendo. Nam veteres farsum & fartum dicebant. Septimius Florens contra Valentinianos, *fuisse autem & in Christo ex Acamate spiritalis seminis condimentum, ne marcesceret scilicet reliqua farsura.* Non est autem ignotum gallinas farciri solitas, cum fartores apud Terentium reperiamus, qui ab antiquo critico exponuntur *οἱ φάρτοι.*

Plant. Bacchid. sc. Quid si hoc.

Eunuch. act. 2. sc. 3.

Eunuch. act. 2. sc. 2.

*Stimulorum seges, magister curiæ, pure lectus, rapacida, optati ciues, phylacista, censio bubula, deponere vino, Pici.*

CAPVT XXIII.

20

sc. Exi in qua.

IN Plauti Aulularia stimulorum seges esse videtur, in qua velut segete se stimuli cadenda & verberanda, vt in segete se messores, exercent.

sc. Nunc de fe- catio.

*Nam noster nostra qui est magister curiæ.*

magister curiæ, cum sit comœdia palliata, videtur esse quæ Græci *τηριούρα* appellant. vt enim curia pars est tribus Romanis: sic & Græcis *τηριούρα*. Græca ad consuetudinem Romanam traducta sunt: & vt pagorum erant magistri, sic & curiarum. Purè prope dictum est, vt purè lautum, quod è Festo antè annotauimus, & nunc repetimus, ne mendi suspicio hic vlla hæreat? sic apud Horatium purè lectus dicitur,

Aulularia sc. vbi tu es.

Epist. 1. lib. 1.

*— sunt certa piacula quæ te*

*Ter purè lecto poterunt recreare libello.*

30

Nam sacris operam daturi se purificare prius solebant.

sc. Curate.

*Rapacidarum vbi tantum fiet in adibus.*

Rapacidas extulit pro rapacibus, patronymici more ludens, vt pro Scipionibus Scipiadæ dicuntur: & iocando fecit vt furacissimum genus coquorum putemus, quasi familia sit rapacidarum, vt Æacidarum aut Pelopidarum. *Optati ciues:* optati hîc sunt vocati & implorati. Populares autem, quos *δημότοι* Græci apellant. *Caupones patagiarij indufarij:* hîc cauponis nomen esse commune videtur, quod ad patagiarios, flammearios, violarios

sc. Optati.

sc. Narrati.

larios pertineat. At verò phylaciste sunt, qui seruos in custodia & ergastulo seruabant: vt in Captiuus,

*Illic est abductus recta in phylacam, vt dignus est.*

sc. Inyctus.

sed per translationem tamen artifices intelliguntur, quibus æs debetur, qui instar custodum fores semper obsident. Textores autem limbularij sunt, qui limbos ad vestium ornatum texunt. censio bubulam festiuè vocauit verbera lori bubuli, cuius césura in seruos animaduertitur. Deponere vino est ebrium amissis sensibus humi sternere: ab oneribus, quæ deponuntur, ducta translatione, vt in Curgulione,

sc. Hoc est serui.

sc. Nimum libenter.

*Ille ebibit, caput deponit:*

sc. Date viâ.

id est vino ebrius caput inclinavit & dormijt, & velut capitis onus deposuit. Nonius alienauit explicat. Cor cœpit facere artē ludicram, est cœpit gestire, cœpit gestum agere: cumq; gestus sit histrionū, ex eo in corde gestiente posuit artem ludicram. Pici, vt antè explicaui, sunt Gryphes, qui ex Hyperboreorū montibus aurum effodere feruntur. Nam, vt inquit Isidorus, sphinges sunt quas gryphes vocamus. Sphinges autem etiam phices vocabantur Hesychio auctore: vnde detracta aspiratione picorum nomē est factum: sed & pica auis nomen inde habuit. qui vestitu & creta se occultant, id est, eleganti nitidōque & mundo vestitu cretatōque. Nam creta vestium sordes extergebantur & eluebantur.

Nonius in Deponere.

sc. Non temere est.

Hyperboreorū montibus aurum effodere feruntur. Nam, vt inquit Isidorus, sphinges sunt quas gryphes vocamus. Sphinges autem etiam phices vocabantur Hesychio auctore: vnde detracta aspiratione picorum nomē est factum: sed & pica auis nomen inde habuit. qui vestitu & creta se occultant, id est, eleganti nitidōque & mundo vestitu cretatōque. Nam creta vestium sordes extergebantur & eluebantur.

*Incubare, incubator, tenerum corpus mundi.*

CAPVT XXIII.

INCUBARE dicitur pullis gallina, quæ fouet vt animet, & pullos excludat: & incubare quis loco dicitur in quo cubat. Atque hæc prima huius verbi notio est, à qua per translationem dicitur quis incubare, qui iure non possidet: sed per vim & iniuriam: quod qui sic possident, in loco assidui sunt & velut cubant. sed huius translationis quispiam fortasse exemplum desiderat. ego duo ex vno scriptore nō longo disuncta interuallo proferam. Asconius enim ita scribit, *Cum enim incertum sit, cuius debeat esse possessio, cur prator dicat, si possessor est? quasi iam probauerit possessorem esse eum, qui incubabit.* Rursum, ergo nec adimere tibi licet possessionem incubanti, nec dare iure poscenti. Cum igitur Dionysium Macrobius appellat Siculæ incubatorem aulæ, violentum quendam & tyrannicum eius possessore significatissimo exprimit vocabulo: & Seruius, cuius auctoritas non est contemnenda, scribit, *licet apud nos incubator imperij, tyrannus dicatur.* In translatione etiam versatur illud Plinianum: *aut si vna omnes incubarent,* quod est, si innumeri & infiniti mundi vnam possiderent naturam: eaq; est veterū omnium librorū scriptura, cuius vel contēptione vel ignoratione, alia substituta est,

Asconius 3. in verr.

Ibid.

Macrobius lib. 1. in hom. Scip.

cap. 10. seru. in 7. Aeneid.

cap. 1. lib. 2.

*incubaret.* atque vt, ex ioco Flacci, cū amphora institui cœperit, vrceus exeat, principiūmque ac extremum sit discolor, illo in capite cū Plinius ait, esse innumeras ei effigies animalium rerūmque cunctarum impressas, nec vt in volucrum notamus omnis læuitate continua lubricū corpus, quod clarissimi auctores dixerē tenerum: hīc quæreret aliquis, qui sint illi clarissimi auctores, qui hoc sensu cælum tenerum dixerint: & pitem Ciceronem esse, qui scripsit, qui terram tenero circumiectu amplectitur: quod Euripides dixit, ὕψος ἐν ἔσχαλας. Nam ὕψος etiam molle & tenerum est, quod Plinius interpretatur hic læuitate continua lubricum: sed & Maronem censeam, qui scribit,

— & ipse tener mundi concreuerit orbis. 10

hīc enim mundi nomine cælum intelligendum est. quanquam meo iudicio vtrouque mollitia quædam & teneritas potius naturæ significatur, quàm leuitas & facies lubrica politaque, etsi aliter Plinio videtur. Res enim omnes prima origine teneritatem quandam habuere.

Drungi, drungarij, colatorij funes, chalare, lusoria.

CAPVT XXV.

FLAVIUS Vegetius, qui præcepta rei militaris in compendium redegit ex optimis quibusque collecta scriptoribus, libro tertio scribit, Scire dux debet contra quos drumos, hoc est globos hostium, quos equites oporteat portare. hunc locum cū ipse legissem, animum meum percussit nouitas & insolentia vocis, librōsque scriptos consului, in quibus drungos reperi: vnde & drungarius classis, & drungarius biglæ apud imperatores Constantinopolitanos appellati sunt. hæc vox hodièque integra visitur apud Vopiscum in Probo, nisi quod ita excusa est, vt populi nomen esse videatur, cū tamen globum significet: eius verba sunt, Triumphauit de Germanis & Blemijs, omnium gentium drungos vsque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Ego etiam libro vltimo apud eundem rei militaris scriptorem colatorios funes vitiosè perperamque scribi putavi, & bonis libris auctoribus, & ad stipulatore huius ætatis doctissimo viro Gulielmo Pellissario Mōtispeffuli episcopo, cuius ego sermone & magisterio me multa didicisse si dissimulem, nec satis gratus, & nefarius sum. Is enim auctoritate bonorū librorum, quod vel sola voluntate vir eruditissimus facilè mihi probasset, liquido mihi ostendit legendū esse chalatorios funes, à verbo chalare, quo ipsemet Vegetius vtitur, quod à Græco χαλᾶν deducitur. sic enim scribit, aliquanti centones & culcitas funibus chalant. atque hoc etiā verbū hodie nautis familiare est, qui chalare velū dicunt. Nam chalatorij funes sunt, quibus antēna & attollitur & dimittitur. chalare enim laxare & demittere est. quanquā, ne quid dissimulē, collatorij mihi non displicent, quod

quod funibus illis tāquam colari sursum deorsūmque antemna videatur. atque hanc scripturam etiam in priscis codicillis ferè reperio. Eodem in cap. quæ sunt lusoriae naues, in controuersiam venit. ego eo nomine interpretor naues, quas in Danubio aduersus barbaros Romani in excubijs habebant, quæ huc & illuc discursare solebant. Nam ludere naus dicitur, quæ huc & illuc velut lasciuia quadam currit: Seneca, ubi naues luserunt haerentur. sic autē etiam potius vocatæ sunt, quod ludicræ triremibus & æratis comparatæ viderentur, & tanquam ad lusum haberentur: Seneca, cui triremes & æratis non mitterem, lusorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam.

Sinus, aduentus Apollinis, picti Agathyrsi, Cretes fremunt,  
lumina morte resignat, conditor templi Iouis Ammonis, amens, rationis egens, meis auspicijs.

CAPVT XXVI.

15 PLACET quædam libro Æneidos quarto explicare, leui tamen opera defungi. τὰ ἔσχαλα τῶν ὀφθαλμῶν κόψοι χαλοῦται, inquit Pollux, ὁ ὄψις τοῖς βλεφαροῖς ἐξ ὀδρόμοις. Eam oculorum cavitatem à Virgilio sinum appellari ferè crediderim.

20 Sic inquit, effata sinum lachrymis impleuit obortis. quam in sententiam vadit & Seruius. Poscere veniam dici solebat in deorum veneratione ab antiquis, quo verbo aliquid à dijs sibi concedi petebant. Maro,

Tu modo posce deos veniam,

25 id est pete à dijs, vt concedant, atque adeo da operam rei diuinæ, deosque precare. id enim ex parte significat. Simile est illud Ciceronis, ab Ioue pacem veniamque peto precorque. sed & pacem petebant, cū sibi placatos optabant deos propitiōsque: Maro,

Principio delubra adeunt, pacemque per aras Exquirunt.

30 Hic quoque est ex parte, sacris operam & rei diuinæ dant, deosque precantur. Legiferæ Cereri & Lyæo sacra fiunt apud Maronem, vt opinor, quod cū urbem fundaret Dido, leges erat datura, quarum inuentio tribuitur Cereri cognomento ea de causa θεομορφῶ. In cuius rei memoriam Eleusinia sacra instituta in Græcia fuerant, quæ mysteria vocabantur. Itaque non temerè Bacchi mentionem facit Maro, cū iisdem in sacris augustissimè religiosissimèque cum Cerere coleretur, vt ex auctoribus Græcis constat. Phœbo autem ob auspicia & auguria, quibus domi & militiæ Resp. regitur, rem diuinam facit Dido.

Qualis ubi hiberniam Lyciam Xanthique fluenta.

Deserit,

Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo:

non sine antiquitatis obseruatione scripsit Maro. Nam opinio erat Apollinem peregrinari, & sedem commutare, & Delum migrare: illincque demigrare aliò, vt in Lyciam. proinde ἀποδημία & ἐπιδημία Ἀπόλλωνος dicebatur. Procopius, ἐδὲ γὰρ ὅλως οἱ θεοὶ αὐτῶν ἀπέειναν τὸν Ἀπόλλωνα ἔλοιπον, εἰ τὴ παρὸντος εὐθὺς ἐορτῆν ἀγασσάτω ἐπιδημίαν Ἀπόλλωνος. Eius à Delo profectioem describit Æschylus in Eumenidibus.

Ἀπὸν δὲ λιμὴν διλίαν τε χοιρέδα.

Cur Agathyrsi picti dicantur à Marone, sic explicabit Marcellinus lib. 13. Gelonis Agathyrsi collimitant interstincti colore ceruleo corpora simul & crines: & humiles quidem minutis atque raris: nobiles verò latis fucatis & densioribus notis: & Mella, Agathyrsi, inquit, ora artúsque pingunt, vt quique maioribus præstant, ita magis vel minus. de Agathyrsis autem Maro scribit, quod alij de Hyperboreis narrant, qui primitias solebant Delū mittere in initio per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes vltioribus: quanquam & Agathyrsos ipsos Delum ad sacra Apollinis facienda venisse probabile est, & aliquo in scriptore Maro legerat.

Templa Iqui centum latis immania regnis,  
Centum aras posuit, vigilémque sacrauerat ignem.

Virgilius his versibus numerum templorum, vt reor, amplificauit, obiter tamen significauit Hiarbam conditorem templi Iouis Ammonis fuisse, quod apud Garamantas oraculo nobile erat, lucernámque ignis perpetui & inextincti habebat, vt à Plutarcho relatum scimus in libro de oraculorum defectu.

— an te genitor cùm fulmina torques,  
Ne quicquam horremus, caciq̄ue in nubibus ignes  
Terrificant animos?

opinio erat ab Ioue mitti fulmina, quod Epicurei negant, ad quorum sententiam Maro respexit. id è Lucretio cognosci potest, ne diutius hinc immorer. Dat somnos adimitque & lumina morte resignat.

hinc resignare Seruius exponit claudere, perturbare, quæ interpretatio, pace tanti grāmatici dixerim, & violenta est & inepta: ego resignare aperire interpretor, atque id Maronem dixisse contendo ex Romana consuetudine, qua mortuis in rogo oculi aperiiebantur, qui antè domi clausi fuissent. Plinius, morientibus illos operire rursusque in rogo patefacere Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi nefas. Homerus, quem Virgilius imitatur, tantum somnos à Mercurio virga immitti & adimi scribit, cùm ait, ἀνδρῶν ὄμματ' ἑέλγει, τὴ ὑπνώοντ' ἐγείρει.

At vero

At vero Æneas aspectu obmutuit amens.

Hic amens, vt & sæpe, est consternatus & attonitus, quod euenire solet horrore pauoreque percussis. Lucretius, Lucr. lib. 6.

Ne trepides cæli diuisis partibus amens,

id est ex metu non compos mentis ne sis. Simile est illud Maronis, — non te rationis egentem Lernaus turba capitum circumstetit anguis, id est, non te expauefecit, neque consternauit.

Per ego has lachrymas, 4. AEN.

cùm Maro scribit, vtitur vsitata iurijurando traiectione, quam non indiligens lector apud alios auctores etiam reperiet.

Me si fata meis paterentur ducere vitam Auspicijs. 1bid.

Hic meis auspicijs est, vt vellem, vt optarem: ac paulò aliter vsurpauit, quàm cùm aliquem suis auspicijs bellum gessisse dicimus. Nam hic mea auspicia dicit, quæ quòd volo pollicentur, neque voluntati meæ refragantur, & proinde pro voluntate posuit. sic,

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem, id est, nobis fauentem & secundum dixit. 12. Aeneid.

Præterea fuit in tectis de marmore templum 4. AEN.

Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,  
Velleribus niueis & festa fronde reuinctum.

Hic censeam Maronem ad Romanorum consuetudinem, qui suos Cæsares in deorum numerum referebant, flaminibusque & sacerdotibus honorabant, respexisse. Nam Dido videtur penè Maroni fuisse Sichæi flaminica: Solebant autem vittis laneis & iufulis ornare fores templorum, & aras,

quod attingit Maro: quanquam hoc ad nuptiarum consuetudinem retulit Seruius. — agit ipse furentem In summis fetus Æneas. 1bid.

Seruius, quod admonendum duxi, hic legit vno verbo insumnis pro insomnijs, à nomine foeminino insomnia, quod Terentio vsurpatur. At cùm ait, Eunucho. act. 2. sc. I.

Cretesque Driopesque fremunt, 4. AEN.

opinor significat quot annis solitos esse ad Apollinis aduentum Cretenses Delum iam inde ab vltima antiquitate dona mittere, etsi vilia. Mitterebant autem, vt & Hyperborei, frugum primitias. eam crediderim esse causam cur Tibullus scribat

Etiam Phæbo gratissima dona Cres tulit. Tibullus lib. 4.

Cultores autem Apollonis Cretas fuisse ita ostendit interpres Arati, Εὐμπίπος δὲ φησὶν, ὅτι ἐπὶ Ἀπόλλωνος τιμῇ ἠγάσαστο κρησὶν εἰς θελοῦς. Dryopes autem ferè propinqui Delphis sunt, vel Oerei vel Trachinij, vt & eos tum non sit verisimile parum in Apollinem religiosos fuisse. sed & Dryopes Parnasum Apollini sacrum Delphosque tenuere atque incolere, vt grammatici Græci

ci Græci tradunt.

Nocturnus, nouendialia, nouendiales cineres apud Flaccum.

CAPVT XXVII.

NOCTURNVM videor legisse noctis deum esse, vt apud Plautum in  
Amphitrione,

*Credo nocturnum obdormiuisse ebrium.*

est & Nocturnus, vt mihi videtur, vesper, qui noctem ducit, luciferoque  
opponitur: appellatusque est à Catullo noctifer, quod noctem afferat,  
hoc versu,

*Iandudum Oeteos ostendit noctifer ignes.*

sed & opus hîc nobis testimonio alicuius auctoris est, ne quis nos commi-  
nisci censeat:

L. 6. Thebaid. Papinius, *Roscida iam nonies cælo dimiserat astra  
Lucifer, & toridem lunæ præuenerat ignes  
Mutato nocturnus equo,*

ecce hîc apertè Papinius lucifero nocturnum, id est noctiferum opponit  
cui & equos tribuit, vt & nocti alij poëtæ, cuius currum stellarum choro  
sequente comitari fingunt eleganter: sed & stellas noctis esse parentis suæ  
comites & sectatrices: Tibullus,

Eleg. 1. lib. 2. *Ludite, iam nox iungit equos, currumque sequuntur  
Matris lasciuo sidera fulua choro.*

Eo autem Papinij loco quem citavi, significantur nouendialia sacra, qui-  
bus sepulchro reliquiæ solebant condi, dabântque operam vt moles se-  
pulchri tum perfecta esset: subiicit enim de nono illo die Papinius,

Li. 6. Thebaid. *Mirum opus accelerante manu stat saxea moles,  
Templum ingens cineri.*

illo quoque die claris viris aut pueris dabantur ludi funebres, vt apud Ma-  
ronem & Papinium: Maro quidem ita scribit,

*Præterea si nona diem mortalibus almum  
Aurora extulerit, radiisque ret exeret orbem:  
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.*

Horat. Epod. 17. ea de causa nouendiales dissipare pulueres dixit amarè Flaccus, quòd quo die  
religiosè solebant coli mortui sacris & ludis, venefica impiè & scelerate  
eorū cineres solita esset dissipare, & eorū busta violare qui iustis perfectis  
consecrati videbantur. Nouendalia eodem modo Græci ἐνωδια vocare so-  
lent.

*Fracta aure magister apud Martialem, pyris mate orbam lubricare  
apud Iuuenalem* CAPVT XXVIII.

CVM à

CVM à Martiale lepidissimo & vrbano poëta scribitur libro 7. Lib. 7. epig. 1.

*Texuit innumeri lubricus unguis aprî.*

aut ego hallucinor, quod quidem frequentissimum est, aut loricam Do-  
mitiani dicit squammis ahenis textam & confertam fuisse, aprinarum vn-  
5 gularum speciem immitantibus: qui aliud sentit, à me non reprehende-  
tur, tantum quid mihi videatur, in medium profero, si cui fortè placere  
potest. At, *De cute quid faciat ille vel ille sua,*

est, de corpore, vt & apud Flaccum, *pelliculam curare iube.* sic & αὐτὸς Græ-  
cè cutis & corpus est. Nam Latini Græcanicum sermonem ore Romano  
10 æmulari gaudebant. ait Martialis,

*At Iuuenes alios fracta colit aure magister,*

*Et rapit innumeras sordidus unctor opes.*

vbi quæritur quid illud sit, fracta aure? ego hoc è Græco sumptum arbi-  
tror Græcorumque exercitationibus, apud quos qui gymnasiorum pla-  
15 gis contusi multatque fuerant, propterea quòd à concertatoribus ferè  
tempora & aures feriri solent, auribus fractis dicebantur. Pollux ὅτι δὲ  
τὸ ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὠτὰ κατεργάζονται, καὶ ὠτοκλάσις. Hesychius, ὠτοκλάσις τὸ  
ὠτὰ τετρασμένους. Igitur magister fracta aure, est magister exercitationum &

20 folle ludere. Sed non tantum è re fuerit aliquid in eo interpretari, verum-  
etiam emendare, quòd emendatio pro interpretatione futura sit. ergo vbi  
scribitur. *Sed nec Scylla minus:* minor lego, vt eam Polyphemo non fuisse  
minorem accipiamus: & libri veteres, quibus multi plus deferunt, quàm  
sensui, ita disertè scribunt sine vlla suspitione lituræ, ne quis corruptas à  
25 me tabulas fuisse conijciat. sic & illud,

*Et tua de nostro Prisce Thalia placet,*

balbutit, balbúmque est in vltimo verbo, cum tacet scribendum sit: quòd,  
si quid & illud refert, nos etiam verustis libris credimus, quibus, qui sen-  
tentiam consulat, astipulatorem se præbebit. quod enim versus se scribe-  
30 re accuratos simularet, vel etiam meditaretur, & tanquam ruminaret, nec  
interea dona remitteret, silentium eius meritò sibi conqueritur damno-  
sum Martialis. Sed & in epigrammate cuius initium est,

*Nulli munera Chreste si remittis,*

scribendum est *linges*: &, *tributi*, vltima eius voce: cum præsertim vsita-  
35 tissimum & pertriturum loquendi genus sit, *Damnatum tributi*, hoc tamen,  
quod nouissimè dixi, meam tantum adstringit fidem, non vt ita dicam,  
codicariam. æquè suspicor legendum,

*— Ioui dare templa parabit.*

hodie parauit editur. nec illud quidem antiquos appellare libros potest,  
sed,

Epig. 99. lib. 7.



sed, ut in Rhetorum scholis dicitur, est coniecturale. Lego etiam, sed coniecturam quoque secutus, ut me tandem homines coniectore esse iocentur.

Epig. 66. lib. 7.

Et flavescit aphe grauisque draucus:

ut dandi casu intelligatur. At coniectarium non est,

Alteras facili rotat lacerto.

5

sed librorum: quod quidem & rectum & verum credimus, non alterno, quod adscriptitium esse suspicamus. hic assuam etiam duas e Iuuenale panniculas, vnam e nona Satyra, in qua Græca verba non agnoscuntur aptam reddere sententiam, quæ e bonis libris sic restituo, λιτός γάρ ἐφέλκεται ἀνδρα κίναδος, ut intelligamus molles illos viros & effeminatos parcos & illiberales esse in suos subactores. Est autem Homericæ parodia, ad hemistichij huius similitudinem efficta, ἀντὸς γάρ ἐφέλκεται ἀνδρα σίδυρος. Altera erit e Satyra 11. in qua versum, de quo iurgatur litigaturque inter eruditissimos, sic e libris certissimæ & spectatissimæ fidei lego,

Iuuenal. 9. Sat. 17.

Iuuen. Sat. 11.

Qui Lacedæmonium pyrisinate lubricat orbem.

15

hoc sensu, qui sputo & saliuâ trochum, quem iacturus est, lubricum & volubilem magis reddit. Constat enim genus illud ludi Græcanicum fuisse, ut & nomen trochi ostendit, & quod apud auctores reperimus Græco trocho ludere. Lacedæmonij autem omnium Græcorum maximè exercitationes celebrabant & colebant. vnde & Lacedæmonium orbem, ut mihi videtur, appellauit.

Fugitiuum retrahere, impositio, declinatio, tractatio, rex, victor, Varro emendatur.

CAPVT XXIX.

25

INSIGNIS est illa Varronis translatio à fugitiuis seruis sumpta sanequam eleganter lib. 4. de lingua Latina, Quare illa, quæ iam maioribus nostris ademit obliuio, fugitiua si sedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit, non si non potuero indagare, eo ero tardior. Fugitiui enim serui dicuntur retrahi, qui e fuga reducuntur domum ad herum: vnde & apud Varronem de re rustica fugitiuarius dicitur, qui fugitiuum conquirat & sectatur. de verbis igitur honesta præclaraque translatione, ut de seruis, locutus est: ut & Terentius,

Varro lib. 3. de re rust. cap. 14. Hæc autem act. 4. sc. 2. In Catilinæ coniuratione. Varro lib. 4. de ling. Lat.

Retraham hercle opinor, ad me illud idem fugitiuum argentum tamen. Salustius: in his erat Fuluius senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit. Ait idem Varro, quod nec omnis impositio verborum extat: vbi impositionem verborum nominat, quam Græci ὀνομαποθεσία vocant, ea nomina intelligens, quæ primum rei alicui significandæ imposita sunt, quorum multa iam non comparent, cum tamen ab ijs alia profecta in vsu fortasse sint. Impositiones enim nomina primitiua appellat, à quibus oriuntur de-

tur declinationes, id est deriuatiua, Varro lib. 6. duo igitur omnino verborum principia, impositio & declinatio: alterum ut fons, alterum ut riuus. Ait Varro de literis loquens, & propter earum artationem: ego e libris antiquis, tractatione lego: tractatio enim est, cum tanquam manu literæ tenentur, & huc & illuc transponuntur & traiciuntur. Itaque literarum tractatio, est earum traectio & transpositio. Sic Cicero scribit materiam in verbis esse, tractationem in collocatione verborum. ut enim verba optimè collocentur, à nobis tanquam manu tractantur, & alijs atque alijs locis collocantur, ut iucunda sit & lenis eorum compositio. inquit Varro, quartus ubi est aditus & initia, regis. qui ad quartum, ait, gradum peruenerit, is rex fuerit, & planè modis omnibus rem absoluerit. Tale est illud Horatium,

Varro lib. 6. de ling. Lat. Varro li. 4. de ling. Lat.

In Partitione.

Lib. 4. de ling. Lat.

Epist. 1. lib. 2.

Eduillio 16.

3. Georg.

— rex eris aiunt si rectè facies. Aufonius,

Qui rectè faciet, qui non dominatur, erit rex.

sic victor etiam dicitur, qui aliquid perfecit & absoluit. Virgilius,

— victorque virum volitare per ora. Iterum,

Ille victor ego, & Tyrio conspectus in ostro.

Lego autem mox, Quod si summum gradum non attigero, tamen secundum præteribo. Inficiantis enim particula delenda est. se enim profiteretur ultra secundum gradum perrecturum, cum ad Cleanthis philosophi lucernam lucubraret, non tantum Aristophanis grammatici. mox quoque, volui præterire eos, lego ex antiquo libro. significat enim se ultra grammaticos, qui tantum ficta à poëtis verba expediunt, progredi velle. Homines etiam in locandi expliratione scrupulus malè vrit cum scribitur, ab eo præco dicitur locare, quoadusque id emit. ego malè coalescentia puto diuellenda, legendumque censeo, quoadusque idem ir.

Pons Casaris, discludere, sublicæ. CAPVT XXX.

CONIUNGITVR à Casare Rhenus ponte, commentariorum lib. 4. cuius constructio molesta multis est: quanquam in ea explicanda multum studij operæque posuerunt homines doctissimi. ego, non quod me plus quam eos sapere putem, ad eam rem accedo, sed ut si in senatu de re quapiam deliberaretur, & senator essem, aut si in concilio consultaretur, in quo esset mihi ius sententiæ dicendæ: quod & eo audacius faciam, quod hanc mihi ferè sententiã dictauit vir eruditissimus Gulielmus Pelisserius Montis Pessuli Episcopus. Tigna defigit bina superiore parte fluminis, his totidem ab inferiore opponit: quod idem sæpius fecerat, dum tota latitudo fluminis sic binis tignis statutis, & totidem oppositis occuparetur. verum bina & totidem his e regione obiecta describere satis habuit,

Casus lib. 4. de bello Gall.

Tt quod

quod in alijs eadem operis ratio esset. tigna superioris partis inclinata pro-  
 eumbant secundo flumine, quibus è diuerso respondebant totidem ad-  
 uersus flumen inclinata & fastigata. Inter tigna immixtae erant trabes,  
 quae tignorum interuallum bipedale ab imo fluminis vado ultra summam  
 altitudinem eius implebant. haec extremae, quot tigna erant quatuor vide-  
 licet, totidem, id est quatuor fibulis singulae religatae erant, ad singula ti-  
 gna singulis. proinde dicit binas vtrinque fibulas fuisse. Nam & ad supe-  
 riora duo tigna duae erant, & totidem ad inferiora. Fibulas autem inter-  
 pretor copulas & paxillos, quibus trabes ad tigna fixae tenebantur: atque  
 id etiam est quod distineri Caesar dicit. vtrinque enim tigna hinc & inde è  
 diuerso tenebantur suis quaeque retinaculis & paxillis deuincta. ita cum dis-  
 clusa essent tigna immixtis trabibus, (trabes enim bipedales interpositae  
 tigna disiungebant atque discludebant) & in contrariam partem reuincta  
 suis quaeque fibulis & copulis, quibus vtrinque distinebantur, firmissimum  
 opus reddebatur: eam contignatione materia iniecta contexebat directa,  
 & crates consternebant. subiciebat sublicas ad inferiorem partem pon-  
 tis, crebrum veluti vallum faciens. sublicae autem cum ponte coniunctae,  
 suis brachijs ad medium flumen oblique pergentes in mucronem coibant  
 literae v similitudine, vt passim in excipulis Sequanae fieri videmus. Earum  
 sublicarum is erat vsus: aquam fluminis liberè euolui non sinebant, qua  
 retenta & restagnante vis & impetus frangebatur, ponsque minus labo-  
 rabat. Pro ariete autem quod dicit, id est loco propugnaculi & munimen-  
 ti. Nam arietem pro defensione vsurpati solere non est ignotum. Cicero  
 in Topicis, ex quo aries ille subijcitur in vestris actionibus, si telum manu fugit  
 magis quam iecit, id est illa defensio, Itaque non probo doctissimi viri sen-  
 tentiam, qui pro ariete vno verbo hic legit. erant & sublicae supra pontem me-  
 diocri interuallo disiectae ab eo, non vt inferiores, cum ponte, coniunctae,  
 quae, ne qua vis inferretur ponti, defenderent atque prohiberent. Quae publi-  
 cae dicuntur, ab Alberto subijcae vocantur, vt ita in Cesare legisse videatur.  
 Verus criticus de his ita scribit, sublicae καὶ πῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑπο-  
 Κατὰ Ζουπες.

Facere literam longam, discipula crucis, quadrigae albae,  
 gratis, praefiscine, artitus, Plautus emendatur.

CAPVT XXXI.

ANVS apud Plautum avari Euclionis ancilla ad desperatione adacta  
 heri verberibus & conuictijs, de suspendenda se deliberat, aitque:

— neque quicquam melius est mihi,  
 Vt opinor, quam ex me vt vnā faciam literam  
 Longam, laqueo collum quando obstrinxero.

Quae

Quae sit litera longa, quaesitum est ab eruditis. alijs L, alijs T videtur. ego  
 existimo omnem literam longam esse, quae maiuscula est, proinde dixit  
 vnam. Plautus Poenulo,

Nomina, inquit, insunt cubitum longis literis.

5 Facere autem literas scribere est. Nam in Asinaria scripsit,  
 Ne vlla sit cera vbi facere possit literas.

Facere autem literam est eodem modo literam scribere, literam pingere.  
 Haec faciunt, vt facere literam longam esse putem velut scribere, &  
 imitari literam grandiolem. qui enim pendet, l, longius facere vi-  
 detur. est enim & l, minusculum. crux quidem ipsa r imitatur: sed neque,  
 qui se suspendit, semper crucem quaerit, nec de cruce, sed de se loquitur  
 Staphyla. Cum autem similitudinem literae praeseferat, qui pendet, ideo  
 dixit Plautus, Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci.

quod est, suspendam te, faciamque vt crux discipulam te scribere doceat,  
 & longam vnam literam facere. itaque ea mihi videtur esse illius ioci ar-  
 gutia. Dicit apud eundem Plautem in Asinaria veterator seruulus,

Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.

Haec quadrigae albae grammaticorum cohortem exercitam habent, vixque  
 tandem constituere possunt, quana sint: ego quadrigas Iouis interpretor,  
 quae celerrimo per caelum ferri curriculo censebatur, mouet me Plautus,  
 qui alio loco scribit,

Quadrigas si inscendas Iouis, nunquam effugies infortunium.

scripsit etiam Horatius,

Tu graui curru quaties Olympum.

25 Et curru per aërem inuehi Iouem credebant cum tonabat aut fulgebat.  
 Horatius

— namque Diespiter  
 Igni corusco nubila diuidens,  
 Plerunque perpurum tonantes  
 Egit equos celeremque currum.

30 Ad currum autem Iouis censebant equos niuali candore iunctos esse. Sue-  
 tonius, atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie am-  
 pliorem, cum fulmine, & sceptro, exuuiisque Iouis Opt. Max. ac radiata corona  
 super laureatu currum bisseis equis candore eximio trahentibus. Inuidiosus ita-  
 que Camillus fuit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, urbem in-  
 uectus esset, quod humano fastigio ampliorum vindicare honorem pa-  
 remque supermo Ioui videretur. vel quadrigas albas dixit, quod equos  
 candentes, celeriores crederent. Maro,

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Sed vt accessiuncula quaedam huic addatur capiti, censeo in Prologo Asi-  
 nariae

T t 2 nariae

Sc. Satis spei  
 Etatum.

sc. Agedum  
 istum.

Anul. Sc. Exi  
 inquam.

Asinar. Sc. Vbi  
 ego nunc.

Plaut. Amphit.  
 sc. Qui me ab-  
 ter est.

Od. 12. lib. 12

Od. 34. lib. 8.

In August. cap.  
 94.

I 2. ABB.

Cic. in Topicis.

sc. i. Exi. in-  
 quam.

nariæ legendum esse,

*Age nunc reside, caue modo ne gratijs.*

Nam in veteribus libris gratis scribitur, gratijs autē pro gratis bellè vsurpari docet Terentius, in quo emendandum ostendit lex versus in Phormione,

*Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratijs.*

Act. 3. Sc. 2.

Act. 1. Sc. 1.

In Eunuchō quoque scribendum est, ingratijs: *opus faciam ut de fatiger usque, ingratijs ut dormiam*, id est ut inuitus, velim nolim: ut & paulò antè, *te adiget horsum insomnia*. Est enim insomnia, cū dormire non potest. Nam de insomnijs non loquitur. vsurpauit & ingratijs pro Quintio Cicero, *extorquendum est inuito atque ingratijs*. sic enim legendum est. dixit autem,

*caue modo ne gratijs.*

Plant. Asin. Prolog.

in prologo.

notans auaritiā præconum, qui nihil nisi mercede faciunt. Eodem modo eos laceffit in Pœnulo,

*Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras.*

Asina. sc. Quid hoc sit sc. Proh Di.

In eadem fabula emendandum est, nisi planè hallucinor, *præfiscine hoc nunc dixerim*. ut & in Rudente, *ut sine labore hanc extraxi præfiscine*. vtrobiq; autē quàm grauitè committant & delinquant editiones, omnibus est notum.

sc. Vnūquodque.

In eadem fabula scribendum censeo, *nihili est conctio*, non ut vulgo partim coaxatio, partim coctio: hoc sensu, præfenti est mihi opus pecunia, nihil moror coactorem, qui pecuniam mihi debitam postea redigat: præfentarijs nummis opus est, non in diem. lego & in eadem comœdia, *in doctorésque acerrimos*, & interpretor virgatores & lorarios, qui seruos cædunt, quos iocans comicè doctores appellat, propterea quòd doctores discipulos cædere virgis solent, præfentim qui sunt aciores & plagosi & asperiores. ab simili translatione non multo post illud dicit, *ubi sepe causam dixervis pendens aduersus octo aritos viros, valentes virgatores*. sic enim in optimo libro reperi, atque ita loquitur, quasi se in iudicio defenderit aduersus disertos & eloquentes viros: sed tamen præter opinionem virgatores iecit expectationem fallens. Artitus autem à Festo explicatur, & à veteri critico exponitur, *πέντεχος, δαΐδαλος*.

sc. perfidia.

rest. lib. i.

*Ius applicationis, commendauit se in clientelam apud Terentium.* CAPVT XXXII.

Ius applicationis quale sit, paucis notum esse existimo: ego quid de eo suspicer, commemorabo, si antè Ciceronis locum recitaro, vbi eius mētio fit. *Quid quod item in centumuirali iudicio certatū esse accepimus? qui Romam in exiliū venisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquē quasi patronum applicuisset, intestatūque esset mortuus, nonne in ea causa ius applicationis obscurū sanè,*

1. de Orat.

sanè, & ignotum patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono? Ego ius istud applicationis ab Atheniensibus ortum esse reor, apud quos peregrini se alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicabantque, quod in palliata comœdia imitatus est Terentius, cū in Euneuchō scripsit,

Act. 5. Sc. 2.

*una est domus, Thais patri*

*Se commendauit in clientelam & fidem: Nobis dedit se.*

id Athenienses appellabant *κλιεντὸν* qui autem ad patronum se non applicarat, in iudicium vocabatur, quod dicebatur *ἀποπροσδοκίας δίκην*. Apud Romanos autem patronos habebant, clientes, liberti, municipia, coloniæ, prouinciæ: etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, eum à quo donati fuerant, patronum habebant, & eius nomen gerebant. succedebant ab intestato patroni libertis, si suos hæredes non haberēt: sed & si testamento facto decessisset libertus, nihilque patrono reliquisset, aut minus quàm dimidiam partem bonorum reliquisset, contra tabulas testamenti, ut ait

Ulpianus, dimidiæ partis bonorum possessionem ei prætor dabat. idem etiam ius valere volebant in ijs patronis ad quos se peregrini applicabant, qui tamen propriè patroni non erant, sed tanquam patroni. idem in ijs, qui ciuitate aliquos donauerant. Cicero in Verrem, *Caius Sulpitius Olympus* petere cœperit. fecit hæredem *M. Octanium Ligurem*. Ligur hæreditatem adiit: possedit Sacerdote prætor sine vlla controuersia. Posteaquam Verres magistratum inijt, ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpitij patroni filio sextam partem hereditatis ab Ligure petere cœpit. Olympus iste (nam sic scribendum est, non Olympius) Græcus erat, quem C. Sulpitius ciuitate donauerat. apud Ulpianum dimidiæ partis bonorum petitio datur patrono: apud Ciceronem sextæ. quo ex Ciceronis loco satis apparet, non item ut in bonis libertorum, sic in eorum, qui ab aliquo ciuitate donati fuerant, de successione confessum & receptum ius fuisse: quod idem de iure applicationis existimandum arbitror.

ff. de bon. libert.

ff. de bon. libert.

30

*Canicula in Plinio, analeceta, timonea cœna.*

CAPVT XXXIII.

Ut mali poëtæ prodigiōse solent opus suum variare, & serpentes aui- bus, agnos tigris geminare: ita hoc capite res dissimiles coniungam, cū huius operæ, quam edimus, proprium sit, quicquid in mentem buc- camque venerit, appingere. Vnum Plinij locum, & duos Senecæ explicabo. Neminem propemodum fallit carbunculum vitium esse, quo arbores sideris feruore, ut quodam vredinis carbone, exuruntur: vocabulum hoc tamen, si veterum librorum fidem sequimur, suppositum est eo, quem

Tt 3

cap. 28. lib. 18. eo, quem sub signabo Plinij loco. *Publica hæc & magna differentia à priori-  
bus, alijs rubiginem, alijs vredinem, alijs carbunculum appellantibus: omnibus ve-  
rò sterilitatem.* fideliter & constanter in sanctissimis & iuratis exemplaribus legitur, alijs caniculam appellantibus. quidni enim, cum canicula ut  
poëtæ dicunt, infana messes coquat, & omnia suo torreat impetu, sidera-  
tionem & carbunculationem, qua fata afflantur, & ad sterilitatem castran-  
tur, veteres agricolæ ex æstu caniculæ caniculam vocauerint? Itaque, etsi  
substitutionem alterius vocis, præsertim idem valentis, non improbo, ta-  
men velut interdicto prætoris caniculam in possessionem restituo. Apud  
Senecam Caluissius Sabinus opinionem eruditionis affectabat, idem ta-  
men nullius ingenij & memoriæ erat. Is subsidio sibi pararat seruos, qui  
Homerum, Hesiodum, Lyricos edidicerant, & quærenti versus ex tem-  
pore subministrabant, quos tam malè reddebat, ut in medio versu exci-  
deret. Satellius Quadratus, qui diuiti supparasitabatur, & homini tardo  
ineptoque illudebat, suavit ei ut grammaticos haberet analectas: quæsi-  
tum est qui sint grammatice analectæ? quidam interpretantur doctissimos,  
qui omnia ad manum, & in numerato habeant: alij eos, qui minutissima  
quæq; colligunt ex auctoribus: ego neutris assentior. quid enim esset in eo  
sensu leporis & argutiæ? ego potius existimè sanna quadam derisum ab eo  
Sabinum fuisse. ut enim analectæ serui dicebantur, qui reliquias coenæ, aut  
ea quæ ceciderant de mensa, colligere solebant (ea autè analecta diceban-  
tur) sic cum ipse Sabinus inter coenandum in versibus, quos subiectos re-  
ferebat, subinde excideret, Quadratus festiuè dixit, ei grammaticis ana-  
lectis opus esse, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei exci-  
dentia inter coenam redderent. Sed & cum in scrinijs libros reponere so-  
leamus, & seruis, quos ediscere memoriter poëtæ aliquos iusserat, tan-  
quam eorum poëtarum scrinijs vteretur, ac de immani pretio eorum que-  
reretur, minoris idem Quadratus totidem, inquit, scrinia, emisses. Secun-  
dum Senecæ locum, ut fidem liberem, adponam: quem & emendabo &  
explicabo: sed deprauatam scripturam prius exhibebo. *non est nunc quod  
existimes me dicere, ut te admoueas ad cænas, & pauperum cellas:* vetus liber  
ita descriptum hoc habet, *non est quod nunc existimes me dicere Temoneas cæ-  
nas & pauperum cellas.* puto verum esse timoneas, à Timone, qui huma-  
num genus exofus erat, vitamque quandam in humanam & feram seque-  
batur, in cibisque non modò vulgaribus, sed etiam vilissimis, & ab reli-  
quis hominibus propè damnatis acquiescebat.

Lib. 3. Epist. 27.

Senec. lib. 2. Epist. 18.

Curium obducere, prima nauigatio, pharmuthi in Vegetio legendum, Cicero emendatus.

C A P V T XXXIIII.

H O M I-

HOMINES primorum in literis ordinum, & ut ita dicam, signiferi, apud Ciceronem prima ad Atticum epistola, non esse à δούρων Curium obducere explicant, ut audio & lego, posse Curium deuorari, & absorberi ferrique petiorem: quam interpretationem ut violentam & nimis arces- sitam alienamque nunquam probare potui, esseque censeo ibi obducere, opponere alijs candidatis, & aduersarium illis candidatum obijcere, & contra eos ad petendum prensandumque deducere vel aduersarium & æmulum adducere. sic Plautus in Mercatoris argumento locutus est,

*Eum putat uxor illius obduxisse sibi scortum.*

10 Nos & aliud quiddam è Cicerone attigemus: prima dicebatur nauigatio olim, cum post sæuitiam hyemis, qua mare clausum erat, vere nauigantibus primum aperiebatur. De ea quispiam existimare posset Ciceronem loqui lib. 2. epistolarum ad Q. Fratrem: *ijdem aiebant nuntiare te prima nauigatione esse transmissurum.* Nam paulò antè dixerat, *atque adhuc clausum mare*  
15 *scio fuisse.* Iterum, *Tu mi frater, simul ac ille uenerit, primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris.* Esse & prima nauigatio potest, cum dicimus nos quamprimum nauigaturos, & primam quamque nauigandi occasionem arrepturos. Prima etiam nauigatio dicitur, cum eam secundæ comparamus, quæ & temeraria magis plerunque, & improvida est: & se-  
20 cunda non raro eius peccatum corrigit & emendat: unde & prouerbio Græco celebratur, δέυτερος πλῆς, sunt tamen qui primam nauigatum velificationem interpretantur, secundam remigationem, ut Suydas est auctor. De eo autem tempore, quo aperiebatur maræ, primumque tentabatur & nauigabatur, ita scribitur in epigrammatis Græcis,

25 Οἱ γὰρ τὰ ἄρτι θάλασσα, ἐφοπλίζοιτε δὲ νῆας,  
Ὡς εἰον ἀκλύτων ἐκτὸς ἀγειν λιμῶν. Iterum  
Ἡδὴ καὶ πλάσσειν ἐπ' εὐρέα κύματα ναῦται  
Προῖη ἀπὸ μάλιστα ζεφύρου λίνα κολπώσεταις.

De ea & Vegetius ita scribit. *Post natalem uerò, ut ita dicam, nauigationis, qui solenni certamine publicoque spectaculo multarum gentium celebratur.* Iterum, *Phenite decursu, id est, post ortum pleiadum à die 6. Calendarum Iuniarum usque in Arcturi ortum, id est in diem, octauum decimum Cal. Octobrium secunda nauigatio creditur.* Sed illud Phenite, quod Vegetius loquitur, quis tandem intelligit? Ego Phagnite in antiquis libris reperio, quod equè inauditum nec  
35 intellectū hominibus est. sed cum decursum dicit, ferè suspicor spatij temporis nomen esse. & fortasse sit Aegyptij mensis nomenclatura. Nam in cæli ratione & siderum mirum est quàm Aegyptiorum menses multi affectauerint. Puto igitur pharmuthi legendum, de quo in epigrammate scribitur εἰαλειῶν φαρμυθὶ πόδων πρώτῃ γελὸς ἔβη. Et cū tempore à Vegetio descripto

Epist. 6. lib. 2.

Epist. 4. lib. 2.

Veget. lib. 4. cap. 39.

Ibid.

Lib. 1. Epig. Græc.



conuenire videtur, cum Pachon, qui eum sequitur, segetes messi parat. Puto autem in eo lb. 2. epist. ad Q. Fratrem legendum *Latiari erat exiturus*, vt de Crassipede intelligamus, qui solēni Latinarum, id est ferijs Latinorum, vel ferijs Latij (nam id est Latiar) erat exiturus Roma. pro *ceterum confectum erat*, reperi in antiquo libro *Cicero confectum erat*, vt scribendum esse videatur, *Ciceroni confectum erat*, id est mihi. Illud tamen ceterum mihi perplacet. At quam ἀμφιλύφειαν dicit, eam intelligo diuitias & copias abundantiamque rerum declarare, quamuis ab alijs aliter explicari sciam.

*Alter a mensa, mane & vesperi precabantur, testudo aurea, Horatius explicatur.* CAPVT XXXV.

Od. 5. lib. 4. HORATIANVM illud, — *& alteris Te mensis adhibet deum.* ita mihi videtur explicandum. Romani tui, Auguste, pro deo te colunt, & in mensa secunda, in qua solet libatio fieri, & deorum precatio, te vt deum obsecrant, & tibi vt Laribus libant. Nam & libans Dido in conuiuio apud Maronem precatur,

*Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.*

Od. 5. lib. 4. Itaque mox libatio apud Flaccum sequitur,

*Te multa prece, te prosequitur mero*

*Defuso pateris.*

sequitur & proxime, — *dicimus integro*

*Sicci mane die, dicimus vuidi,*

*Cum sol Oceano subest.*

quod est precamur & veniente die ieiuni & abstemij, & decedente, id est vesperi, vuidi. Nam integer dies est, qui adhuc incipit. Ea autem duo videtur fuisse tempora votis & precibus consueta, vt è Platone etiam conijci potest lib. 10. de legibus ita scribente, ἀνατέλλον τὸς τε ἡλίῳ καὶ σελῳῆς, καὶ πρὸς δύσματος ἰόντων πρὸς κυλίσσης ἀμα καὶ πρὸς κοκκίσης ἀκόντης τε καὶ ὀρῶντες ἐλλυῶν τε καὶ βαρβάρων πάντων ἐν συμφορῶς παντοίας ἐχομένων καὶ ἐπιχειρήσης. Cæterum, ὁ *testudinis aureæ*, imitatione Pindari dictum est, apud quem pulcherrimū Pythiorum poëma sic incipit, χρυσία φόρμιγγε, id est pulchra. At, *fana deos habuere reftos*, hanc complectitur sententiam: antè dij Romanis infesti iniquiq; erant: sed postea quàm impiè eorum à Pœnis violata templa sunt, recti & æqui Romanis esse cœperunt aduersati Pœnos, quibus antè fauerant.

*Cilicia trachea, Betriacum, Morbonia, Suetonius emendatur.*

CAPVT XXXVI.

Tacitus lib. 18. Sueton. in Othone cap. 9. SCRIBUNT Historici Othonem apud Bebriacum fraude superatum à Vitellij ducibus fuisse. nam ita in Tacito & Tranquillo scribitur: sed & in Iuuenale.

Iuuenale. Ego tamen existimo scripturam istam in auctoribus adulteratam esse. Nam & Tranquilli libri scripti Betriacum aut Bretiacum habent, & Betriacum nominat Plutarchus in Othone. Ego igitur fidiorem Plutarchi & veterum librorum scripturam arbitror, quàm peruulgatam, eamque in libros reuocandam arbitror, vel si exceptione vsucapionis hæc se tueatur. Numeri appellantur in re militari centuriæ & cohortes legionésque militum. Suetonius in Vespasiano, *renocatis ad officium numeris parumper*. quanquam sunt, qui muneris scribant. quod vocabulum frequentissimum est apud Marcellinum & Iurisconsultos: sed & ἀεθμῶς in eadem significatione aliquando vsurpauit Synesius. Scribitur in Vespasiano, *Item Thraciam, Ciliciam, & Commagenam ditionis regie usque ad id tempus in prouinciarum formam redegit.* tanto antè cum in populi Romani ditionem radacta fuisset Thracia, existimo legendum Trachiam Ciliciam. pars enim Ciciliæ, propter asperitatem montium, vt ex Geographis constat, Thracia dicebatur. sed & illud sic lego ad stipulantibus veteribus libris, *undique inuestigatis exemplaribus instrumentum imperij pulcherrimum ac vetustissimū, quo continebantur.* officium pro officialibus poni non est infrequens, nec insolens, iurisconsultis præsertim: eodem in sensu posuit Tranquillus, cum ait: *quidam ex officio admissionis simul expellens ab ire morboniam iusserat:* quo quidem in loco morbonia, vel, vt in quibusdam libris scribitur, morbouia, vt nomen oppidi, quod tamen nusquam est, fingi videtur: aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen, sub sensu morbi & exitij. Hoc enim perinde est, ac si quis aliquem in malam crucem amandet, aut ad coruos abire iubeat. Certè compendium Dionis pro morbonia habet. In eodem imperatore pro Pterino citharædo Terpnum emendamus, vt in Caligula Mnestrem pro Nestore. Prætextata verba in Vespasiano, obscœna & turpia interpretor, à fabulis prætextis, quales Afranij fuerunt, in quibus fœdissima & turpissima dicta & argumenta erant. Menstrum Florum liber scriptus Mestrium appellat, Plutarchus Metrium in Symposiacis, quod & verius quispiam fortasse putet. Lego, *mutato nomine cœperat ferre*, non efferre.

*Francorum Origo.* CAPVT XXXVII.

DE Francorum origine, & omnium prope populorum, non satis ad verum liquet quid pronuntiandum sit: ea res sic vltro citroque disputando ventilata & iactata est, vt demum tamen secundum Germanos lis esse data videatur, qui Francos Gallie incolas, rebus bello togæque gestis clarissimos sibi vendicant: & nostri principes cum Germanos sibi conciliare volunt, cognationem generis libenter ostentant & agnoscunt, & eius memoriam

moriā renouant. Quod ad me attinet, gentis, nobilis præsertim & glorioſæ in Europa, & imperij, quanquam nomen potius quàm maiestatem retinentis, ambitiosè cupidèque propaginem & sobolem nostros nominauerim: sed si verum quærendum est, non desunt argumenta quibus nec nostros Francos, nec qui in Germania eodem nomine hodièque sunt, alienigenas probemus. velim enim mihi dicant, cur Ptolemæus & Tacitus qui tam diligenter populos & nationes Germaniæ descripserunt, Francorum non meminerint? Anglos, Longobardos, Burgundiones nominant: Francos nunquam appellant. Mirum est, vbi tum delituerit ille populus, qui eorum scriptorum diligentiam fefellerit? Ego crediderim aduenas Francos Germaniam occupasse, vt & alias multas nationes: & quod diutius ibi confederint inueterarintque, Germanos esse dictos. Nam quod Germanico sermone vsi sunt, non est satis idonea ratio, cur Germani credantur. quod enim illis in sedibus diutius hæserint, tandem in Germanicam concessere linguam, vt apud Gallos in Gallicam: quin & eam linguam, antequam in Germaniam migrarent, vernaculam habebant, vt & Gotti. Ego verò existimo Francos esse Scadinauia populos, vt & Gottom, qui se Germaniæ & prouincijs popul. Rom. superfundere. huic sententiæ accedunt historiæ, quæ narrant Francos initio infestum mare myoparonibus habuisse. Frisiorum & Batavorum littora occupasse: deinde in Germaniæ mediterranea & interiora penetrasse: postremò in Galliam transisse. denique in Scandia insula à Ptolemæo falsa tamen scriptura nominantur. Nam qui Phiraisi malè in eo appellantur, alij profectò, quam Franci non sunt: sed litera i, abundat, & duplex r grandiusculum, in i & r maiusculum propter similitudinem deflexum est. Quod autem Franci nostri se stirpe Troianorum fatos prædicant, id æmulatione Romanorum faciunt, quos cum eo stemmate & ea nobilitate insolescere viderent, idem decus sibi voluerunt arrogare.

*Solstitialis, morbus solstitialis, herba solstitialis, illix*  
*tertio pedato. CAPVT XXX.*

30

ET SI Solstitialis à solstitio deducitur, tamen in eo sæpenumero solis tantum significatio attenditur, vt solaris sit: Liuius, *desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe*, id est solari. Et Solinus, *qua solstitiali plagæ obuia est*, id est solari plagæ & meridiei. Morbus autè solstitialis apud Marcum Actium Plautum esse videtur, qui solstitio immanibus plerumque æstatis mediæ vaporibus, & sub caniculam, quæ Sirius dicitur, denique quocunque æstu sæuit. de Sirio Poëta scribit,

*Ille sitim morbósque ferens mortalibus agris.*

*Nascitur,*

*Nascitur, & læuo contristat lumine calum.*

tum enim ardentissimæ vulgantur febres, quæ multos tollunt ægros. Sed & Sirius solem significat, vt tradunt Grammatici Græci ac quos accendit canicula morbos, Soli acceptos ferre debemus: & sirialis morbus est non tantum infantium, sed etiam virorum. Febres igitur ardentissimas intellico, quæ eo tempore periculosissimè grassantur locis præsertim insalubribus, quibus homines intereunt, vt a rentia torrenti ardore folia cadunt sidere affata. Sic æstiuæ aues Liuius sunt, quas videmus æstate, hyeme non videmus, cum vel lateant, vel autumno hinc auolent in diuersas plagas.

10 sic enim scribit, *Nec, sicut æstiuas aues, statim autumno tecta ac recessum circumspicere.* Herba solstitialis apud eundem comicum, herba est quæ æstate crescit, & propter anni vaporam mox exarescit: eius etiam in Aufonio est, nisi fallor, mentio. Apud hunc comicum in Asinaria eleganter per translationem dicitur, *lectus est illix.* ducta est enim metaphora ab aucupum

15 auibus, quæ alias illiciunt, vocanturque à Græcis *παλειπεριαι*. Itaque lib. x. Plinij lego contra auctoritatem librorum, *contra aucupis illicem exeunte in pralium duce totius gregis*: præsertim cum ab Aristorele scribatur *Ἰνπερὶ τῆς ἀ-* apud eundem comicum in Cistellaria lego, *Nisi pedato tertio omnes afflixero.*

20 Cato, *Igitur tertio pedato bellum nobis fecere.* Nonius interpretatur repetitum, *Non inpedato* accessu, vice explicari tamen potest impetu, ingressu, incurſu. à veteri critico explicatur *περί τῆς ἐξόδου*. Ne autem alienum mihi vendicem, videor de Gulielmo Pelisserio Episcopo audisse, ita, vt emendauit, in Plauto legendum esse.

*Assa, topiarij, facere topiariam, Cicero emendatur.*

CAPVT XXXIX.

25 LIB. 3. epist. ad Q. Fratrem quod scribitur asterisco notatum pro imminuto & vitiato, *Nunc hoc vel honestate testudinis, vel ualde boni æstiuum locum habebit*: integrum inuiolatumque credidero, si pro æstiuum, æstiuui legatur: æstiuum autem, cubiculum & diæram locumque qui æstati transigendæ aptus sit, elegantissimè dicit. Cæterum utrobique vel non disiungentis accipio, sed affirmantis, quod singulare in eo genere solet frequentius vsurpari: sed cum asseueranter bis loqui vellet, congeminauit. ibidem scribitur, *In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promouit.* hic assa quæ sint quæritur: Ego, etsi de balnearijs agitur, esse puto tamen laconicum, ab assando. Id è dialogo Adriani imperatoris & philosophi Epicteti intelligitur, in quo scribitur: *Prima cella tepidaria unctuar-* 30 *ia, infans natus perungitur. Secunda cella sudatoria, pueritia est. Tertia cella assa, perferentaria iuuentus. Quarta cella frigidaria, senectus.* Sed & Vitruuius tepidario laconicum & sudationes coniungit. Lego autem, *esset subiectum cubicu-*

Liuius lib. 1. ab  
 vrb. cond.  
 Solin. cap. 28.

Plaut. Trinū-  
 mo Sc. Minus  
 quindecim.

10. AEB.

Lib. 5. ab vrbe  
 cond.

Plautus p seu-  
 dulo sc. si ex 10.

Plaut. Asin.  
 sc. vnum isto-  
 rum.

Lib. 10. c. 33.

Non inpedato

Ibid.

Cap. 10. li. 5.

Epist. 1. lib. 3.

cubiculis, non, vt editur, sub tectum cubiculi. Lego etiam, *palæstra & silua vindicata*, id est liberata, purgata, vt amœnitate habeant. In antiquo Memmiano est vindicata, vnde facultas emendandi data: etsi, ante quàm vidissem, ita quoque mihi emendarã: sed sententiam cõfirmavit affinitas scripturæ, & mihi pro testimonio visa est. Quod ait, *Topiariũ laudari*, de homine non de loco interpretor, qui locum opere topiario ornat: vt & supra. *Nicephorum villicum tuum sane probavi*. opus autem topiarium nomẽ habere videtur à topijs, id est funiculis vt Hesychius interpretatur. Nam funiculis in eo opere opus est, vt lentæ cequacésque ederæ & virgæ vincæ, loco se teneant, nec resiliant, ac cùm palliatos dicit topiariam facere, intelligit Græcas statuas, quæ habitu cultúque Græco positæ erant in intercolumnio ambulationis. quispiam enim existimare potuisset ab eis illud opus topiarium factum fuisse ex edera. *Balbus*, inquit, *in oculis fero*, valet charissimum habeo, eúmque semper videre videor: vel in charissima parte, vt charissimum mihi gero: quid enim oculis charius est: & vt sensum interpunctionis collocatione deperditum restituam, quod *Cato non valebat, adhuc de pecunijs repetundis non erat postulat*, lego. Cato enim si valuisset, apud eum Gabinius iam postulatus fuisset repetundarum. hæc partim explicabamus, partim corrigebamus in ea Ciceronis epistola, quæ vt exigua sint, tamen fat scio, non deerit, qui ijs suum laborem alleuatum esse non sit ægrè laturus. Illis qui sine cortice natant, nos sirpeam ratem non inducimus: virtute sua valent, vt pingue solum: vt eorum potius luxuria sit cohibenda, quàm excitanda fæcunditas.

*Carbasus, caput fluuij apud Maronem, biremes, rumore secundo, perpetuum tergum bouis, in nodum, in plumam, obsitus euo, pelagi extrema sequi.* CAPVT XL.

**DI** fluuiorum & maris cæruleo vestitu ab antiquis pingebantur, capite arundine tecto: ex qua consuetudine Maro scripsit ornatissimis versibus de Tyberino,

*— eum glauco tenuis velabat amictu*

*Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.*

8. AEN.

Patercul. lib. 2.

Sed & de Planco Glaucum deum marinum saltate hæc scribit Paterculus, *Cùm cæruleatus & nudus caputque arundine & caucam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in conuiuio*. Carbasus autem genus est lini, quod Græci κάρπασον vocant, quod negat Pausanias igne cõsumi, & dicit, *λίνου καρπάσου θρυαλλίς ἐνεστίν, ὃ δὴ πῦρι μόνον λίνον ὄρετ' ἐστίν ἀλώσιμον*. Eius succus inter venena numeratur à Dioscoride & à Paulo. è carbaso texebantur tenuissima

Pausan. lib. 7.

Diosc. lib. 6. cap. 130.

vela.

vela. — *celsis caput urbibus exit*, de fonte fluuij intelligendum arbitror ex editiore Ethruriæ parte exeunte. Nam capita fontes annium vocari non est infrequens, quæ & sacra sunt. fauet huic interpretationi, quod non ita longè subijcit Maro:

8. AEN.

5 — *quocunque solo pulcherrimus exis.*

*Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum,*

ex eo dicitur, vel quod se fluuij in brachia, vel partes, vel ostia, quæ cornua vocantur, diuidunt, vt — *Rhenusque bicornis*: vel ob mugitum, quod

ibid.

10 è questionibus Aristotelis discimus, in quibus quæritur, *ἂν π' ἐν τοῖς ἔλεσι τοῖς ὡς τὸς ποταμούς γίνονται οἱ καλούμενοι βέμμυκοι, οὗς μῦθολογοῖσι τὰ ὑπερῖερους εἶναι τῶ θεῶ.* — *Geminásque legit de classe biremes*,

Aristot. in problemat. sect. 25. quæst. 2.

cùm scribit Maro, ad postera retulit tẽpora. Nam *Æneæ* ætate nondũ triremes vel biremes erant. Maxima Iuno quæ sit quæritur. ego reginã puto, ad discrimen aliarum Iunonum, vt Iunonis infernæ, quæ Proserpina est, & Iunonum, quas mulieres sibi adoptabant, vt Genij in viris appellabantur.

8. AEN.

*Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.*

cùm scribit Maro, negotium exhibet grammaticis. ego existimo Maronem dicere Troianos lenitate fluminis, & monstro albæ schrophæ exhilaratos, lætis & secundis ominibus & acclamationibus iter inceptum vrgere. Rumorem enim sic vocat hîc & omina significat: vt apud veterem poëtam. *Soluere imperat secundo rumore aduersaque aui*. Quemadmodũ Homerus non tam studet elegantix epularum, quàm copix, ita Maro eius exemplo scripsit. *Perpetui tergo bouis*, quod est totius bouis, quàm longus erat. In quo tamen perpetui pro perpetuo dixisse cuiquam videri potest, cùm præsertim Homerus dixerit,

ibid.

*Νότισσι δ' αἰετὰ διωκέεσσι γέγραπεν,*

sed id est, solidis, longis, porrectis, totis. Semihominem Cacum Maro vocat, vt semiferum. Nam infra scribit,

*— villosaque setis Pectora semiferi.*

ibid.

30 corripit in nodum dicitur, qua forma Maro dixit,

*Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.*

&

6. AEN.

*— quem pellis ahenis*

11. AEN.

*In plumam squammis auro conferta tegebat.*

In nodum igitur valet, in nodi modum. Quid est in mensam libare? nempe religionis causa de patera, priusquam bibas, in mensam, quæ opinione veterum sacra erat, & tanquam quædam ara, aliquid de vino effundere; quod Græci λείβειν & πένδειν dicunt.

ibid.

*— Non te rationis egentem*

*Lernaus turba capitum circumstetit anguis.*

Vv

in hanc

in hanc sententiam interpretor, vt in magno terrore & periculo cum de gradu mentis deijci soleamus atque perturbari, nihil tale euenisse Herculi dicat, nec tanti serpentis terrore amentem metu fuisse. sic inopes cōsiliij perturbatique & qui apud se non sunt, amentes dicuntur, vt apud Catullum, *Nil est super mi quod loquar amens.* 5  
 atque id quidam nos antè etiam attigimus.

Catull. epig. 48.

S. AEN.

— *Ibat rex obsitus æuo,*  
 more veterum dixit, qui obsitum pro pleno vsurpabant, ex eo quod locus frugibus obsitus aut sentibus, ijs plenus est. inde illud est Terentij, 10

Eunucho act. 2. Sc. 2.

Lib. 2.

— *pannis annisque obsitum.*  
 sed & conferere in eadem re ponebatur, Lucretius, — *et lumine conserit arua,*

Plaut. Menaechmis sc. 1. act. 1. S. AEN.

id est complet, opplet: & Plautus, senectute consitum etiam dixit. *Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem:*  
 opinor valere, me nauigationem in longinquas & vltimas terras procul 15  
 domo parantem: vt pelagi extrema audiamus, extremas & longissimè remotas eius partes: quem sensum, cum & aptissimus sit, & vim verbis nullam afferat, non possum non probare. Nam quæ primarij afferunt grammatici & coactam habent & affectatam sententiam.

*Emendatur Suetonius & Pomponius Mela, speculator, speculatoria caliga, spiculatoria.* CAPVT XLII.

Sueton. in Galba cap. 6.

QVOD apud Tranquillum in Galba positum est, à Caio Cesare ludis substitutus. astipulatione veterum librorum non nititur, in quibus *lici*, non 25  
 ludis legitur: vt extra controuersiam sit ex reliquijs vocis *elisæ* & contritæ legendum, *Getulico*: quod & trochaicus qui subiungitur comprobatur, & è Dione in Caligula intelligi potest. Inquit Tranquillus,

cap. 20. in Galba.

*Galba cupide fruaris atate tua.*  
 Melius blattarius Tranquillus. 30  
*Galba Cupido fruaris atate tua.*

cap. 10. in Galba.

Senex, qui pulcher etiamnum videri vellet, per irrisionem Cupido, id est bellus & formosus ioculariter appellatur. Non est autem dubitandum, quin locus, quem subscribam, legendus sit, vt à me ponetur. *Ac subinde Alexandrina nauis Dertosa appulit armis onusta.* nobilis enim est vrbs Hispaniæ Dertosa. hodie in Tranquillo detorsa edunt vitiosissimè: hæc quoque vrbs è Pomponij libris delita est, in quibus legendum est, *Iberus Dertosa* 35  
*rosam attingit*: deorsum hodie edunt. In Othone, pro *foribus adaperitis*, reperio in libris lucifugis, *foribus adopertis*, quod est clausis, quam lectionem

Lib. 2. in descript. Hispan. cap. 11. in Othone.

con-

confirmat quod mox sequitur *irrupentibus*, quod fores clausæ essent. nihil secius & pro, & *celeriter apud Veliternam (ita praeceperat) funeratus*, reperio: & *celeriter (nam ita praeceperat) funeratus*: quod & elegantiae & sententiae satisfaciunt, vt illud *veliternam*, quod in hanc viciniam immigrauit, ex- 5  
 turbandum purem non iniuria. Quæ in Vitellio Vitellia dea ab eo nominatur, à qua quosdam nomen & genus Vitelliorum deduxisse dicit, alia est, quam Arnobij Vibillia, quæ, nisi me memoria fallit, dicitur fuisse dea viarum, atq; ab eo errore earum homines liberasse. Ingentem patinam suam 10  
 clypeum poliuchi Mineruæ appellabat Vitellius, quod patina illa magnitudinem scuti Mineruæ, quam Athenis fecerat Phidias, æquaret. Cum autem illa Minerua colossæa esset, amplitudinèque xxvj. cubitorum æquaret: eius etiam immanis clypeus erat, multis & operosis celatus argumentis: vnde & patinarum paludes Vitellij memoriae Mutianus exprobrauit. Pro *lactes è Carpathio*, quod equidem damnare mihi nefas puto, vt 15  
 & subtrahere auctoritatem veterum librorum eamque suppressere: igitur pro è Carpathio, in librorum antiquitatibus, è *Parthia usque*, inuenio: & *sacrorum sacrorum iocinora*. quibus piscibus sacri nomen attribueretur scribit Athenæus. scaram etiam Romani deperibant adeo, vt eum Iouis cerebrum dixerit Ennius: erant & quidam in lacubus & piscinis fortasse dijs 20  
 sacri: etsi fieri potest, vt optimi libri scriba iterauerit vocem antecedentem elemento vno traiecto. Ita enim è scarorum fit sacrorum, omninoque scarorum & è Carpathio sinceriora censeo. Lego ibidem, *reducto coma capi-* 25  
*te*, quod est apprehensa coma capite retracto & resupinato. quin & continuo in optimis duobus libris pro, *mento mucrone gladij subiecto*, exaratum est, *mento mucrone gladij subrecto*: quod scilicet sub mento esset rectus gladij 30  
 mucro, quo mentum erigere vultumque cogebatur Vitellius. In Caligula quæ speculatoria dicitur caliga, eam esse spiculatoriam existimo. Nam etsi inter speculatorem & spiculatorè multum interest, tamen interdum sic mutatis elementis pronuntiabant. sic in euangelio Græco speculator 30  
 est spiculator. Suidas *σπικουλάτωρ τῆ δόρυφόρος*. speculatoriam autem caligam, spiculatoriam Tertullianus de Corona militis appellat, id est caligam militarem. eius verba sunt, *spiculatoriam morosissimam pedibus absoluit*. sic here & heri sine discrimine in auctoribus reperimus. Hoc totum caput carum esset cyatho nebula. In apinis igitur & tricis numeretur, ac ne quis 35  
 licitator se deceptum esse clamet magna indicatura, non pluris licet quam dixi.

cap. 1. in Vitellio.

Arnobius lib. 4.

cap. 13. in Vitellio.

In Vitell. cap. 17.

In Caligula cap. 52.

*Ges clithrum, monocoli, struthopodes, struthocephali, Trogodytae, protelum.* CAPVT XLIII.

SPECVS illud vnde spirare Aquilonem Plinius dicit, & gesclithrum 7.  
 Vv 2 vocat, 2.



vocat, duobus diremptum distinctumque vocabulis, γῆς κλειθρον, id est terræ claustrum censeo appellandum. Nam etsi barbara in regione erat, tamen Græci ei de sua lingua nomen indiderant, vt & plurimis, linguæ suæ ambitiosè semper fauentes. Non dubito autem quin cariosorum librorum fidem musteis editionibus antepone in eodem auctore debeam, & 5  
 cap. 2. lib. 7. potius Isigonum Siccensem facere, quàm Nicæensem: quorum ego & restatione Pharmacum gentem quàm pharnacum scribere maluerim, adiuuante etymo virosi venenatique corporis, vt in diuersam esse deprauatum formam nomen mirer, astipulante tam noto omnibus veriloquio. *Vt*  
 cap. 2. lib. 7. sagittis superiaci nequeant, iisdem plutearijs libris credo verum esse, quod in 10  
 superari immutantur est libidine correctorum, quæ fastidit, exterminante. Itaque laboramus in reuocandis ab exilio vocibus, quas exegerunt nulla rogatione, nullòq; plebiscito. Equidem & qui monoscielli eduntur, in eodem auctore, denuntiatio testimonio antiquis chartis, facilè obtinebo apud eos, qui instrumentorum verustati aliquid tribuunt, monoculos 15  
 appellandos, quasi vnimembres, cum præsertim κῶλα sæpe crura Græcis significant, alioqui μονοσκελῆς dici potius quàm μονοσκελοι deberent. eodem modo in Solino censeo scribendum cap. 53. vbi hodie monoculos omnes libri scribunt: eius verba sunt, *Legimus monoculos ibi quoque nasci singulis cruribus, & singulari pernitate.* Plinius sceminas paruis ibidem pedum plantis struthopodas vocat, veluti passerini pedis: sic Themistius struthocephalos minimi & passerini capitis, in paraphrasi Physicorum vocat, vt à me vterque scriptor interea etiam declaretur. Est enim nota exiguitas passeris, & eius pedum ac capitis paruitas. Hoc etiam testatò verèq; affirmare possum, *Spithamæi Pigmæique*, in peruetustis scribi libris, quasi Spithamæi 25  
 idem populi diuersis vocibus appellentur, quod malui scribere, quàm silentio inuoluere. Trogodytas autem perpetuò in antiquis libris reperias, cum Troglodytas semper edant: & tamen cum vtrunque æquè Græcum sit, ac Trogodytas etiam agnoscat Hesychius, qui τρώγας foramina interpretatur, eo fretur defendam veteres membranas. Illud & in authenticis 30  
 sic exaratum constanter reperi, in quo tamen meam non adstringo fidem, vt secundum ipsum potius, quàm secundum scripturam vsitatam legem agenti possessionem dandam adiurem: *Tu cuius semper tinctoria est mens,* id est cruenta & crudelis excuditur, in victoria. rem grammaticis disciprandam relinquimus. Licet enim à nostris subsellijs prouocare. addam & 35  
 plin. lib. 18. cap. 18. libro xvij. vbi de arandi disciplina differitur, procellos pro protelis contaminatissimè scribi. Nam sic concipitur in antiquis libris scriptura, *protelis binis ternisque sic arant.* Hoc quoque vocabulum lib. ix. vt me docuit eruditissimus Episcoporum Gulielmus Pelisserius in oppidi nomen mutatum

mutatum est, quod emendatores metati in Germania condiderunt Libboum. Sic autem legendū, *protelis boum & in Danubio Mario extrahitur.* Lucilius hoc verbum apud Nonium vsurpat, *Quem neque Lucanis oriundi* 5  
*montibus tauri, Ducere protelo validis cervicibus possent.* vbi ducere protelo, 5  
 est protelare, promouere, potrahere: & in Plinio protela boum, sunt bouū tractus. Antiquus criticus protelum explicat ἐκλαμπερον. Hæc primitiarum quarundam ritu è fecundissima segete demessa studiosorum choro offerimus, quæ vel eo nomine boni consulere debet, quòd cum diuis bonâ voluntatem etiam sine thure approbare soleamus, hæc quantulacunque, præter bonam erga studiosos iuuenes propensamq; voluntatem nostram, eis liberaliter erogata, in bonam potius partem accipienda sunt, quàm vel improbata vel recusanda.

*Vendere trans Tiberim, transiberina cutis, lex xij. tab.*

## CAPVT XLIII.

15 QVOD apud Gellium scriptum est, *tertijs autem nundinis capite poenas* 20  
*dabant: aut trans Tiberim peregre vanum ibant,* eo significari puto legem & conditionem venditionis iniquiorè, vt extra fines, qui veditus est, seruiat, non in agro Romano, cum transiberina regio extra agrum Romanū propriè dictum esset, & in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, 20  
 censeretur, & iam Etruriæ attribueretur. atque hoc venditionis genus atrocius erat & durius, quod Græci πωλεῖν ἐπὶ ἑξαγωγῇ dicebant, quod erat hac conditione vendere, vt extra fines mancipium educeretur & seruiret. at verò eius transiberinæ regionis, quæ vrbs pars erat, magnam ferè 25  
 partem Iudæi, qui Romæ se infuderant, occupauerant: quod quodam loco à Philone in Gaium, recordor relatum esse. Quinetiam quòd illa verbis pars, vt reor, esset infrequentior, minúsque culta, & à Iudæis ignotis, & omnibus inuisis, humilique & sordida plebecula tantum incoleretur, ferè in ea pleraque viliora immundiora & sordidiora fiebant, & ad- 30  
 ministrabantur, pellésque animalibus fætidæ deripiebantur. hinc illud 30  
 Martialis, *Et detracta cani transiberina cutis.* & Iuuenalis, *nec te fastidia mercis Vllius subeant ablegande Tiberim ultra.* qui sulphurata vendebant eam etiam partem habitabant, Martialis. Lib. 6. epig. saty. 14. Lib. 1. epig. 98.

*Hoc quod transiberinus ambulator,*

*Qui pallentia sulphurata fractis Permutat vitreis.*

35 Cæterum legem xij. tab. à Gellio relatum sic lego, *si in ius vocat, si morbus* 35  
*aut a sive vitium escit, qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.* illud eodem capite, sic scriptū reperio, *si cui probaretur clientē diuisui habuisse.* hodie derisui editur, nec à me mehercule deridetur, sed diuisui habere

bere erit quaestui habere, & cum altero diuidere. libet & verba legis xij. tab. referre paulò incorruptiora quàm vulgò proponi solent: quanquam quis ea sibi non putauit esse suo more & instituto corrigenda? sua cuique placent, & hoc in genere scribendi nemo parum sapere se putat, vt nec in versu condendo quisquam se malum poetam censet. qui tamen praeter hec in censum nihil defert aut dicat, me iudice proletarius & capite census habendus. *Ni indicatum facit, aut quis endo eo in iure vindicit, secum ducito: vincito aut neruo aut compedibus, quindecim podo ne minore, aut si volet maiore vincito.* & non longè in eadem lege. *libras farris endo dies dato.* Endo dies, pro in dies dictum est antiqua consuetudine: vt vindicit, pro vindicet. libri 10 edunt, vim dicit, quasi qui vindex esset, diceret ista vis est, & reum liberaret, non deest, qui vindex est, legat.

*Terque Neptunus apud Catullum, Marij aperti, Acra, fossa Liguris, terra aperta* CAPVT XLIIII.

15

CVM de Sirmione Catullus scribit,

*— Quascunque in liquentibus stagnis*

*Marique vasto fer vterque Neptunus.*

quaesitum est, qui sit vterque Neptunus? ac probabilis eorum esse videtur sententia, qui mare superum & inferum, quibus Italia cingitur, interpretantur. verius tamen fortasse videri potest, cum significet Neptunus eam vim quae humori praest, vt vtrunque Neptunum intelligamus, & eum qui dulcibus, & eum qui salis aquis imperat. Sic enim Sirmio insulis & peninsulis omnibus maris & fluminum & lacuum anteponetur. huic expositioni fauent Catulli verba, qui & liquentium stagnorum, & maris mentionem facit. Legendum autem in Catullo fortasse fuerit,

*Qua sanctum Idalium Mariosque apertos,*

cum synaeresi. Nam Stephanus Marium urbem dicit esse Cypri, quae mutato nomine sit Arsinoë vocata. In Arsinoë autem, Veneris erat templum & lucus: sed & Plinius Marium cum Idalio coniungit. quod autem Arsinoë à Mario separat à Stephano non discrepat. Nam, vt Strabo narrat, duplex est Arsinoë in Cypro. sed cur apertos dicit? an quod in planò sint? an verò potius, cum, vt Catullus ipse scribit, & Maro, *Dea tollit in altos Idaliae lucos*, Idalium frondosum sit, Marium, etsi lucum vnum habebat, tamen locis circa cultis & frumentarijs & nudis patebat? Nam cum arbores spinæ, vepres, exciduntur, locus aperiri dicitur. Cicero, *Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum.* sed & aperta sunt, quae Græci ψιλὰ vocat, quae δασύων opponuntur. Iuuenialis quoque scribit, *Terræ quis fructus aperta? agrum*

epig. 25.

epig. 34.

cap. 30. lib. 5.

strabo lib. 14.

I. AEN.

cic. Tuscul. 5.

Iuuenal. Saty.

7.

agrum frumentarium intelligens. Cum tamen in Cypro Acra sit phano Veneris nobilitata, non desit fortasse, qui Acrios legat: sed & Venus Acria, Hesychio auctore, dicebatur. Oppidum etiam Cypri est Golgi, cuius eodem epigrammate Catullus meminit,

5 *Colis quaeque Amathunta, quaeque Golgos.*

epig. 34.

Meminit & Lycophron τέταρτοι γὰρ αὐτὴν ἔξονται θεῶς γόλγων ἀνάσσης. inde Venus cognomento Golgia auctore Stephano dicebatur. Cum autem scribit Catullus, *In fossa Liguris iacet superata securi,*

epig. 17.

neque nouatio Politiani quibusdam placet expernata vel suppernata le- gentis, neque eorum hominum interpolatio, qui Legeris emendant. vix- dum enim ea tempestate Ligeris Caesare res in Gallia gerente Romanis hominibus notus erat. Liguris autem cur legam facit Strabo, qui Liguri- am scribit abundasse nauali materia proceraque, quam ad emporium Ge- nuam deuehere solebant, & fortasse Romam vsque.

15

*Hilaria, da lunæ noua, luna nascens, apud Flaccum.*

CAPVT XLV.

IVNGENTVR, inquit poetarum princeps, iam gryphes equis: nos enim hoc capite dissimilia & dissidentia penitus iungemus, & vt quicque succurret adpingemus. Inquit Vopiscus, *Hilaribus, quibus omnia festa fieri solent & dici.* hic quae sint Hilaria quaerendum esse videtur: ego existimo fuisse Matris deum ferias, quae principio veris celebrabantur maxima populi laetitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentierite atque simulante liberè & impunè, vt internosci magistratus à simulatore plerunque non posset, vt ab Herodiano in Commodo describitur. sed quia in eo tamen Hilariorum nomen desideratur, quod ille non appellauit, suo ex alio scriptore titulo reddendum est. Maximus igitur D. Dionysij interpres de Hilaribus ita scribit, *ἡσαντίνες ἡμέραι τοῖς εἰδαλολάτραις, αἱ ἰλαεῖαι ἐπέλου, καὶ αἱ μὲν ἦσαν ἰδία καὶ ἰλαεῖαι, ὡς ὅταν τις ἐξημερῆ ἢ ὑὸν ἐκλήτο. αἱ δὲ κοινὰ καὶ δημοσία ἰλαεῖαι ἐπέλουτο, ὡς ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἰλαεῖαι παρήχῃ, καὶ οὐκ ἐπένθημα ἐν ταύταις φορεῖν ἐξέλιτο. ἀλλὰ καὶ θεῶν καὶ θυσιῶν καὶ ἐπέλου ἡμέραν διεπελούτο δημοσία, καὶ οἱ πευθουῦτες ἐπαύοντο, καὶ ἐθεώρουσαν, καὶ ἐν ἐνωχίαις ἀπαύσει δὴγον τὰς ὀλομένηας ἡμέρας ταῖς τοιαύταις ἰλαεῖαις. καὶ δὲ ἰλαεῖαι ἐορτὴ ἰδικὴ ἢ Ῥωμαίων εἰς πικρὴ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ δαμόνων, ὡς φησὶ δαμόφιλος ἐν τῷ ὄρει τῶν παρὰ ἄρχαίσις θυσιῶν.* Quod mox adiungam non magis assimile erit, quàm Indo Scythia cum Horatius scribit.

od. 19. lib. 3.

*Da luna properè noua,*

*Da noctis mediae, da puer auguria*

*Murena.*

Tres cyathos vini petit sibi dari. Puerum enim ad cyathum habebant, qui quot petebant cyathos vini, admetiebatur in poculumque fundebant. sic & Græci quos Flaccus videtur imitatus esse, cyathos sibi nomine eorum misceri petebant, quos charos habebant. Alexis apud Athenæum *παι τινὸς μεγάλῳ δὲς ἔποχίας φίλας κούδων τῶν παρόρων τέτραρα, τοὶ τρεῖς δ' ἔρωτος, πρῶτος ποδῶς ἕτερον ἔμπυγόνου τῆ βασιλέως νίκης χαλῶς, τῆ νεαίσιου κούδων δημοτείου, φέρῃ τὸν τρίτον φίλης Αφροδίτης.* Lunæ autem nouæ (nam ne hoc quidem omittendum est) cyathum poscit, quod mensis Calendis vesperi epuletur, quæ festæ semper erant. Menses enim luna olim ducebat, primaq; primus mensis dies habebatur: postea tamē ad cursū solis ex Iuliani anni correctione exacti sunt, quod tamen obtinebat Horatij ætate, tamen ijs è prima & nascēte luna mensis principium, vt mihi videtur, lib. 3. carminum, intellexit, cum ait, *Calosupinas si tuleris manus Nascente luna rustica phidile:* quod est, si Calendis deos precibus & sacris placaris. Quod autem ait, *Da noctis media,* id verò facit, quia & lunæ meminerat, & ad mediam vsque noctem epulari decreuerat, & Nox ritu Romano dea censebatur, vt ex alio constat loco, *dicitur merita Nox quoq; nania.* Aufonius autem, vt antè diximus, causa subaudiebat.

*Atticos tettix, modius, Marcipor, exhedra, gerres,  
Marci municeps, veru natum vere.*

CAPVT XLVI.

E' Nonio & alijs multa cuiusquemodi hinc & inde colligere lubet, & his tanquā varijs plumis hoc tumultuariū opus concludere. Varronis à Nonio citatur Satyra nomine atticos tettix. sic enim ei suum reddimus titulū, quem obliuio sa & inuida vetustas pene deleuit. nomen autem vt conijcio, habebat istud ea fabula ex eo, quod Athenienses prisci indigenas indicare se volentes, capillos inuolucro & redimiculo comprehensos cicade mortu loco fibulæ necebant, & nodabant. Quare Maro scripsit,

*Ergo omnis cano residebat curra capillo,  
Aurea solenni comptum quoque fibula morsu,  
Cecropiæ tereti rectebat dente cicada.*

Exemplaria, veluti mali nomenclatores, hanc Satyram antiquoteti perperam appellāt. Erat & Marcipor Satyra eius in qua, vt suspicor, de seruitute differebat & herili imperio, veteresque laudabat, qui clementer & humanè seruis imperabant, quos paucos & dominorum gentiles habebant: cōtra homines suæ ætatis reprehendebat, qui tot agmina, tot legiones, vt ita dixerim, potius quàm familias seruorum habebat, quibus asperè & sequiter imperabant. Inscribebatur & eius quidam liber caprinum prælium, in quo de voluptate, vt coniectura est differebat. qua enim alia de re hirci & capri pugna-

od. 23. lib. 5.

od. 19. lib. 3.

od. 18. lib. 3.

In Ciri.

10

15

20

25

30

pugnarent atque contenderent? præsertim cum hoc pecus lasciuium sit & petulans & voluptatem auidissimè sectetur. Inscribebatur quædam satyra Modius, Est autem modius Græcè *χολύξ*, in ea disputabat de modico victu cultūque, & parsimonia & hominum tanquam demenso. Quæ gerres à Martiale vocatur, quando hoc verbum scio multis exhibere negotium, ab antiquo critico explicantur *μαινίδες*: quæ à Cicerone exhedra vocatur ab eo etiā explicatur ala & schola: eius verba sunt, *ala ἐξέδρα ἔ σχολή.* Qui apud Ciceronē vmbilici nominantur in libris de Oratore, calculi sunt litorales vmbilici puellaris specie, è lato se in acutū quadam clauicula fastigantes, quos veneris vmbilicos quidam vocant. à veteri critico sparso, quod prætermittendum non duxi, explanatur, *κρόκος βρανόμυθος.* Fuit & Varronis Satyra nomine, *Ve victis* *πρὸς φιλονεικίας*, in qua de rexis contentionibus & iurgijs certaminibusque hominum disputabat. extat titulus apud Nonium, quem leuiter explicare tentauit potius quam potui. alusum videri eo titulo potest ad id quod Brennus dixerat, *ve victis.* Erat & liber nomine, *Columnæ Herculis*, *πρὸς δόξης*, vbi de laude & gloria tractabat. Conijcere causam in Afranio apud Nonium est causam agere. *Causam*, inquit, *conijcere hodie apud te volo.* sed quidnam est quod in prima Apuleij apologia legitur, *eoelis catharino*, ego è Diogene Laërtio: *sed suspectus est Em-pedoctlis catharmos*, legendum esse affirmo. Quid est in Apocolocyntosi Senecæ, *Marci municipem vides?* nubecula enim quadam locus iste fusca-tur, vt non satis perspiciatur. ego existimo significari Claudium non verum germanumque Romanum esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis qualisque Cicero ipse erat, quos tamen contendebat veros esse Romanos cum municipibus diceret duas esse patrias vnam loci, alteram iuris. Claudius autem Cæsar non Romæ, sed Lugduni natus fuerat. Quidnam est quod à Plauto scribitur in Rudente? *Nanque hoc quidem vere natum est verum, ita in manibus consenescit.* ego cum cauillari & ludere, vt in floribus & fructibus vernis, qui fugaces sunt & in diem arbitror, cum æstiuu fructus & autumnales sæpe in totum durent annum. Igitur rubiginosum veru dicit more florum vernorum in manibus consenescere. sed hoc capud corio pantheræ magis varium magisque maculosum hinc tandem desinat, & hoc opus denique nugandi finem faciat.

Lib. 3. Epig.

Cic. 2. de Ora.

Apud Non. in Conijcere.

Senec. de morte Claud. Cæsar.

Plaut. Ruden.

Sc. Numquam adepol.

35